


Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis


OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.





Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis

OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.

Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis

OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.

Tomus VIII.

JOANNIS DŁUGOSZ

SENIORIS

CANONICI CRACOVIENSIS

LIBER BENEFICIORUM

DIOECESIS CRACOVIENSIS

NUNC PRIMUM E CODICE AUTOGRAPHO

EDITUS.

TOMUS II.

ECCLESIAE PAROCHIALES.

CRACOVIAE.

EX TYPOGRAPHIA KIRCHMAJERIANA

MDCCCLXIV.

SERIES CAPITUM TOMI SECUNDI.

a.

Decanatus de Czarnocin.

Decanatus de Pałecznica, alias de Słaboszów.

Decanatus Dobczycensis alias Szczyrzycensis.

Decanatus Magnae Kazimirza, vel Witów.

Decanatus Sławkowiensis, alias in Bytom.

Decanatus de Irządze, nunc de Lelów.

Decanatus Oświęcimensis.

Decanatus Byeczensis.

Decanatus de Dembica.

Decanatus Sandeczensis.

Decanatus Tarnoviensis alias Tuchoviensis.

Archidiaconatus Sandomiriensis.

Praepositura Wislicensis.

Archidiaconatus Zawichostensis.

Decanatus Radomiensis.

Archidiaconatus Lublinensis.

ARCHIDIACONATUS CRACOVIENSIS.



rchidiaconatus Cracoviensis magnus et diffusus, et vix habens in pluribus dioecesibus parem, quingentas ecclesias parochiales et amplius, sub sua visitatione et regimine in se continebat; nec poterant archidiaconi pro tempore existentes, mole tanta gravati et onusti, illum et eius plebanos, totque ecclesias et parochianos legitime et debite curare. Quem defectum Sbigneus sanctae memoriae tituli Sanctae Priscae, Sanctae Romanae ecclesiae presbyter, cardinalis et episcopus Cracoviensis, tanquam oculatus et prudentissimus pontifex, perpendens, et illum suppleturus, fundata ecclesia S. Margarethae in Nova Sandecz a. D. 1447 archidiaconatum Sandecensem in illa creat, et magnam partem ecclesiarum parochialium ad archidiaconatum Cracoviensem prisco tempore pertinentium, item partem praeposituræ Wisliciensis illi subicit et adiungit. Ultra autem illas ecclesias Sandecensi archidiaconatui subiectas, et ab archidiaconatu Cracoviensi abstractas, extat adhuc non tenuis numerus ecclesiarum parochialium, in cura archidiaconatus Cracoviensis relictus, quarum regimen et curatio quemlibet, etiam diligentem archidiaconum poterit exsatiare, utinam non gravare; ecclesiae autem parochiales, quae sub sua cura et visitatione relictae sunt, iam a nobis inferius cum earum proventibus et introitibus universis describentur, praemissis prius proventibus ecclesiarum circumquaque, et in Cracoviensi civitate consistentium.

Ecclesia S. Mariae parochialis in Cracovia, cuius chorus nobilis, a Wierznikone nobili de domo ....., murata, corpus vero ex elemosynis sumptuose latere fabricatum, habet circulum universum et plateam S. Floriani sub parochia sua, cuius patronum asserunt se serenissimus Poloniae rex; episcopus autem Cracoviensis etiam asserit se unicum illius ecclesiae collatorem, cuius nunc plebanus ..... Szworcziurga de Cracovia, nobilis de domo ......

Brunowicze, villa sub parochia S. Mariae in Cracovia sita, cuius proprietas et dominium ad plebanum S. Mariae in Cracovia pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit plebano S. Mariae in Cracovia sedecim latos grossos pro annuo censu et quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avenae. Item est scoltetia in eadem villa, habens agros, de quibus cedit decima manipularis plebano S. Mariae in Cracovia; item habet ibi plebanus praedium proprium de duobus laneis, item est ibi molendinum scolteti, ad quod fluit fluvius Dlubnia, et alter fluvius dictus Rudawa, qui praeterit villam Brunowicze, ad quos scoltetus habet ......

Maslomiacza, villa sub parochia de ...... sita, in qua sunt ...... Item sunt ibi praedia militaria ..., de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae S. Mariae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ....

Bosszuthow, villa sub parochia de Wyanczslawicze sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae dicitur Boszuthowska; de tribus autem laneis solvitur decima manipularis alternatis annis et vicibus ecclesiae S. Mariae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad .....

Szmonowycze, villa sub parochia de Wroczimowicze sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item ortulaniae quatuor, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae S. Mariae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ....

Caczowycze, villa sub parochia de .... sita, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae S. Mariae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ....

Yelyowicze, villa sub parochia ecclesiae de ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae S. Mariae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ....

Macella tria carnificum in Cracovia, de quolibet solvuntur plebano S. Mariae in Cracovia pro annuo censu duae marcae.

Summum altare in praefata ecclesia S. Mariae in Cracovia situm et Assumptioni S. Mariae dicatum, cuius altarista Johannes Byechowsky,

cuius patronus Wierznik nobilis de domo . . . , proventus habet in villa circa Wyeliczkam, et census de aliquibus domibus in Cracovia.

Altare Crancz, honori S. Johannis Apostoli et Sigismundi regis dicatum, cuius altarista Stanislaus de Sczeglin, cuius patronus filius Crancz civis Cracoviensis, quod pro annuo censu habet sedecim marcas in villa Prandnik.

Altare aliud in ea ecclesia Praesentationi S. Mariae dicatum, quod vocatur altare Polnar, ad quod consules Cracovienses tenentur praesentare unum ex vicariis S. Mariae, qui pro illo tempore habebit officium tertii, cui consules Cracovienses tenentur dare annis singulis pro censu tredecim marcas, cuius nunc altarista Bartholomaeus de Byecz.

. . . .

Altare in eadem S. Mariae ecclesia Sanctae Cruci dicatum, cuius duae sunt fundationes: primae partis patroni sunt consules Cracovienses et altarista Johannes Czeyskyendorff de Cracovia, habet census super domibus in Cracovia; secundae partis, seu fundationis collator, notarius civitatis cum suis successoribus, cuius altarista Bernardus de . . . . . , quod pro censu annuo habet quindecim marcas in villa Piassek.

Capella Theodrici, in eadem S. Mariae ecclesia in Cracovia consistens, et Annuntiationi S. Mariae dicata, cuius patroni Stanislaus baccalaureus dictus Polak et Hieronimus germani de Cracovia, cuius altarista Nicolaus de Oppathowyecz, qui pro annuo censu capit sedecim marcas in praetorio, et apud consules oppidi Pysdry.

Altare Kalthterbergye, Visitationi Beatissimae Virginis Mariae dicatum, cuius patroni Catherina Karnowska de Cracovia cum suis amicis, cuius altarista Johannes Creydlar de Cracovia; habet praedictum altare censum in villa Carnyow.

Capella Langmichel S. Michaeli Archangelo dicata, eadem altarista caret, quia censu spoliata.

Altare in honore S. Hieronimi dicatum, cuius consules Cracovienses patroni, cuius altarista Georgius de Wynczk; idem altare census habet in uno pannicidio et in una domo, de octo vel amplius marcis.

Altare S. Mariae Magdalenae dicatum, cuius patroni consules Cracovienses, qui ratione privilegii tenentur praesentare unum ex vicariis S. Mariae in Cracovia, qui tunc fuerit hebdomadarius, cuius altarista Georgius de Sandecz.

Altare eiusdem S. Mariae ecclesiae, honori Sancti Thomae Apostoli dicatum, cuius patroni Langstanowa de Cracovia cum suis avis, cuius altarista Johannes plebanus in Wolborz.

Capella Johannis Sibenwirt, Sancto Johanni Baptistae dicata, cuius

patroni successores Schibenwirt et Solwiecz Sylwestrowa, cives de Cracovia, cuius altarista Petrus de Skawina baccalaureus in decretis, cuius census in sex macellis civitatis consistit, et de quolibet macello solvuntur altaristae annuatim duae marcae.

Altare Petri Sartoris, Assumptioni S. Mariae dicatum, cuius patrona consors Jacobi Szwinczar de Cracovia, quod habet censum in zuppis pro qualibet septimana unum fertonem latorum grossorum in *barkrachth*.

Altare S. Annae dicatum, cuius collatores et patroni consules Cracovienses, cuius altarista Slupensky, quod habet census in praetorio.

Capella in eadem S. Mariae ecclesia Sancto Alexio dicata, quae habet tres fundationes: unius partis seu fundationis altarista Stanislaus, dictus Stankonis, medicinae doctor, qui habet pro censu . . . . , cuius patronus Stanislaus Grazer; secundus altarista Johannes de Schebnya, qui habet pro censu . . . . patroni, fraternitas Sanctae Mariae; tertius altarista dicti altaris Wysoczsky decretorum doctor, qui habet pro censu . . . . patroni advocatus de Cieszkowicze . . . . .

Capella S. Stanislao dicata, cuius altarista Eulogius, cuius patroni consules Cracovienses, qui singulis annis tenentur dare de praetorio altaristae quatuordecim marcas.

Altare in lectorio seu in choro fratrum, Sancto . . . . . dicatum, cuius patroni fraternitas et altarista doctor Clemens, quod pro censu habet decem marcas in domibus.

Altare Sanctis Simoni et Judae Apostolis dicatum, cuius sunt duae fundationes, patroni primae partis sunt consules Cracovienses, cuius altarista Hieronimus Wolff, qui pro annuo censu habet et tollit de praetorio Cracoviensi; alterius partis patronus est Szweydniczer, qui pro annuo censu habet quindecim marcas in villa . . . .

Altare Petri Groszer, Sancto Leonardo dicatum, cuius patrona Wynkowa, quod census habet in balneo Wieliczensi.

Capella Sancto Spiritui dicata, cuius patroni consules Cracovienses, qui tenentur praesentare unum ex vicariis seniorem, cui et singulis annis tenentur dare sedecim marcas, cuius modernus altarista . . . . . . baccalaureus de Tharnow.

Capella sanct . . . . , cuius patronus Sebastianus civis Cracoviensis, cuius altarista Johannes de Coprzywnycza; census dicti altaris habentur in domibus, in civitate Cracoviensi et in Stradom, patroni autem dicti altaris tenentur praesentare unum ex vicariis seniorem.

Altare Beatorum Petri et Pauli apostolorum, cuius collatores et patroni consules Cracovienses, altarista dominus Martinus de Bochnia vicarius ecclesiae cathedralis, quod pro censu habet quindecim marcas in villa . . . .

Altare Trium Regum, quod duas fundationes habet: primae partis patronus Georgius Szworcz de Cracovia cum suis amicis, altarista Nicolaus de Constantin, cui census de villa Wisoczicze proveniunt, secundae fundationis patroni consules Cracovienses et altarista Albertus de Tharnow baccalarius, census habet in Novavilla.

Capella Marci, cuius patronus Nicolaus Czeyskyendorff ratione puerorum civis de Cracovia; cuius altarista magister Johannes, qui census habet in domibus.

Altare Sancti Benedicti, cuius patroni consules Cracovienses, cuius altarista Johannes de Oswyaczin decretorum doctor, quod habet census in Oszwyaczin.

Capella pellificum apparitionis S. Michaelis, quae non habet proprium altaristam, sed pellifices habent lectorem et solvunt ei.

Altare Sanctae Agnetis, cuius altarista . . . . ., cuius collator Nicolaus Cromer cum posteris; census habet . . . .

Capella Georgii Szworcz, Nativitati Sanctae Mariae dicata, cuius patroni Thocholowska cum sorore, cives de Cracovia, quae habet census in villa Brunowicze.

Altare S. Catherinae, cuius duo sunt altaristae, Grzymek videlicet et presbyteri, cuius patronae mulieres Rokyemberkowa, Eustachowa Thocholowska, Sebestianowa Mokrszska de Cracovia, pro ambabus partibus census; primus altarista habet . . . .

Altare Beatae Virginis Mariae, cuius sunt duae partes seu fundationes: unius altarista est Martinus Byeczsky, qui est et ipse cum sorore eiusdem altaris patronus, quod altare habet censum annuum super advocatia in Zathor; alterius partis altarista magister Nicolaus Langmiter, qui etiam est et patronus eiusdem, quod habet censum in Usczye.

Altaria in ecclesia, seu capella Sanctae Barbarae.

Summum altare Sancto Johanni Baptistae et Beatae Barbarae dicatum, cuius collatores et patroni consules Cracovienses, cuius altarista Nicolaus cantor, quod pro censu habet tredecim marcas in Nigravilla.

Altare Sanctae Ludimillae, cuius sunt duae fundationes: patroni primae partis sunt magister Stanislaus et Brazor et Nicolaus Czeyskyendorff ratione puerorum, quod altare habet censum in praetorio Cracoviensi singulis annis; alterius partis altarista filius Johannis Mornsten, cuius patroni tota genealogia Georgii Szworcz et Morsten, quod habet census in Vratislavia.

Altare Orienth, Assumptioni S. Mariae honori dicatum, cuius patroni

successores ipsius Orienth, cuius altarista Georgius de Wynczik, quod habet census in villa domini Jacobi de Dambno castellani Cracoviensis, tredecim marcas latorum grossorum.

Altare fundationis Sleptrogel, cuius patroni tota genealogia ipsius Sleptrogel, cuius altarista ..., quod habet in praetorio Cracoviensi sedecim marcas.

Altare Beati Martini circa sacristiam, cuius patroni .....

Ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia.

In ecclesia Omnium Sanctorum in Cracovia a primaeva sui fundatione unus erat plebanus, unus rector; patronis vero discordantibus, creatae sunt duae plebaniae, et proventus ecclesiastici in utramque distributi. Est autem ecclesia murata, partim lapide, partim latere, amplam habens parochiam, sub qua et castrensis tota a circulo inchoando et lata plateae, et universa Stradomia cum suis pertinentiis et domibus in circuitu castri Cracoviensis locatis, et etiam cum platea, a lata platea usque ad murum civilem, versus monasterium Sancti Francisci, inclusa curia episcopi Cracoviensis, porrecta. Fundata autem, dotata et erecta asseritur per quendam Jacobum Bobola militem strenuissimum, devotum valde et religiosum, qui pro suo voto in omni apparatu exteriori tum in se, tum etiam in sua familia utebatur panno, et non de alio quam de albo colore, huius domus et haereditas primaria et habitatio continua in parva Pyassek fuit, Słupow vero et magna Pyassek et Gadawa et aliae villae erant eius haereditates. Idem portabat pro armis et clypeo ignile longum et strictum; tandem eius successores multiplicati, cum militibus et satrapis, qui ex Reno venerant, de Tharnow videlicet, Melstyn et Jarosław, et lunam menstruatam cum stella in campo coelestino pro insigni portabant, se coniunxerunt, et vetusto insigni, ignili videlicet deposito, insigne stellae et lunae menstruatae ferre coeperunt. Extant tamen nonnulli milites in Poloniae regno, et praesertim in Mazovia, qui ignili pro armis utuntur. Habetur et aliquorum assertio, quae genus praefatum et domus, quod se hactenus vocat Lelywa, neque ex Reno Poloniam venerint, neque lunam menstruatam et stellam pro insigni ex Reno tulerint, sed in quodam bello contra Hungaros instructo, et feliciter devictis hostibus obtento, lunam menstruatam cum stella, ad quorum ortum pugnabant, et qualis tunc erat menstruatio lunae, a Vladislao Loktek Poloniae rege in signum virilitatis tunc ostensae, praemiati sunt, et processu temporis ab eodem rege et filio suo Casimiro, plerique ex eis propter eorum factivitatem et prudentiam, et signanter quidam Spiczmerus, haereditatibus, donationibus et magistratibus aucti, castra tria, Melsthin, Tharnow et Jarosław muro latericio, duas quoque civitates Tharnow et Jarosław,

sua factivitate, suis quoque sumptibus pulchro opere fabricarunt, et ultra caeteros barones regni Poloniae, coeperunt eminere. Erat autem iuspatronatus dictae ecclesiae Omnium Sanctorum per annos plures et tempora generi et domui praefato, et tam diviti quam pauperi unum et commune, et post vero, inter ditiores et pauperes coorta super dicto iure patronatus discordia, et aliquanto tempore ventilata, tandem ea conditione direpta est, ut barones, qui tunc quemadmodum et in praesentiarum tam castra, videlicet Melsthin, Tharnow et Jaroslaw obtinentes, unius partis dictae ecclesiae Omnium Sanctorum integram habeant praesentationem, quae tunc et hodie vocatur murata. Johannes enim canonicus Tharnoviensis, ad ipsam alteram partem medietatis ecclesiae Omnium Sanctorum ex praesentatione praefatorum trium baronum institutus plebanus, factivus ipse et locuples, in areis praefatae ecclesiae Omnium Sanctorum tres domos latere murat; alteram vero partem et collationem haberent alii milites magis tenues et pauperes, haeredes de parva et magna Pyassek, Slupow et Gadawa, quae in hactenus vocatur lignea; ab eoque tempore idemptitas plebanalis dictae ecclesiae fuit distracta et divisa usque in diem praesentem. Utrique tamen patroni in utraque parte plebanali communes et confusas habent voces, propter villas et haereditates, ex quibus ius utriusque ecclesiae quaeritur, in quas successerunt. Est autem nunc unius partis dictae ecclesiae Omnium Sanctorum, quae vocatur murata, plebanus Johannes de Tharnow nobilis de domo Leliwa, canonicus Cracoviensis; alterius vero partis, quae vocatur lignea, plebanus est magister Arnolfus de Myrzenyecz, decretorum doctor, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo .....

Proventus ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis muratae.

Podskalyany, villa sub parochia de Modlnicza sita, in qua est unicum praedium, habens agros et prata, cuius proprietas omni iure ad plebanum Omnium Sanctorum mediae partis muratae pertinet. Item sunt ibi tres ortulaniae, et quilibet ortulanus laborat unum diem in septimana pedester, et unum fertonem pro censu solvit; decimam autem manipularem de huiusmodi praedio nulli solvit, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit.

Wyelga wyesz, villa sub parochia de Alba Ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt septemdecim lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item ortulania una, non habet agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebania mediae partis muratae Omnium Sanctorum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item praedium unum.

Byaly Cosczyol, villa, habens in se parochialem ecclesiam lapide muratam, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius proprietas Johannis Korzequiczsky de domo Szyrokomlya, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item scoltetia, habens duos laneos, item tabernae duae, una plebani altera haeredis, item ortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebania mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia, et valor eius octo marcarum; item praedium. Item plebanus eiusdem villae Byaly Cosczyol habet sibi agros proprios, liberos et prata pro suo praedio, usu et necessitate.

Vyrzchowysko, villa sub parochia de Alba-Ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua non sunt nisi unus laneus cmethonalis; item taberna una, habens agros, item ortulaniae sex, habentes agros; item praedium non est in eadem villa, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia, et valor eius extimatur ad tres aut quatuor marcas.

Czelna alias Wolya, circa Samostrzedlna Karczma, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Jacobo in Casimiria sita, cuius proprietas ad hospitale Sancti Spiritus in Cracovia pertinet, in qua sunt viginti duo lanei cmethonales, item tabernae, item ortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia. Item praedium non est ibi.

Vischowa alias Visova, villa sub parochia ecclesiae de Alba-Ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua non sunt aliqui lanei cmethonales; item taberna una habens agros, item ortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovià, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item praedium non est.

Zelkyow, villa sub parochia de Bolyechowicze sita, cuius proprietas quantum ad scoltetiam, ad monasterium S. Marci in Cracovia, alias ad monasterium in Trzciana ordinis S. Augustini de Poenitentia Beatorum Martyrum, medietas autem villae ad Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales; item taberna una scolteti, habens agros; item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia, per sex grossos de laneo; item praedium scoltetiale seu coenobiale.

Bambel, villa sub parochia de Alba-Ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna Wiszowa; item ortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae mediae partis Omni-

um Sanctorum in Cracovia, de laneo per sex grossos communes; item praedium non est.

Decimae pecuniales ecclesiae Omnium Sanctorum de Cracovia mediae partis muratae.

Pyassek Magna, villa, habens in se parochialem ecclesiam, albo lapide per Spiczmerum castellanum Cracoviensem de armis Lelywa muratam, et S. Catherinae dicatam, cuius haeres Spithko de Melsthin de armis Leliwa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis ecclesiae Omnium Sanctorum in Cracovia, mediae partis muratae, de quolibet laneo per octo grossos; item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pyassek, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Zagayow, villa sub parochia de Magna Pyassek sita, cuius haeres Spithko de Melsthin, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, et de quolibet solvitur ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis in Cracovia per octo grossos; item est ibi taberna una, habens agros, et ad proprietatem plebani de Magna Pyassek pertinens, de qua sibi solvuntur pro censu tres marcae.

Domus prima murata, coemeterio S. Francisci contigua, in acie sita, et per Johannem canonicum Tharnoviensem latere fabricata, in qua plebanus praefatae partis muratae cum suis vicariis et sacerdotibus habet domicilium et mansionem.

Secunda domus, contigua eidem aciali domui, in medio plateae, eundo versus ecclesiam Omnium Sanctorum, sita, etiam per eundem Johannem canonicum Tharnoviensem murata, quae arendata solvit pro censu quatuor marcas cum media.

Tertia domus, eidem secundae domui contigua et per eundem Johannem canonicum Tharnoviensem murata et coemeterio immediate vicina, quae arendata solvit quatuor marcas.

Habet insuper eadem ecclesia mediae partis muratae domos in platea lata, incipiendo a domo aciali ante monasterium Sanctae Trinitatis, usque ad plateae castrensis longae finem; et sunt omnes domus muratae latere, et solvunt terrestrem censum ecclesiae Omnium Sanctorum praefatae mediae partis muratae, annis singulis modo infrascripto: prima . . ., secunda . . ., tertia . . ., quarta . . ., quinta . . ., sexta . . .

Offertorium et columbatio singulis annis important citra vel ultra octo marcas.

Proventus ecclesiae Omnium Sanctorum in Cracovia alterius partis, quae vocatur lignea.

Przegorzali, villa sub parochia Sancti Salvatoris de Zwyerzynyecz sita, quae est fundus principalis ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis ligneae, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, qui non vocantur lanei sed ortulaniae, et solvit quilibet viginti grossos, viginti ova, duos capones, duos caseos, et unum diem quilibet in septimana laborat, quidquid sibi mandatur. Item lacus optimus, ubi olim fluebat Visla, et superiorem partem lacus habet monasterium de Zwierzyniecz, inferiorem Jacobus de Konieczpolye, mediam vero, in qua sunt duo stadia aquae alias duae *tonye*, habet plebanus Omnium Sanctorum mediae partis ligneae. Ad piscandum autem pisces in huiusmodi lacu, tenentur ire omnes quatuor ortulani propter diem. Item habet ibi plebania praefata sylvam notabilem cum pratis et ripa fluvii Vislae, dicta Pasieka in una parte Vislae, iuxta metas villae Byelany; ex alia vero parte Vislae habet aliam sylvam notabilem, longam et latam, dictam vulgariter Kolo, cum pratis et lacubus, iacentem et se extendentem inter bona Kostrzecz et Thynyecz, ubi etiam habet ripam Vislae. Item est in eadem villa praedium praefatae plebaniae, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item monasterium de Zwierzynyecz habet ibi in una parte laneum, item unam tabernam habentem agros, item praedium, item ortulanias, item molendinum; item Jacobus de Konieczpolye de domo Pobodze habet ibi laneos cmethonales, item de omnibus agris praefatae villae, tam ad plebanum Omnium Sanctorum, quam ad monasterium Zwierzynense, quam ad Jacobum de Konieczpolye spectantibus, de praediis, tabernis et ortulaniis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano Omnium Sanctorum mediae partis ligneae, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est in eadem villa laneus unus specialis, ad clericaturam S. Michaelis in castro Cracoviensi pertinens, de quo solvuntur clericaturae duae marcae pro censu, et decima manipularis etiam eidem clerico, valoris unius marcae.

Byelyani, villa sub parochia de Zwierzynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Zwierzynense pertinet, quantum ad unum praedium; quantum vero ad cmethones, ortulanias, tabernas, molendinum et aliud praedium, pertinet ad Nicolaum Zarogowsky consulem Cracoviensem, nobilem de domo Ostoya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item tabernae duae, habentes agros, item ortulaniae quatuor, habentes agros, item molendinum, habens agros, item praedium secundum, de quibus omnibus solvitur

et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebania Omnium Sanctorum partis ligneae, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur.

Slupow, villa sub parochia ecclesiae de Dzialoszycze sita, cuius haeredes Jacobus Slupowsky et Zaklika Miedzygorsky de armis Bippennium, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae ortulaniae, habentes agros, item praedium optimum, sufficientes habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Omnium Sanctorum mediae partis ligneae, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item sunt in eadem villa lanei . . .

Czechi, villa sub parochia Nyegardow sita, cuius haeredes Jacobus Slupowsky et Falislaus Czechowsky de armis Lelywa, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus pro censu et decima manipulari praebendae Cracoviensi, quae Czechowska vocatur, solvuntur sedecim cum media marcae. Item sunt ibi duo praedia militaria praefatorum Jacobi et Falislai, et utrumque solvit decimam manipularem ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis ligneae, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item sunt ibi alii quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor ortulaniae, habentes agros, ad milites praefatos pertinentes, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Nyegardow, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

Gadawa, villa sub parochia de Dobrowoda sita, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow de domo Lelywa, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Visliciensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas; item est ibi praedium unum militare, item una ortulania, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis domus ligneae; et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Pyassek, villa cognominata Pyassek Parva sub parochia de Magna Pyassek sita, cuius haeres Spithko Melsthinsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae Omnium Sanctorum in Cracovia mediae partis ligneae, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Lippa, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeredes Zawischa, nobilis de domo Olobok, et Raphael de armis Lelywa, in qua sunt tres lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kielcziensi, quae vocatur Brzechowska, cuius valor tres marcae. Item sunt ibi duo praedia militaria, unum Raphaelis et alterum Zawischii, de quibus

solvitur decima manipularis plebaniae mediae partis ligneae Omnium Sanctorum in Cracovia, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Karssi, villa sub parochia de Kyie sita, cuius haeres Zawissius Lipsky de armis Olobok, in qua sunt tres lanei cmethonales et una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kielcziensi Brzechowska, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae mediae partis ligneae Omnium Sanctorum in Cracovia, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Domus lignea in platea, monasterio Sancti Francisci confrontata, sita, cuius proprietas ad plebanum Omnium Sanctorum in Cracovia alterius partis ligneae pertinet, quam post combustionem incineratam reaedificat ligno eiusdem ecclesiae mediae partis ligneae plebanus Arnolfus de Myrzeniecz decretorum doctor canonicus Cracoviensis, in qua plebanus eiusdem partis habitare consvevit, quae nunc, quoniam in duas partes divisa, est arendata, solvit octo marcas. Item eadem ecclesia mediae partis ligneae habet ex alia parte plateae castrensis, usque ad domum praefatam plebanalem domos, ex quibus sibi solvuntur annis singulis census terrestres: prima domus solvit unum fertonem, secunda domus solvit undecim grossos, tertia domus solvit septem grossos, quarta solvit decem grossos, quinta domus, quae est parva lapidea respectu aliarum, solvit quatuor grossos. De offertorio proveniunt annis singulis plebano praefato partis ligneae quatuor marcae vel citra; de columbatione proveniunt eidem plebano annis singulis etiam quatuor marcae vel citra.

Ecclesia Sanctae Annae in Cracovia.

Inter parochiales ecclesias urbis Cracoviensis una est versus occidentem sita, et collegio artistarum propinqua, corpore quoque magistri Johannis de Kanthy sacrae Theologiae professoris, multa prodigiorum sublimitate refulgentis, nobilitata, tota ex latere fabricata, latere quoque tecta. Cuius choro, quoniam angustus et brevis erat, magister Johannes de Wyelun sacrae Theologiae baccalareus, et eiusdem ecclesiae tunc plebanus, egregio et famoso praedicatori idiomatis polonici, magistro Sigismundo de Pysdry sacrae Theologiae baccalaureo formato, succedens A. D. 1428, a fundamentis demolito, novum et extensiorem in omnes partes chorum ex latere magistri Jszneri et suis propriis pecuniis fabricavit et consumavit. Huius ecclesiae serenissimus Poloniae rex erat fundator, dotator et patronus; sed Wladislaus Secundus Poloniae rex, fundata Universitate Cracoviensi, omne ius patronatus in doctores et magistros collegii artistarum, in cuius et nunc

sunt possessione et proprietate, contulit et transfudit; cuius nunc rector et magister Matthias de Kosczen decretorum doctor, quae habet pro parochia sua plateam integram in parte utraque Sanctae Annae, in qua et collegium artistarum situm est, a circulo usque ad ianuam civilem se protendentem. Item plateam pistorum, item plateam, quae olim vocabatur lutifigulorum, in qua est collegium Sbignei cardinalis insigne et nobile, quod appellatur Hierusalem; item plateam transversalem, in qua est collegium minus artistarum, item omnes areas et domos muro civili contiguas; item partem plateae sutorum versus ecclesiam Sanctae Annae posticatae, item plateam a platea Sanctae Annae, usque ad plateam sutorum transversaliter porrectam; item balneum Iudaeorum cum suis pertinentiis. Proventus autem pro sua dote ecclesia Sanctae Annae praefata habet infrascriptos.

Midlnyky, villa iuxta fluvium Rudawa, et sub parochia Sancti Stephani de Cracovia sita, cuius haeres Dobeslaus Curozwanczsky castellanus Rospergensis, de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item molendinum, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sanctae Annae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item non est ibi praedium, neque ortulaniae.

Wrzoska, villa sub parochia Sancti Stephani de Cracovia sita, cuius haeres idem . . . ., in qua sunt lanei cmethonales et una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sanctae Annae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

Czarna Wyesch alias Lobzow, ubi habet ecclesia et plebanus Sanctae Annae in Cracovia hortum bonum, de quo solvuntur sibi pro annuo censu tres marcae, item habet plebanus et ecclesia Sanctae Annae in Cracovia domum acialem, ex opposito nobilium de Thanczyn sitam, de qua annis singulis solvuntur sibi pro censu tres marcae; item praefata ecclesia Sanctae Annae habet domum, penes collegium maius artistarum sitam, quam Mroczek sartor inhabitat, quae solvit ei duas marcas census annui; item praefata ecclesia Sanctae Annae habet domum in Kawiory, quam inhabitat Margaretha Kusnierka, quae solvit unam marcam annuatim; item habet dicta ecclesia aliam domum in Kawiory, in qua Agnes Blaszkowa manet, de qua solvit eidem ecclesiae mediam marcam, item est ibidem in Kawiory alia domus seu hortus, de quo plebanus Sanctae Annae tollit sortem; item est in Kawiory domus seu hortus alius, praeter hos praedictos, de quo plebano Sanctae Annae et ecclesiae solvitur pro censu unus ferto.

Altaria in eadem ecclesia S. Annae.

Primum altare in choro et ad aquilonem situm et in honorem Beatorum Petri et Pauli Apostolorum erectum, sed nondum confirmatum, neque ratificatum. Bona autem, ad dictum altare pertinentia, pecuniis magistri Piczkowsky sunt coempta, quae hodie Clethnar consul Cracoviensis tenet; nec altarista ad illud altare est investitus, rationem ponens, quia bona illa et census annui non pro altari, sed pro collegiatura sunt principaliter coempta et ordinata.

Aliud altare in choro versus meridiem situm et honori ..... dicatum et erectum, quod de pecuniis post mortem magistri Johannis Proger plebani Sanctae Annae derelictis, per executores, iuxta ac ab eo commissum erat, fundatum est ac dotatum, cuius altarista modernus est Johannes de Schebnya, cui pro annuo censu solvuntur de Proschowicze sedecim marcae.

Altare tertium in eadem Sanctae Annae ecclesia ad sacrarium situm et Sanct.. ..... dicatum, de quo fraternitas pincernarum solvit plebano Sanctae Annae pro quibuslibet quatuor temporibus novem grossos ratione missae, quae ad illud altare singulis septimanis diebus dominicis pro memoria de Sancta Anna cantatur.

Quartum altare in honorem Sancti Valentini dicatum et erectum, cuius nunc altarista Matthias Dysputh senior in capella Sanctae Trinitatis in castro Cracoviensi, cuius collatores et patroni Morsthenowye cives Cracovienses.

Quintum altare in capella Teschnar non est erectum, nec aliqui census pro eo comparati, licet summa notabilis pro dicto altari erigendo per patrem eorum relicta fuerit, quae postea per filios consumpta est.

Sextum altare in capella Hostii, quae dicitur Zarogowsky, situm, et in honorem Sancti Nicolai dicatum, cuius altarista Dobrul.

Septimum altare sub organo situm et Sancto Donato dicatum, ad quod et eius fundationem domus ex opposito collegii artistarum per quendam Byelonkam derelicta et assignata est.

Octavum altare iuxto sepulchrum venerabilis Kanthy situm, et in honorem Sanct .... dicatum, de pecuniisque cuiusdam domini Nicolai sacerdotis erectum et fundatum, cuius nunc altarista magister Blasius de ...... et pro annuo censu habet duodecim marcas.

Ecclesia Sancti Stephani in Cracovia.

Cocto latere murata, cuius serenissimus Poloniae rex patronus et collator, cuius nunc plebanus et rector magister Florianus de ....., quae sub sua parochia infrascriptas continet plateas et vicos:

Medietas plateae Sancti Matthiae.

Medietas plateae sutorum.

Duodecim domus in platea S. Stephani.

Balneum extra civitatem.

Cerdones albi et rufi, cum aliis artificibus in suburbio, ante valvam sutorum siti, habentes viginti duas areas et totidem hortos, ratione quarum solvunt . . . . . latorum grossorum custodiae Cracoviensi, sed non in aequali, quantitate, alius enim solvit plus, alius minus.

Piscatores cum pultificibus.

Platea lutifigulorum.

Kawyory, villagium in suburbio Cracoviensi, et sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano in Cracovia situm, ubi sunt tres hortulaniae episcopales, et non solvunt aliquam decimam, sed solum censum pro episcopo Cracoviensi, unus fertonem, et residui duo per sex grossos. Item habet ibi capitulum Cracoviense quatuor hortulanias praeter hortulanias episcopi, et quaelibet solvit capitulo Cracoviensi pro censu annuo pro festo Sancti Martini sedecim grossos, qui census cedit in usum vicecustodiae Cracoviensis.

Nigra villa alias Czarna Wyesz, villagium in suburbio Cracoviensi et sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano in Cracovia situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt cmethones, item hortulaniae, et ratione arearum et hortorum, quos incolunt, solvunt annis singulis custodiae Cracoviensi duas marcas et unum fertonem, dando quibuslibet quatuor temporibus tres fertones. Item pro praebenda Sanctorum Felicis et Aucti in castro, praefatae hortulaniae solvunt sexagenam; pro rege autem solvunt . . . .

Nigra platea alias *Czarna ulicza.*

Media villa alias Poluwszye.

Nova villa.

Lobzow, villa sub parochia ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item hortulaniae, item praedium unum regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Sanctorum Felicis et Aucti in castro Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; decimam vero canapi non solvunt ex ea villa.

Krowodrza, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano sita, cuius proprietas ad monasterium hospitalis Sancti Spiritus in Cracovia pertinet, in qua sunt duodecim lanei franconici et duodecim horti, de quibus omnibus solvitur census, et conducitur decima manipularis et canapalis hospitali

Sancti Spiritus; item est ibi praedium hospitale, de cuius agris datur decima hospitali praedicto in Cracovia.

BISKUPYE, villagium in suburbio civitatis Cracoviensis et sub parochia Sancti Stephani situm, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in quo sunt viginti septem hortulaniae, quae praedita appellatione propria, appellantur pistores; habent enim ex antiqua et praescripta consvetudine ius, panes pistandi et vendendi in Cracovia pro quolibet foro; et licet consulatus Cracoviensis magno studio conabatur eis praedictum ius auferre, in hanc tamen diem non potuerunt. Ex praedictis autem viginti septem hortulaniis, decem sunt, qui habent extensiores hortos, et quilibet solvit mediam marcam, tres vero per fertonem, unus autem tres fertones, et duo per sedecim grossos, alii vero decem per octo grossos, ultimus per sex grossos.

MIDLNIKY, villa sub parochia de Sancto Stephano sita, cuius haeres Dobeslaus Kurozwanczsky de armis Rosae albae, in qua sunt lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae Sanctae Annae de Cracovia.

RZĄSSKA, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano in Cracovia sita, cuius haeres idem Dobeslaus Kurozwanczsky de armis Rosae albae, in qua sunt . . . de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia S. Annae in Cracovia, cuius valor . . . . .

BRUNOWICZE, villa in monte Wrożna gora dicto, sita, sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano, cuius proprietas ad quartam praebendam Sancti Georgii in castro Cracoviensi pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu et pro decima manipulari pro festo S. Martini, praebendario seu canonico unam marcam communis pecuniae, duas mensuras avenae confertas, et duos capones. Item sunt in eadem villa duo lanei praediales, ad praebendam pertinentes, de quibus solus praebendarius decimam tollit; item est ibi scoltetia, habens quinque laneos liberos a censu et a qualibet decima; item scoltetia habet unam tabernam, quae sibi solvit tres marcas; item praefata scoltetia habet sex hortulanias ibi, et quaelibet sibi solvit unam marcam pro annuo censu; item de his omnibus suprascriptis plateis, vicis, locis et villagiis, usque ad villam Zyelyonky, plebanus de Sancto Stephano in Cracovia nihil habet, nisi columbationem, et omnes sunt sub parochia ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia siti.

ZYELYONKY, villa sub parochia ecclesiae de altera Zyelyonky sita, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano Sancti Stephani iu Cracovia, et valor eius aestimatur ad octo marcas, non de omnibus, sed tantummodo de tribus cum medio laneis; item de duabus tabernis, uno molendino et

tribus hortulaniis, tribus stadiis trium aliorum laneorum cmethonalium, tribus campis curialibus, qui vocantur *jutrzyny*, item de agris praedialibus *przymiarki*, decimatur altari Sancti Vladislai in ecclesia Cracoviensi; item de quatuor laneis cmethonalibus, duabus tabernis, duobus molendinis, sex ortulaniis pro praebenda Cracoviensi Zakrzowska.

Gora, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius haeres Nicolaus de armis ....

Janowicze, villa sub parochia de .... sita, cuius haeredes Johannes Pothoczsky de armis Srzeniawa et Sbigneus ..... Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus pro primo et secundo anno solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Stephani in Cracovia; tertio vero anno pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas.

Nyezwoyowycze, villa sub parochia de Pelcznycza sita, cuius haeredes Johannes et Jacobus Nyezwoyowsky de armis Olobok, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad sex. Item est in eadem villa una taberna, habens agros, item duae hortulaniae, habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae S. Stephani in Cracovia; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Pelcznicza.

Maszkow, villa sub parochia ecclesiae de .... sita .... Item habet in eadem villa plebanus S. Stephani de Cracovia pro dote sua praedium bonum cum agris, pratis et virgultis, de cuius agris decimam tollit.

Wilczkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Iwanowicze sita. Item est in eadem villa pratum bonum ad proprietatem et dotem ecclesiae et plebani S. Stephani de Cracovia pertinens, de quo plebanus tollit pro se foenum.

Suburbium Cracoviense, sub parochia de .... situm, in quo sunt tres domus ad proprietatem plebani de Sancto Stephano pertinentes, quae sibi pro annuo censu solvunt sex marcas; item plebanus praedictus habet annuatim de domo Thesznar consulis Cracoviensis marcam; item solvuntur sibi pro annuo censu duae marcae de .... Item de domo Szworcziurga civis Cracoviensis habet praedictus plebanus Sancti Stephani singulis annis viginti grossos. Item de domo Petri Glowa civis Cracoviensis tenentur dari dictae Sancti Stephani ecclesiae viginti ..... Item habet praefatus plebanus de domo Wyanczek, pro censu annuo mediam marcam.

Item columbationem cum denario S. Petri percipit plebanus de S. Stephano post totam parochiam, quae se extendit ad octo marcas, de qua solvit apostolico collectori singulis annis mediam marcam.

Capella Sanctorum Matthaei et Matthiae Apostolorum honori dicata, et per Stanislaum Rey de Kobylany, tunc plebanum Sancti Stephani muro fabricata, cuius et altaris in ea consistentis patronus episcopus Cracoviensis pro tempore, quod altare habet quatuordecim marcas annui census in villa Dobyeslawicze sub parochia de ..., qui census per Stanislaum Rey praefatum, et suas pecunias, et suos executores, Johannem videlicet Rzeschowsky canonicum Cracoviensem, Stanislaum Rey plebanum in Przemąkow decretorum doctorem, et Stanislaum de Sczeglin vicarium perpetuum Cracoviensem, pro ducentis quinquaginta marcis apud Nicolaum Buczynsky haeredem villae Dobyeslawicze, Casimiro tertio Poloniae rege libertante et consentiente, emptus est. Et habet onus legendi singulis septimanis in praefata capella et eius altari tres missas, unam die dominica de Apostolis patronis Matthaeo videlicet et Matthia, alteram sabbatho de Beata Virgine, feria autem tertia pro defunctis, et signanter praefato Stanislao Rey fundatore.

Altare Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia S. Stephani, secus sacrarium in angulo meridionali, cuius altarista est Stanislaus de Sczeglin, cuius Stanislaus Durnik civis Cracoviensis et sui propinquiores sunt patroni. Et habet novem marcas pro annuo censu de quatuor piscinis, quae vocantur Szwidniczar, circa quas est hortus et domus et balneum et turris, de quibus omnibus Johannes Clethnar civis Cracoviensis tenendo ea, solvit altari praefato singulis annis novem marcas pro censu, qui pro trecentis minus viginti florenis, de pecuniis N. Hirsberk mercatoris Cracoviensis, ad fundationem huiusmodi altaris emptus est, altarista autem singulis septimanis tenetur duas missas pro defunctis et signanter pro praefati Hirsberk anima, legere.

Ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae in Cracovia.

Ecclesia praefata Sanctae Mariae Magdalenae iuxta collegium iuristarum sita, et monasterio sanctimonialium Sancti Andreae confrontata, cuius iuspatronatus ad magistros et doctores universitatis studii Cracoviensis collegii artistarum pertinet, qui illis ....

Wilczycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, sub parochia de Ruscza sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, item septem hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda et praebendario Sanctae Mariae Magdalenae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad viginti marcas; item est ibi praedium capitulare, amplos habens agros, de

quibus nulli solvit decimam, sed regens villam praefatam praelatus et canonicus tollit eam pro se et in horreum suum inducit.

Prosznyowycze, alias Wolya, villa sub parochia de Radlow, cuius proprietas ad Cracoviensem episcopatum pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item unus liber alias *wolny* in servitio, item scoltetiae lanei, item una taberna habens agros, de quibus decimae manipularis perceptio diversificatur; nam de septem laneis cmethonalibus et scoltetialibus novis, in cruda radice extirpatis, et duabus antiquis, solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; de duobus vero laneis aliis antiquis solvitur ecclesiae Radloviensi, et valor eius ad duas marcas; de residuis vero duobus antiquis solvitur praebendae Sanctae Mariae Magdalenae et eius praebendario, cuius valor etiam aestimatur ad duas marcas.

Ecclesia Sancti Martini in Cracovia.

Habet Cracoviensis civitas inter alias aedes suae urbis ecclesiam sive aedem Sancti Martini confessoris et pontificis, iuxta monasterium sanctimonialium Sancti Andreae sitam, et latere cocto aedificatam, quae habet praebendarium pro tempore, qui illam in spiritualibus et temporalibus administrat, cuius iuspatronatus et collatio ad duas domos, videlicet ad domum Griphonum, quae se Szwieboda clamat, et ad domum Ostoya pertinet. Habet aream optimam pro suo habitaculo dispositam et usque ad muros protensam, et proventus infrascriptos.

Sicze, villa sub parochia de Modlnicza sita, cuius haereditas, proprietas et dominium ad praebendarium S. Martini in Cracovia pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, et de quolibet solvitur media sexagena praebendario S. Martini in Cracovia pro censu, item cmethones laborant unum diem in septimana aratro aut curru; item quilibet de laneo dat ova, item sunt in eadem villa tres hortulaniae, habentes agros, et quilibet solvit mediam marcam praebendario Sancti Martini; item est ibi taberna una, habens agros et pratum, quae solvit pro annuo censu octo marcas; item de his omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebendario, et valor decimae aestimatur ad decem marcas; item est ibi praedium optimum, habens gaya et largos agros et prata, de cuius agris non solvit praebendarius alicui decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Grambinicze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, in qua sunt lanei cmethonales; item hortulaniae, item tabernae, de quibus solvitur et

conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Martini Cracoviensis, item praedium.

Pyotrowycze, villa sub parochia de .... sita, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; item praedium.

Zarogow, villa sub parochia de Nasiechowicze sita, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro .... ; item praedium.

Polaiowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nasyanchowicze sita, cuius haeredes Johannes Nasyon de armis Bippennium et Stanislaus Polaiowsky de armis Anguium, in qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item sex hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Raciborowska, cuius valor aestimatur ad decem marcas; item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima praebendae Sancti Martini in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Pogwizdow, sive Marczinkowicze, villa sub parochia de ..... sita, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item sunt ibi praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda Sancti Martini, et valor eius aestimatur ad ....

Chelm, villa sub parochia de Zwyerziniecz sita, cuius haeredes Marcissius et Jacobus, Nicolaus et Hanek germani Chelmscy de armis Ostoya, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae duae, habentes agros, item hortulaniae sex, non habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Dziewiąthelszka, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item ex antiquo fuit ibi tantum unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro praebenda S. Martini in Cracovia; hactenus vero, multiplicatis haeredibus, abstracti sunt agri cmethonales et conversi in praedia militaria; abstracta est et decima a canonicatu Cracoviensi de eisdem agris cmethonalibus, et per iniuriam praebendae Sancti Martini applicata.

Wolya Chelmska, villa sub parochia de Zwyerzynyecz sita, cuius haeredes Andreas Siemiensky de domo Dambno, in qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, item molendinum unum, habentia agros, item hortulaniae quatuor, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Martini, et valor eius aestimatur ad decem marcas, quae deberent dari praebendae

Cracoviensi Dziewiąthelszka, sed per incuriam canonici occupata est. Item est ibi praedium bonum, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae Sancti Martini in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Chwaczymyech, villa sub parochia de Czrenin et in terra Zathoriensi sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Zwyerzynyecz pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Sancti Martini in Cracovia, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris decimatur ....

Ecclesia Sancti Aegidii in Cracovia, habens aliquot canonicos, cuius iam proventus et conditiones in regesto, quod de collegiatis ecclesiis a nobis confectum est, descripsimus.

Ecclesia Sancti Spiritus Hospitalium in Cracovia, habens parochiam et regulares in se canonicos, cuius etiam introitus in regestro monasteriorum descripti sunt a nobis sufficienter.

Ecclesia Sancti Marci in Cracovia, fratres regulares et religiosos in se continens, quam etiam cum suis proventibus et obventionibus in regesto monasteriorum descripsimus.

Ecclesia Sancti Johannis Baptistae in Cracovia, ...

Ecclesia Corporis Christi in Casimiria, parochialis, regulares habens canonicos, ordinis Sancti Augustini, quam cum suis proventibus in regesto monasteriorum descripsimus.

Ecclesia Sancti Michaelis et Stanislai de Rupella, regulares ordinis Beati Pauli primi heremitae habens in se fratres, quam in monasteriis descripsimus.

Ecclesia Sanctae Catherinae in Casimiria, continens in se fratres regulares ordinis S. Augustini, cuius proventus inter monasteria descripsimus.

Ecclesia Sancti Jacobi in Casimiria, latere cocto elemosynis oppidanorum de Casimiria murata, quae dismembrata est in praepositum, altaristas duos et mansionarios quinque, quorum unus est perpetuus, quatuor manuales; praepositus autem modernus est Jacobus Hincza de Bathowicze, cuius quidem ecclesiae patroni sunt: Johannes Buczynsky cum filio, item Jacobus, Johannes et Stanislaus Trzeczesky, item Clemens Korzensky, item Albertus Jezowsky principales; item omnes alii de genealogia et armis Streparum et praesertim de villa Sulkowicze, Janowicze, Jankowicze, Kyany, Swoszowicze. Item non habet praepositus eiusdem ecclesiae agros, solum hortum et duo prata,

unum circa Samostrzelna Karczma, alias circa villam Wolya ad hospitale Sancti Spiritus in Cracovia pertinentem, aliud prope villas Kurdwanow, Lagiewniky et Jugowicze, in qua omnes agri cmethonales, tabernales, praediales ....

Wroblowycze, villa sub parochia S. Jacobi de Casimiria, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Catherinae in Casimiria pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales, item praedium, item duae hortulaniae, de quibus omnibus decima pro praeposito S. Jacobi in Casimiria, et valor eius ad duas aestimatur marcas.

Lyusznya, villa sub parochia de Gay, cuius haeres Jacobus de Konieczpolye, in qua non sunt lanei distincti, sed pecies seu horti, ex quibus aliquibus praepositus S. Jacobi de Casimiria habet decimam, cuius valor est media marca.

Lyszekanye, villa sub parochia Brzeze, cuius pro maiori parte haeredes Stanislaus et Johannes Marsalkowiczy, in quorum parte sunt lanei cmethonales, item in alia parte minori sunt lanei .... item duae tabernae, habentes agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima praeposito S. Jacobi, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Szborczycze, villa sub parochia Brzezye, cuius partem habent praefati Marsalkowyczy, et aliam alii, et de tota haereditate decima pro praeposito S. Jacobi solvitur, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Surowky, villa sub parochia Brzezye, in qua per totam nobiles, de qua decimatur pro praeposito S. Jacobi in Casimiria; item de uno campo decima solvitur pro plebano in Nyegowyecz.

Czyrzow, villa sub parochia Brzezye, in qua duo praedia militaria, de quibus decimatur pro praeposito S. Jacobi, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Jankowycze, villa sub parochia de Xąsnycze, in qua omnes milites, tantummodo unus cmetho, de quibus decima cedit pro praeposito S. Jacobi per unum annum integre, et pro duobus annis pro plebano in Xąsznycze; et valor eius ad tres marcas aestimatur; et ibi sunt decem lanei nobilium.

Kyany, villa sub parochia Rachwalowicze, cuius haeres Dobeslaus de domo Strepa, in qua lanei cmethonales eiusdem Dobeslai, de quibus omnibus decimatur pro praeposito S. Jacobi in Casimiria, et valor eius est quinque marcarum; item habet ibi plebanus de Przemąkow aliquos cmethones, de quibus capit et censum et decimam, quos virgo orba de domo Strepa contulit eidem ecclesiae in Przemąkow.

Swoschowicze, villa sub parochia de Czarnocin sita, in qua sunt lanei, hortulaniae, praedia, tabernae, de quibus decimatur pro praeposito

praefato S. Jacobi, et valor eius est octo marcae; item hortus ante valvam Skawinska penes hortum regium et vicariorum, quem nunc habet monasterium Rupella, de quo solvitur una marca praeposito S. Jacobi; item domus in Casimiria prope ecclesiam S. Jacobi, de qua ipsi praeposito S. Jacobi solvitur unus ferto, in qua nunc residet Petrus lutifigulus; item alia domus, in qua manet Nicolaus Skorka, de qua praeposito solvitur ferto; item ager civilis datus pro ecclesia S. Jacobi, de quo solvitur una sexagena praeposito; item sub parochia eiusdem ecclesiae S. Jacobi est quarta pars circuli, versus S. Jacobum postico sita; item vicus seu platea, postico ad ecclesiam tendens S. Jacobi pro media parte, pro altera autem parte ad Rupellam pertinet; item omnes anguli et plateae, sitae post ecclesiam S. Jacobi, item Pobrzeze, in qua sunt piscatores et alii extra muros Casimirienses, et post ecclesiam S. Laurentii, incipiendo a pede pontis praeterito, et omisso lutifigulo, omnes domus et omnes areae circum muros Casimirienses, item hospitale S. Leonardi et omnes hortulaniae circa Vislam; item ante portam Skawinska duae tantummodo hortulaniae et domus Valthkonis, reliquae autem domus et hortulaniae ante eandem portam pertinent ad Rupellam. Item parochiales villae Plaschow regis, item Wola hospitalis. item Krokocin, Kociwarzyney, item Rząnka hospitalis, item Kurdwanow, item Jugowicze, item Lagiewniki, item Borek capitularis, item Wroblowicze, item Pokrzywnicza, ubi tantummodo molendinator et hortulania, cuius haeres Wrzosowsky Kania; in quibus praepositus non habet, nisi columbationem et denarium Sancti Petri; item Szwoschowicze praeter villas Szwoszowicze et Wroblowicze, item in eadem ecclesia est praebenda, sive altare Sancti Christophori, ipsam Albertus habet. Item quatuor mansionarii et quintus praebendarius; cum eis cantat praebendarius cum magistro scholae, et omnes sunt manuales, praeter quintum. Item solus praepositus confert magistrum scholae, cui solvit pro quatuor temporibus unam sexagenam, mansionarios autem, quamvis sint manuales, conferunt patroni suprascripti.

Pokrzywnica, villa sub parochia de Gay sita, cuius haeres Kanya de domo ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis; item est ibi unum praedium militare, item una hortulania, habens agros, item unum molendinum in Koprzywnicza, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis praepositurae S. Jacobi in Casimiria, excepto singulis annis uno campo in agris praedii, qui cedit in *gonithwam* pro ....

Altare in ecclesia Sancti Jacobi in Casimiria situm, et in honorem Beatae Virginis Mariae et Sancti Christophori et Omnium Sanctorum dicatum, cuius altarista Albertus de Solyecz, cuius patroni Petrus et cae-

teri nobiles de armis Strepae, fundatum et dotatum A. D. 1428 sub pontificatu Sbignei cardinalis, et tunc Cracoviensis episcopi, et per eiusdem literas confirmatum; proventus autem dicti altaris isti sunt.

Wroblyowicze, villa sub parochia de Oppatkowicze sita, cuius haeredes Wroblowsczy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima ecclesiae S. Jacobi in Casimiria; item est in eadem villa taberna una, ad proprietatem altaris S. Jacobi in Casimiria pertinens, de qua pro annuo censu solvuntur altaristae .....

Koprziwnicza, villa sub parochia ecclesiae de Gay sita. Item altarista S. Jacobi in Casimiria praefatus habet in eadem villa piscinam prope fluvium Wylga.

Schwoschowicze, villa sub parochia ecclesiae de .... sita. Item altarista altaris S. Jacobi in Casimiria habet ibi pro dote sua praedium bonum cum agris et pratis.

Zdzisslawicze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita. Item altarista S. Jacobi habet ibi unum cmethonem ad se pertinentem, qui ei solvit pro censu annuo unam marcam.

Hortus in Casimiria ex opposito ecclesiae S. Jacobi in angulo, inter muros Casimirienses, et domum plebani S. Jacobi mediae partis situs, quem habet altarista pro habitatione sua. Onera autem altaris praedicti sunt tres missae in qualibet septimana feria secunda pro defunctis, sabbatho de Beata Virgine, et die dominica de die, quae altarista explere tenetur.

Proventus quatuor Mansionariorum in ecclesia Sancti Jacobi in Casimiria, quae non sunt perpetuae, sed manuales, sunt isti: Lawsow, villa sub parochia ecclesiae de Xągnicze sita, cuius haeres Salyewsky de Prokocin de armis Strepae, in qua sunt octo lanei cmethonales, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis praedictis, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Olszini, villa, habens in se parochialem ecclesiam Sanct .... dicatam, cuius haeres Nicolaus Buczynsky de armis Strepae, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis quatuor S. Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis altari ..... in Woynicz, item sunt in eadem villa aliqui agri, de quibus solvitur decima episcopo Cracoviensi, de aliis vero agris decimatur decanatui ...... Item sunt ibi duae tabernae.

Janowicze Superior, villa sub parochia de Oppatkowicze sita, cuius haeredes nobiles de armis Strepae, in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit mansionariis S. Jacobi pro decima pecuniali per

septem grossos; item sunt ibi praedia militaria; de quibus datur decima manipularis pro mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Janowicze inferior, villa sub parochia de Oppatkowicze sita, cuius haeredes nobiles de armis Strepae, in qua sunt hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas.

Wroblyowicze superior, villa sub parochia de Oppatkowicze sita, in qua sunt duo haeredes, Johannes videlicet senior et Johannes iunior de armis Strepae, in qua sunt hortulaniae habentes agros, item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis pro mansionariis Sancti Jacobi, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wroblyowicze inferior, villa sub parochia de Oppatkowice sita, cuius haeredes Thasiczsky Leonardus et Pierzchala, nobiles de armis Strepae, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis S. Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi unus campus, de quo alternatis annis datur decima ecclesiae in Oppatkowice.

Vilphin, villa sub parochia de Oppatkowice sita, cuius haeres Albertus Jezowsky de armis Strepae, in qua sunt duae hortulaniae, habentes agros, et quaelibet solvit pro decima mansionariis S. Jacobi per novem grossos. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro eisdem mansionariis, cuius valor duarum marcarum.

Strzalkowicze, villa sub parochia de Kossoczicze sita, cuius haeres Burkarth, in qua sunt agri distincti in laneos, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Curdwanow, villa sub parochia ecclesiae S. Jacobi in Casimiria sita, cuius proprietas ad hospitale Sancti Spiritus in Cracovia pertinet, in qua sunt sex hortulaniae, habentes agros, item praedium unum hospitalis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis S. Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Wolya, circa Samostrzedlna Karczma, villa sub parochia S. Jacobi in Casimiria sita, cuius proprietas ad hospitale Sancti Spiritus in Cracovia pertinet, in qua sunt viginti duo lanei cmethonales, una cum agris

taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Omnium Sanctorum mediae partis in Cracovia; item de quinque laneis solvitur decima manipularis mansionariis S. Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Jugowicze, villa sub parochia ecclesiae S. Jacobi in Casimiria sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinet. Item est in eadem villa unus campus alias *nywa*, de cuius agris solvitur decima manipularis mansionariis S. Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Quinta mansionaria eiusdem ecclesiae Sancti Jacobi non est manualis sed perpetua, cuius modernus mansionarius est Andreas Wyelyepolsky de armis Antiquorum Equorum, quae habet decimam in Dobyeslawicze modo infrascripto.

Dobyeslawicze, villa sub parochia de Raphalowicze sita, cuius haeres Buczynsky, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, item taberna una, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionario seu altarista praefato, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas; item praefatus mansionarius seu altarista tenetur cantare cursum Beatae Virginis Mariae et maturam missam; item cantat et vigilias qualibet secunda feria, cantu legere etiam tenetur singulis septimanis duas missas, unam pro defunctis, alteram pro peccatis; item altarista habet specialem domum, item mansionarii quatuor habent unam domum communem.

Ecclesia Sancti Leonardi hospitalis leprosoraria extra muros Casimirienses, sub pontificatu et regimine sanctae memoriae Sbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis erecta, et per consules de Casimiria fundata et dotata, cuius primus praepositus erat Johannes de Strykow presbyter. Habet autem praepositura S. Leonardi praefata pro sua dote decem marcas annui census, qui illi ex praetorio Casimiriensi solvuntur, ad quas solvendas Sbigneo cardinali et episcopo Cracoviensi praefato, ratificante per suas literas et confirmante, consulatus Cracoviensis se submisit, et per suas speciales literas inscripsit et obligavit.

Ecclesia Sancti Benedicti in monte Lyassotino extra muros Casimirienses.

. . . .

Ecclesia Sancti Floriani in Klyeparz, alias in Florentia, habens in se praelatos et canonicos, cuius statum et conditionem in regestro collegiatarum ecclesiarum descripsimus.

Ecclesia Sanctorum Philipi et Jacobi, in Klyeparz sita, et pro medietate latere cocto murata, cuius unicus patronus Marcus Mninowsky de Tomaszowicze, ratione villae Thomaszowicze, de domo et familia Nowina, cuius praebendarius Jacobus filius Goliian de Krowiczino, nobilis de domo Wczelye, quae pro sua dote proventus infrascriptos habet.

Thomaszowicze, villa sub parochia de Modlnica sita, cuius haeres Marcus Mninowsky, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item praedium unum militare, habens duos cum medio laneos in se, item una taberna, habens agros, et ad proprietatem praebendarii pertinens, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sanctorum Philipi et Jacobi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas; taberna autem ad praebendarium spectans, solvit eidem pro annuo censu unam marcam et nihil laborat; item est in eadem villa pratum unum iuxta tabernam, cuius proprietas ad praebendarium Sanctorum Philipi et Jacobi in Kleparz pertinet, quod annis singulis pro una marca arendatur; item sunt ibi hortulaniae, sed non habent agros.

Hortus in Klyeparz retro ecclesiam et ad proprietatem praebendae Sanctorum Philipi et Jacobi pertinens, circa quem et domus est, et arendatur annuatim pro una marca.

Area in circulo Klyeparz usque ad ecclesiam Sanctorum Philipi et Jacobi postico porrecta, in qua domus, de qua praebendario Sanctorum Philipi et Jacobi solvebantur pro annuo censu quatuor marcae. Onera autem praefatae praebendae sunt duae missae, singulis septimanis per praebendarium implendae, una pro peccatis, altera pro defunctis.

Monasterium Sanctae Mariae in Arena, extra muros Cracovienses ordinis Carmelitarum, quod in regestro monasteriorum cum eius proventibus descripsimus.

Ecclesia Sanctae Crucis sive passionis Jesu Christi, regularis ordinis Sancti Benedicti in Kleparz.

Ecclesia Sancti Nicolai extra muros Cracovienses, cuius plebanus Johannes de Oszwyanczim decretorum doctor, cuius iuspatronatus et praesentandi ex priscis et antiquis temporibus pleno iure ad abbatem et conventum de Thyniecz pertinebat, anno tamen Domini 1400 . . . . . de speciali consensu et annuentia abbatis et conventus de Thyniecz, collatio et iuspatronatus dictae ecclesiae in collegium artistarum transfusum, et domui illi et collegio unitum et incorporatum est. Magistri quoque et doctores collegii illius ad dictam ecclesiam praesentant; plebanus autem dictae ecclesiae habet pro dote sua curiam optimam et amplam cum piscinula et pomerio, item oblatio singulis annis ecclesiae facta, extendit se ad

sedecim citra vel ultra marcas, item columbatio per totam parochiam ad sex marcas.

Suburbium extra valvam S. Nicolai et muros Cracovienses situm, ad parochiam S. Nicolai pertinens, de quo cedit columbatio ecclesiae et plebano de S. Nicolao, et quilibet hospes dat grossum, inquilinus medientem plebano, et quae columbatio totius parochiae extendit se ad sex marcas.

Prandnik, villa sub parochia ecclesiae de S. Nicolao sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium de Thyniecz pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item est ibi scoltetia, habens quatuor laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia S. Nicolai, et valor eius aestimatur ad viginti quinque marcas; item sunt in eadem villa tria praedia ad . . . . . cives Cracovienses pertinentia, bona, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis eidem S. Nicolai ecclesiae, cuius valor ad quatuordecim marcas aestimatur; item plebanus de S. Nicolao habet in eadem villa duos cum medio laneos pro praedio suo, et prata habet et columbationem in eadem villa.

Praedium Hannusbork civis Cracoviensis, sub parochia de S. Nicolao situm, de quo praefatus Hanusbork civis solvit pro decima plebano de S. Nicolao singulis annis duas marcas, paratis pecuniis, iuxta tamen plebani praefati de S. Nicolao et nonnullorum assertionem, decima manipularis deberet dari plebano, pro qua etiam plebanus cum praefato cive litigat, sed iam solvitur manipularis.

Grzegorzkowa, villa sub parochia de S. Nicolao sita, cuius proprietas ad consulatum Cracoviensem pertinet, de qua singulis annis solvitur ecclesiae et plebano S. Nicolai pro decima una marca cum sex grossis.

Dąmbye, villa sub parochia de Sancto Nicolao sita, cuius proprietas ad consulatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogyla. Item plebanus de Sancto Nicolao percipit ibi columbationem.

Brzysczyna Maior, villa sub parochia de Gay sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro plebano S. Nicolai de Cracovia, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Brzysczyna Minor, villa sub parochia de Gay sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima plebano Nicolao, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Villae parochiales Prandnyk, suburbium extra valvam Sancti Nicolai et muros Cracovienses, praedium Hanusbork, Grzegorzkowa, Dambye, Glambinow, Lang, Rybytwy, Rakowicze.

Modlnicza Maior, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Adalberto martyri dicatam, cuius proprietas ad nobiles Johannem et

Stanislaum de domo et familia Prussy, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item hortulaniae tres plebani, item taberna una haeredum, item praedia duo, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Modlnicza Maiori, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item hortulaniae quatuor haeredum, item duae tabernae plebani habent omnia agros, item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Modlnicza Minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Modlnicza sita, cuius proprietas ad monasterium Zwierzynecense pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item duae tabernae, item hortulaniae, item praedium coenobiale habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro prima praebenda Sanctae Mariae Egyptiacae in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item Nicolaus Nossz habet ibi praedium, item tres hortulanias, item unam tabernam, habentem agros, item molendinum unum.

Rogoznyk, villa sub parochia de Modlnycza sita, cuius proprietas ad monasterium Zwierzynense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item praedium . . .

Tomaschowicze, villa sub parochia de Modlnicza sita, cuius haeres Marcus Mninosszky de domo Nowina, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item praedium unum militare, item taberna una, habens agros; item hortulaniae, sed non habent agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sanctorum Philippi et Jacobi in Cleparz, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas . . . .

In archidiaconatu Cracoviensi ecclesiae et villae parochiales.

Bolyechowycze.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Petro apostolo dicatam, cuius chorus et sacristia per Petrum Wisch episcopum Cracoviensem, nobilem de domo Liassky, muro latericio fabricata; corpus vero, propter iniustam eius deiectionem et exclusionem ab episcopatu Cracoviensi et translationem ad Poznaniensem, imperfectum, in hanc diem relictum. Cuius modernus plebanus Johannes Lyathoschinszky, nobilis de domo Griffonum, decretorum doctor canonicus Cracoviensis, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pleno iure pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, et de tribus tabernis, quarum duae sunt episcopi una plebani,

habentibus agros, et de sex hortulaniis, episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est in eadem villa praedium episcopale, habens agros, de quibus datur decima ecclesiae et plebano in Bolechowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item habet plebanus tabernam unam, quae pro annuo censu solvit plebano duas marcas; habet et hortulanum, qui etiam ei solvit unum fertonem pro censu et laborat diem in septimana singulis annis. Item praefatus plebanus percipit columbationem, quae quolibet anno ad quatuor marcas et non minus se extendit; item habet plebanus in eadem villa agros, prata, piscinas et pomerium bonum pro dote sua, cuius collatio ad episcopum Cracoviensem pertinet.

Brzezye, villa capituli Cracoviensis, pro media parte sub parochia ecclesiae de Bolechowicze sita, in qua sunt pro parte canonici, pro tempore eam regentis, quatuor lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item tres hortulaniae, habentes agros, item molendinum unum, habens agros, item praedium optimum canonicale, habens amplos agros, de quibus omnibus canonicus, pro tempore villam illam regens, nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item in altera parte villae praefatae sunt duo milites, Stephanus videlicet Pogorsky de domo Lelywa, habens curiam et agros praediales, item quatuor hortulanias, unam tabernam, unum molendinum, habentes agros; et Marcus Mnynoczsky de domo Nowina, qui non habet ibi curiam, neque praedium, sed unum tantummodo laneum cmethonalem; de omnibus autem agris praedictis, ad nobiles praefatos pertinentibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Bolechowicze, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Bandkowicze, villa sub parochia de Bolechowicze sita, in qua sunt prope triginta lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Bolechowicze, cuius valor aestimatur ad sedecim, aut decem octo marcas.

Uyazd, villa sub parochia ecclesiae de Bolechowicze sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Bolechowicze, cuius valor trium marcarum.

Paczolthowycze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam Sanct . . . . dicatam, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis singulis annis quatuor marcae ecclesiae et plebano in Bolechowicze.

Villae parochiales: Bolechowicze, Brzezye, Bandkowicze, Wianczkowicze, Uyazd, Kobylany, Karniowicze, Lazy, Zolkow, Wola.

Wysszoczycze.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se, Sancto Nicolao dicatam

et quadrato lapide albo, për nescio quempiam episcopum Cracoviensem, muro fabricatam, cuius haeres Johannes Pieniąszek Gywanowsky de domo Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, ad quam subaudiunt villae quatuor iure parochiali, videlicet Wyschoczycze, Zarnownica, Golischyn, et Scziborzicze.

Wyschoczycze, villa, cuius haeres est generosus dominus Nicolaus Grzegorzowsky armorum Bippennium alias Toporow, quae habet laneos, tabernam ac molendinum, ex quibus omnibus et de praedio militari haeredis dictae villae Wyszoczycze, pro tempore existens rector dictae parochialis in Wyschoczycze percipit annis singulis decimam manipularem cuiuslibet grani et seminis, necnon canapales aut canapum, aut per duos grossos de laneo.

Zarnownicza, villa, subaudiens ad suprascriptam parochialem in Wyschoczycze, quae habet laneos et praedium militare, cuius villae haeres est suprascriptus generosus dominus Nicolaus Grzegorzowsky armorum, ut supra dictum est, Bippennium, ex qua villa et praedio militari ex omnibus agris tam praedialibus, quam cmethonalibus, datur decima manipularis rectori ipsius ecclesiae pro tempore existenti et canapalis. Dicta villa Zarnownicza habet tabernam unam cum agris, ex qua similiter plebano ipsius ecclesiae parochialis in Wischoczycze datur decima manipularis et canapalis.

Golyschyn, villa ad parochialem dictam in Wyschoczycze pertinens iure parochiali, in qua sunt lanei cmethonales, cuius villae haeres est generosus Stanislaus Szwyrczkowsky armorum Janina, quae quidem villa habet praedium militare et unam tabernam, ex quibus omnibus agris dictae villae tam praedialibus, quam cmethonalibus, datur decima manipularis cuiuslibet grani et seminis dictae parochialis ecclesiae plebano pro tempore existenti, et canapum.

Sczyborzycze, villa abbatis et conventus in Sczyrzydz Cisterciensis ordinis, habens laneos, molendinum et tabernam, ex qua villa provenit decima manipularis episcopo Cracoviensi; de praedio vero, quod a multis annis retroactis militare fuit, antequam ad monasterium emptum aut donatum erat, semper alias ab immemorabili tempore, cuius initii memoria non existit, dabatur et datur decima manipularis cuiuslibet grani et seminis rectori dictae ecclesiae parochialis in Wyschoczycze. Plebanus autem ipsius ecclesiae parochialis in Wyschoczycze habet duos laneos sive mansos, pro praedio plebani ab immemorabili tempore concessos et liberaliter datos, sitos in haereditate praedictae villae Sczyborzycze, ab una parte fluvii dicti Dlubnya; in alia vero parte dicti fluvii, in bonis et haereditate villae Zarnownycza, habet certos agros satis amplos, alias *niwy*, penes publicam

viam iacentes, qui pro plebano pro tempore existenti coluntur, et ab immemorabili tempore semper colebantur, arabanturque. Caeterum ipse plebanus pro tempore existens, habet unam petiem terrae arabilis dictae Przeczka, in terra petrosa, alias *rąndzini* sitam, ab immemorabili tempore pro plebano et ipsius necessitate datam. Item plebanus in Wyschoczycze pro tempore existens, habet duo prata magna inter fluvium Dlubnya hincinde et ex utraque parte sita et iacentia, ex quibus pratis tres citra, vel ultra aliquando foeni acervi provenire solent.

PRANDOCZYN.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam, alba petra quadra muratam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, in qua quondam comes Prandotha de domo Odrowansch monasterium Cisterciensium inchoaverat fundare, cuius proprietas ad monasterium Clarae tumbae pertinet, in qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, item tabernae duae, habentes agros, item hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogyla, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas. Item est ibi unum praedium coenobiale, coempta scoltetia ordinatum, de quo monasterium nulli decimat, sed pro se decimam tollit et in horreum suum inducit; item plebanus et ecclesia in Prandocin habent agros proprios et liberos et prata pro suo praedio, usu et necessitate; item ecclesia et plebanus habent de censu tabernarum unam marcam pro candela paschali, de consvetudine veteri et de iure; item quilibet cmetho de laneo solvit ecclesiae et plebano unam avenae et unam siliginis mensuram, ratione *meschne*.

MONYAKOWICZE, villa sub parochia de Prandocin sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila spectat, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item una hortulania, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de quo nulli decimatur, sed monasterium pro se tollit decimam et in horreum suum ducit; item ecclesia de Prandocin habet in eadem villa columbationem et denarium Sancti Petri.

ORLOW, villa sub parochia de Prandocyn sita, cuius proprietas ad monasterium Miechoviense pertinet, quam monasterio praefato Miechoviensi Niemierza de Krzelow, custos S. Floriani et canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Vulpium, A. D. 1427 donavit, in qua sunt octo lanei cmethonales, item hortulaniae duae, habentes agros, item taberna una, sed non habet agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis, in tres partes variata; nam de una parte percipit eam monasterium Miechoviense,

de altera episcopatus Cracoviensis, de tertia monasterium in Mogila. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Tharnawa, prope Chrzelow; item cmethones solvunt plebano *meschne*.

Kaczycze, villa sub parochia de Prandoczyn sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila pertinet, in qua quondam erant multi lanei, sed maior pars eorum in praedium coenobiale conversa est. Sunt autem adhuc ibi sedecim lanei cmethonales et una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima pro monasterio in Mogila.

Wirzbicza, villa sub parochia de Prandoczyn sita, cuius haeres Spithko Thursky de domo Griffonum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Racyborowska, cuius valor aestimatur ad sex marcas. . . .

Wazyrow, villa sub parochia de Prandoczyn sita, cuius haeredes nobiles de variis armis, in qua sunt lanei cmethonales, et tam nobiles quam cmethones solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Prandoczin, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Obrazowycze, villa sub parochia de Prandoczin sita, cuius haeres Zegotha Necanda de armis Bippennium, in qua sunt decem lanei cmethonales et una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro officio praedicaturae in ecclesia Cracoviensi, et valor eius ad sedecim marcas. Item in eadem villa est unum praedium militare, item quatuor hortulaniae, habentes agros, ex praedio eis largitos, de quibus aliquibus decimatur ecclesiae in Korzequya, de aliquibus vero decimatur ecclesiae in Prandoczin.

Truschczyny, Pozakow, Cholowicze, omnes istae tres villae sunt de proprietate monasterii de Mogyla et de parochia ecclesiae in Prandoczin, et perditis prioribus et veteribus nominibus, redactae sunt in unam villam Prandoczin, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogyla, et valor eius aestimatur ad sexaginta marcas; item omnes istae quatuor villae solvunt ecclesiae et plebano eius *meschne*, unam videlicet mensuram siliginis et unam avenae.

Mogyla.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Bartholomaeo apostolo dicatam, iuxta monasterium Clarae tumbae, non remote a fluvio Dlubnya sita, cuius proprietas ad monasterium Clarae tumbae pertinet, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, una taberna, habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogiliensi, et valor eius

aestimatur ad quindecim marcas; item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris decima non solvitur alicui, sed monasterium eam pro se tollit et in horreum suum ducit.

Notandum autem, quod ecclesiam praefatam in Mogila parochialem et eius titulum Ivo Cracoviensis episcopus circa fundationem monasterii Mogiliensis extinxit, et illam cum omnibus decimis et proventibus eius et agris monasterio in Mogyla incorporavit et univit, et eius administrationem in spiritualibus et temporalibus abbati et fratribus monasterii de Mogila demandavit.

Dambye, villa sub parochia de Mogyla sita, cuius proprietas etsi olim ad monasterium Mogilnense pertinebat, nunc vero ex venditione pertinet ad consules et civitatem Cracoviensem, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedium, item molendinum; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilnensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Czyrzyny, villa sub parochia de Mogyla sita, cuius proprietas ad monasterium Mogilnense pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros in villa, item altera iuxta pontem lapideum, habens etiam agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio praefato Mogilensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas.

Thsczycza.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem albo lapide muratam et Sancto Aegidio dicatam, cuius haeres pro una medietate Johannes Denowsky de domo Zambrzaglowa, et Christopherus Schafranyecz de domo Antiquorum Equorum ratione uxoris, pro alia medietate, in qua sunt lanei cmethonales et una taberna haeredis, habens agros, item hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Imbramowicze, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, quarum proprietas ad ecclesiam et eius plebanum in Tszczicza pertinet; et prima solvit plebano, altera . . .; item una taberna . . . Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata pro suo usu et necessitate, item duo praedia militaria, de quibus partim plebano, partim monasterio in Tszcicza . . . .

Szwoyczany, villa sub parochia de Tsz'czica sita, cuius haeres Johannes Szadowsky de domo et familia . . . . ., in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, habens agros, item hortulaniae, habentes agros, de quibus perceptio decimae manipularis et canapalis variatur; nam de aliquibus campis percipit eam monasterium Imbramoviense, et valor eius aestimatur

ad sex marcas; de aliquibus vero ecclesia in Tsczicza, et valor eius aestimatur ad sex marcas; de aliquibus vero praebendarius in Obychow, et valor eius aestimatur ad .... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Tszczica, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Jedlcza, villa sub parochia de Thsczicza sita, cuius haeres Johannes alias Iwan de Obychow de domo Zambrzaglowa alias Wieniawa, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, habens agros, item hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Imbramovicensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Jezowka inferior, villa, cuius medietas iure parochiali pertinet in Thsczicza, et medietas in Chlyna, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Unieiow. Item est ibi unum praedium regium, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Thsczicza.

Charzsznicza, villa, cuius medietas parochiali iure in Thisczicza' et medietas in Unieiow pertinet, cuius haeredes Nicolaus Quilinsky de domo Vulpium, pro una medietate villae, pro altera vero medietate .... Zarno cum duobus germanis, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus pro una medietate solvitur decima manipularis ecclesiae in Unieiow; pro altera autem medietate solvitur ecclesiae in Thsczicza.

Srenyawa.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam Nativitatis Mariae, cuius haeredes Nicolaus Pięniazek de Withowicze de armis Gielitha, Johannes et Nicolaus Trzebiensczy de armis Srzeniawa, et Johannes Pieniązek de Iwanowicze de armis Odrowansch; in qua sunt lanei viginti quinque, item tabernae quinque, habentes agros, item hortulaniae, item taberna una plebani, quae pro censu solvit mediam marcam, item hortulania una de proprietate plebani, quae nihil solvens, laborat unum diem pedester in septimana; item ecclesia et plebanus non habent ibi aliquos agros pro praedio, neque prata, sed solum curiam, et circa curiam duos hortos. Item decima manipularis per omnes cmethones, tabernam et hortulaniam, item de unico praedio, quod est ibi, solvitur ecclesiae et plebano in Srenyawa, cuius valor aestimatur ad triginta marcas.

Trzebyennicze, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haredes Johannes et Nicolaus Trzebiensczy de armis Sreniawa, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sreniawa,

et valor eius ad decem marcas aestimatur; item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Poramba.

Sulislawycze, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Martinus Sulislawsky de domo Sreniawa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Krzeszowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, una taberna et tres hortulaniae, habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Sreniawa.

Przibislawicze, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Johannes Pieniązek de Iwanowicze, nobilis de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, item tres hortulaniae, item tabernae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Sreniawa, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Mosthek, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haereditas et proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt quatuordecem lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam de aliquibus campis et agris solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, de aliquibus pro ecclesia in Sreniawa, de reliquis vero ecclesiae et plebano in Golcza.

Lgotha, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Przybek nobilis de armis Sreniawa, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Sreniawa, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Topolya, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Nicolaus Pieniązek de Withowicze de domo Jelytha, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item tres hortulaniae, habentes agros, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis plebano et ecclesiae in Sreniawa, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item est ibi unus laneus cmethonalis, de quo solvitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi Krzeszowska.

Scharkowka, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Nicolaus Pieniązek de Withowicze, in qua sunt octo lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Sreniawa, praeter duos cum medio laneos, de quibus decimatur pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Krzeschowska; valor decimae aestimatur ad tres marcas, et vocatur decima praefata *legatska*, ex eo forsan, quod plures nuntii apostolici praebendam Krzeschowska in titulum habuerunt. Item est ibi alius haeres Petrus dictus Czessky de domo Lelywa, habens ibi tres cum medio laneos cmethonales, quos solus

colit, ex quibus partim cedit decima praebendae Krzeschoviensi, partim plebano in Szreniawa.

Gothprzydowicze et Withowicze una a nonnullis putatur villa, et appellatur a nonnullis Withowicze, et ambarum haeres est Stanislaus Pieniązek de domo Jelithonum, et Withowicze quidem pertinet ad ecclesiam conventualem in Miechow, habens villa utraque decem et novem laneos, tabernas duas, hortulanias tres, duo molendina et omnia habent agros, item praedium unum militare bonum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in Myechow, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Gothprzydowicze autem pertinet iure parochiali ad ecclesiam in Sreniawa, ubi nihil habet iuris plebanus de Sreniawa, nisi columbationem et offertorium.

Makow, villa sub parochia de Srzeniawa sita, cuius haeres Nicolaus Pieniązek de domo Jelitha, in qua sunt septem lanei cmethonales, item unum praedium militare, item una taberna, item quatuor hortulaniae, post quorum agros ecclesia parochialis in Srzeniawa percipit decimam, praeter quinque, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Krzeschowszka; duo etiam lanei ab eadem praebenda Krzeschoviensis abstrahuntur per vim et iniuriam; abstracti tamen solvunt decimam praefatae praebendae Cracoviensi.

Adamowycze, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Stanislaus Adamowsky de domo Sreniawa, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus percipit decimam manipularem et canapalem praebenda Cracoviensis Krzeschowszka, cuius valor aestimatur ad decem marcas; item est ibi praedium unum militare et una taberna et tres hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Srzeniawa, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Wolya wyrzchowyczska, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Msczugius de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Thsczicza; item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sreniawa.

Dambrowka, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Chylinsky de armis . . . . ., in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de omnibus solvitur decima in Sreniawa.

Podlyessicze, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeres Martinus Szulislawsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Srzeniawa, praeter quatuor laneos, de quibus decimatur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Krzeschowska.

Zbichow, villa sub parochia de Sreniawa sita, cuius haeredes

Trzebienscy; in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Sreniawa.

SYECZYECHOWICZE.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam muratam latere, Sancto Andreae dicatam, in qua nunc plebanus de Jezow Paulus, cuius villae haeredes Joannes Carwath de Stoky, Petrus Marczynowsky, Jacobus Plaza, Johannes Necanda de Grzegorzowicze de armis Bippennium, et Pyeniązek de Iwanowicze de armis Odrowansch, in qua sunt viginti sex lanei cmethonales, item quinque praedia ibi, de quibus omnibus tam praediis quam laneis, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano ibidem in Sieciechowicze, cuius valor ad sexaginta marcas, aliquando ad octoginta aestimatur; item ibi habet ecclesia et eius plebanus proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate; item etiam habet unum gaium.

LESZYENYECZ, villa sub parochia de Sieciechowicze sita, cuius haeres Plaza praefatus de armis Bippennium, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano et ecclesia in Sieciechowicze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

GRZEGORZOWICZE, villa sub parochia de Sieciechowicze sita, cuius haeres Pieniązek de armis Odrowansch, item Johannes Necanda, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima uno anno solvitur pro ecclesia et plebano in Sieciechowicze, altero vero pro praebenda Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item ibi sunt duo praedia militaria, de quorum agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicariis in Sieciechowicze, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

LYASZKY, villa sub parochia de Sieciechowicze sita, cuius haeres Johannes Laszkowsky, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi Staniąteczska.

GOLCZA.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Mauricio Martyri dicatam, cuius haeredes Johannes Nyemyerza et Stanislaus Golyeczsky de armis Mandroszky, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Golczya, et valor eius ad triginta marcas aestimatur. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros liberos et prata pro suo praedio et necessitate.

KRAMPA, villa sub parochia de Golcza sita, cuius haeres Nicolaus

Wilczek de armis Mandroschky, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Golcza, cuius valor aestimatur simul cum praediali, quod est ibi, de quo etiam eidem plebano decimatur, ad decem marcas.

Rzezuschno, villa sub parochia ecclesiae de Golcza sita, cuius haeres pro prima parte praefatus Wylczek, pro altera Paulus Ulynsky de armis Ulyna, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Golcza, cuius valor aestimatur una cum praedialibus, quae ibi sunt decimantia eidem ecclesiae, ad quindecim marcas.

Wyelkanocz, villa sub parochia ecclesiae de Golcza sita, cuius haeres Johannes Wielkanoczsky de armis Pyakostky, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis, et de praedio, quod est ibi, uno, pro ecclesia et plebano eius in Golcza, cuius valor ad viginti marcas aestimatur.

Chobandza, villa sub parochia ecclesiae de Golcza sita, cuius haeres Johannes de armis Mandrostky, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Golcza, et valor eius ad viginti marcas aestimatur.

Buk, villa sub parochia dc Golcza sita, cuius haeredes praefati Niemierza Johannes et Stanislaus Goleczsczy de armis Mandrostky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Golcza, cuius valor aestimatur ad septem marcas.

Kamyenycza, villa sub parochia ecclesiae de Golcza sita, cuius haeres Johannes de armis Mandrostky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Golcza, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Ulina Maior.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se ligneam, S..... dicatam, cuius haeredes Paulus Ulinsky et nepos suus Wyplar, nobilis de domo Ulyna, in qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus decimae perceptio diversificatur; nam de medietate villae percipit eam praebenda Cracoviensis, quae vocatur Raciborowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas; de altera vero medietate tollit eam plebanus et ecclesia in Ulyna, et valor etiam eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Ulyna, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur; item non sunt

ibi tabernae, non sunt hortulaniae. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Ulina Minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Ulyna sita, cuius haeredes Paulus Ulinsky et Johannes Jaroch de domo Ulyna, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, ad proprietatem praebendae de Siecieehowicze pertinentes, de quorum tribus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Raciborowska, quartus vero laneus eiusdem praebendae de Sieciechowicze, solvit decimam manipularem plebano in Ulyna eo, quod erat quondam militaris. Item sunt ibi duo praedia militaria et duae hortulaniae, habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Ulyna, et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas.

Czulicze.

Villa, habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres Jochannes Czuliczsky de armis Czevnia, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas pro praebenda Cracoviensi vocata Gosczyczska, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa curia militaris, habens agros, item quatuor tabernae, habentes agros, item sex hortulaniae, habentes agros, dc quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Czulicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Wronin Maior, villa sub parochia de Czulicze sita, cuius proprietas ad monasterium Sancti Spiritus in Cracovia pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae tres, habentes agros, ita quod taberna et hortulaniae praefatae habent integrum laneum specialem, inter eos partitum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Karniowska, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam monasterium tollit pro se et in horreum ducit.

Karnyow, villa sub parochia de Czulicze sita, cuius haeres Jacobus de Konyeczpolye de armis Pobodze, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item duae tabernae, item quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Karniowska, cuius valor ad viginti marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Czulicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Çzyrnyechow, villa sub parochia de Czulicze sita, cuius haeres

Thomas Kazymyrsky de armis Waldorf, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum etsi duos Thomas Kazymyrsky colit, de omnibus tamen solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae Karniowska appellatur, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

GORKA.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, ad honorem Omnium Sanctorum dicatam, cuius haeres Jacobus de Konieczpole de domo Pobodze, in qua sunt sex lanei cmethonales, item duae tabernae, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Rosiejowska. Item in eadem villa est praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gorka, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios pro suo usu, praedio et necessitate.

KOSCZELNYKY, villa sub parochia ecclesiae de Gorka sita, cuius haeres Nicolaus Strasch de domo Odrowansch, in qua non est nisi unus laneus cmethonalis, sed largus, in ortulanias divisus, de cuius agris solvitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Rosiejowska, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Gorka, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

WANGRZYNOWYCZE, villa sub parochia de Gorka sita, cuius proprietas ad monasterium Tiniczense pertinet, in qua sex lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit cum iniuria ecclesiae in Gorka, pro qua quondam de iure solvebatur.

CZAPLE MAGNA.

Villa, habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sancto Corpori Christi dicatam, cuius haeredes Jacobus Trebka de domo Bippennium, Nicolaus Borznyowsky de domo Madrostky, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae tres, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Mninoga, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; quatuor laneis exceptis cmethonalibus, de quibus decimatur ecclesiae in Magna Czaplye. Item una taberna, habens agros, cuius proprietas pertinet ad plebanum et solvit plebano pro censu tres marcas; item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item sunt ibi duo praedia

militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Magna Czaple; item columbationem solvunt.

Czaple Minor, villa sub parochia Czàple Magna sita, cuius proprietas ad ecclesiam Sancti Floriani in Cleparz, duntaxat ad cmethones pertinet, in qua sunt triginta et quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Conceptionis Sanctae Mariae in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad XXX marcas; item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae. Item est in eadem villa praedium canonici Sancti Floriani, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum ducit; item columbationem solvunt.

Szmrokow, villa sub parochia ecclesiae de Czaple sita, cuius proprietas ad monasterium Miechoviense pertinet, in qua sunt octodecim lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad quadraginta marcas aestimatur, item est ibi praedium unum coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis monasterio in Mogyla ordinis Cisterciensium, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item quatuor lanei speciales, secus praedium iacentes, de quibus etiam solvitur decima manipularis monasterio in Mogila, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item quilibet de laneo solvit pro *meszne* duos choros siliginis et duos avenae confertos, pro ecclesia in Magna Czaplye. Tres tantummodo villas suprascriptas habet ecclesia in Magna Czaple in sua parochia.

Mninoga.

Villa, habens parochialem ecclesiam in se, Nativitati Sanctae Mariae dicatam, cuius plebanus Jacobus dictus Nowina, cuius haeredes Marcus et Nicolaus fratres de armis Nowina, in qua sunt triginta quinque lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Mninoga, et valor eius aestimatur ad triginta marcas, aliquando ad quadraginta. Item sunt ibi duae tabernae, sed non habent agros; item sex hortulaniae, non habentes agros. Item plebanus habet pro praedio suo agros speciales et prata.

Rzeplin, villa sub parochia de Mninoga sita, cuius haeredes Andreas de Woyslawicze, Oppalyacz et Grzymala de armis Grzymalitarum, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mninoga, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Nowa Wyesz, villa sub parochia ecclesiae de Mninoga sita, cuius

haeredes Marcus Mnynossky et Jacobus ...., in qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mninoga.

Sobyeszanky, villa sub parochia de Mninoga sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, item scoltetia, habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Mninoga, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Przybislawycze, villa sub parochia ecclesiae de Mninoga sita, cuius haeres Clemens Bodzanek de armis Nowina, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mninoga, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item non sunt ibi hortulaniae, neque tabernae.

Sulkowicze, villa sub parochia de Mninoga sita, cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae in Cracovia, in qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae quatuor, item molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi dictae Raciborowska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium sanctimonialium, de cuius agris nulli dat decimam, sed eam pro se tollit monasterium et in suum horreum inducit.

Morawycza Minor.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem, albo lapide muratam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius duo sunt plebani; haeredes vero Spytek de Morawicze, Gabriel de Thanczin, Janussius de Morawicze, Johannes Ossolinsky de Balicze, Alexandrowscy, Marcissius, Andreas, Johannes et Jacobus Plaza, omnes de domo Bippennium, item Martinus Frycacz de domo Accipitrum. In qua villa sunt lanei cmethonales, item una taberna, duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia ibidem in Morawycze, et plebani alternatim inter se illam percipiunt. Item plebani et ecclesia habent ibi proprios agros et prata pro suo usu et necessitate.

Morawycza Maior, villa sub parochia de Minori Morawycza sita, cuius haeres Gabriel de Thancin de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur ecclesiae eidem in Morawycza Minori, et plebani alternatim percipiunt illam; item praedium.

Balicze, villa sub parochia de Minori Morawycza sita, cuius haeres Ossolinsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur

decima manipularis pro eadem ecclesia in Minori Morawycza; praeter tamen tres laneos, de quibus decima manipularis cedit episcopo Cracoviensi.

Sczeglicze, villa sub parochia de Minori Morawycza sita, cuius haeres pro una parte praefatus Ossolinsky, pro altera vero Obrycht de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur manipularis et canapalis decima pro una medietate ecclesiae in Morawycza, pro altera vero medietate percipit eam ......

Burow, villa sub parochia de Minori Morawycza sita, cuius haeres Ossolinsky praefatus, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae praefatae in Minori Morawycza. Non est praedium, neque hortulaniae, neque tabernae.

Cleschczow, villa sub parochia de Morawycza sita, cuius villae partem possidet unam Frykacz de armis Accipitrum, alteram autem partem possidet Alexandrowsky praefatus, in qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Minori Morawicza.

Wroszkynya, villa sub parochia de Morawycza sita, cuius haeres Jacobus Plaza praedictus, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Morawycza.

Chroszna, villa sub parochia de Morawycza sita, cuius haeredes Janussius et Spitek de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item duae hortulaniae, item una taberna, habens agros, de quibus decima manipularis et canapalis pro ecclesia ipsa in Morawycza conducitur, cuius valor ad ..... marcas aestimatur.

Mnikow, villa sub parochia de Morawicza sita, cuius haeres praefatus Frykacz, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, et hortulaniae tres, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Morawicza. Sunt tamen ibi lanei, de quibus decima cedit monasterio Thyneczensi. Item ibi praedium.

Wolya, villa sub parochia de Minori Morawycza sita, cuius haeres praefatus Gabriel de Thanczyn, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praefata ecclesia in Morawycza, et ut in aliis omnibus, alternatur inter plebanos eiusdem ecclesiae.

Alexandrowycze, villa sub parochia de Morawycza sita, cuius haeredes praefati Alexandrowscy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Morawycza.

Baczyczyn, villa sub parochia de Morawycze sita, cuius haeres Gabriel de Thanczin, in qua sunt lanei cmethonales, item molendinum de proprietate monasterii Thynczensis, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Morawycze, cuius valor aestimatur ad .....

Zalasz.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct...... dicatam, cuius haeres Andreas Thanczinsky de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....; item praedium; item ecclesia et eius plebanus habet proprios agros et prata pro suo usu et necessitate.

Szosznka.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem lapide albo muratam, Sancto Jacobo apostolo dicatam, cuius haeres Stanislaus Szosznyeczsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano, item praedium .... Item ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Trzebynya.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius haeres Walthek consul Cracoviensis de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae tres, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Ilkusz. Item est ibi praedium haeredis, de quo et aliquot laneis cmethonalibus decimatur manipulo ecclesiae et eius plebano in Trzebynya; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata pro suo usu et necessitate, de collatione et iure patronatus eiusdem Walthek.

Wieza, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres praefatus Walthek, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Trzebynya.

Vodna, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres Andreas Thanczynsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et eius plebano in Trzebynya.

Nyesulowicze, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres Johannes Balynsky, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus ....

Mlossowa, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeredes

Johannes Michael, Johannes et Johannes de armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item taberna. Item ibi quatuor praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano eius in Trzebynya.

Mislechowicze, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres Andreas Thanczynsky de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima in Slawkow. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Trzebynya.

Karniowicze, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres Johannes Mlossowsky de armis ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Cracoviensibus.

Dulowa, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeredes nobiles de armis Junoscha, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in ..... Item ibi sunt praedia militaria, de quorum agris decima manipularis solvitur ecclesiae in Trzebyna.

Laziska, villa sub parochia de Trzebynya sita, cuius haeres Johannes Mlossowsky de armis ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Kosczelecz prope Chrzanow. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Trzebynya.

Ploky.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam lapide muratam, et Sanctae Mariae Virgini gloriosissimae dicatam, cuius haeres pro una parte Andreas Thanczynsky, pro altera vero Johannes Ploczsky, de armis .... in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Ilkusz, praeter tamen quatuor laneos, de quibus decima cedit ecclesiae suae in Ploky. Item praedium ..... ibi de ..... agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Ploky; item ibi ecclesia et plebanus eius habet agros proprios et prata pro suo usu et necessitate.

Czyszowka, villa sub parochia de Ploky sita, cuius haeres Andreas de Thanczyn de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima ...

Psary, villa sub parochia de Ploky sita, cuius haeres Stanislaus Ligaza de armis Polukoza, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quo et omnibus laneis cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Lgotha, villa sub parochia ecclesiae de Ploky sita, in qua sunt lanei

cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Ploky.

PACZOLTHOW.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct .... dicatam, cuius haeres Johannes Paczoltowsky de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano eius in Paczolthow, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

MYEDZWYEDZ.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanct ....., dicatam, cuius haeredes Stantha ......, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur ..... Item ecclesia praefata habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo usu et necessitate.

SCZEPANOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Nyedzwyedz sita, cuius haeres Johannes Amor Tharnowsky de domo Lelywa, in qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae duae et tres hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari Sanctae Marthae; canapalem vero solvunt per quatuor ierugas canapi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis diverse; nam pro maiori parte et fere de omnibus campis solvitur altari Assumptionis Mariae in ecclesia maiori Cracoviensi, quod Casimirus Secundus Poloniae rex, cuius tunc erat villa, fundat; de parte vero modica solvitur cantoriae Tharnoviensi per abstractionem.

ZADROSZE.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae ...., cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia pertinet, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium coenobiale est in eadem villa, de cuius agris nulli solvitur decima, sed monasterium illam pro se tollit et in horreum suum inducit; item plebanus ibi habet agros proprios speciales et prata pro suo praedio, usu et necessitate; item villa praefata solvit columbationem et denarium S. Petri ecclesiae in Zadrosze; item scoltetia non est in eadem villa, neque hortulaniae sunt.

WYELMOSZA, villa sub parochia de Zadrosze sita, cuius proprietas iuxta veram iustitiam ad monasterium sanctimonialium de Sancto Andrea in Cracovia, licet illam Schaffrancones per vim occupent, pertinet,

in qua sunt viginti lanei cmethonales et una hortulania, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Martini in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item non est in eadem villa praedium, neque scoltetia; item villa praefata solvit columbationem et denarium S. Petri ecclesiae in Zadrosze.

Mylunky, villa sub parochia de Zadrosze sita, cuius proprietas ad sanctimonialium monasterium Sancti Andreae in Cracovia pertinet iure legitimo, licet illam Schaffranczones per vim occupent, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item est ibi praedium unum, de quo decimatur; item villa praefata solvit columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Zadrosze.

Wyanczslawicze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Jacobo Apostolo dicatam, cuius plebanus Johannes Plyechowsky de armis Bippennium, cuius haeredes Jacobus de armis Lelywa, Nicolaus Pszonka de domo Janina et Andreas Nyemstha de Wyanczslawicze de domo Czewnia, in qua non sunt aliqui lanei cmethonales; item taberna, item hortulaniae septem, item quatuor praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano ecclesiae in Wyanczslawicze, et valor eius ad quindecim marcas aestimatur. Item plebanus habet proprios agros et prata pro suo praedio et usu.

Wolya Wyanczslawska, villa, quantum ad cmethones et tabernatores, sub parochia de Gostczya, quantum vero ad curiam militarem et hortulanias, sub parochia de Wyanczslawicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Jacobus de domo Lelywa; in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item taberna una, item quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam de agris cmethonalibus et tabernarum, sitis versus Miechow et Wilkowice in parte occidentali et aquilonari percipit illam praedicatoria Cracoviensis ecclesiae, et valor eius ad quindecim marcas; de agris vero cmethonum et hortulanorum, versus orientem et meridiem ad Cracoviam tendentibus, item de agris praedialibus, nam unum praedium est in eadem villa, percipit eam ecclesia in Wyanczslawicze, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Villae parochiales: Wyanczslawicze, Mlodzieiowicze, Pielgrzymowicze.

Pielgrzymowicze, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeredes Johannes Pielgrzymowsky de domo Prussorum nobilis, subiudex Cracoviensis, et Stanislaus Mlodzeiowsky de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae

duae, habentes agros, item hortulaniae sex, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Johannis Evangelistae ante portam latinam in ecclesia Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas, aliquando ad duodecim. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, unum Johannis Pielgrzymowsky, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; aliud praedium Stanislai Mlodzeyowsky, quod solvit decimam manipularem clericaturae altaris S. Floriani sub organo, in ecclesia Cracoviensi; cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item columbatio et denarius Sancti Petri solvitur de eadem villa ecclesiae in Wianczslawicze.

Mlodzyeowycze, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Stanislaus Mlodzeyowsky de armis Antiquorum Equorum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, habentes agros, item quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus perceptio decimae manipularis et canapalis diversificatur; de aliquibus enim agris percipit eam praebenda Cracoviensis Czechowska, de aliis praebenda Cracoviensis Crzeslawska. Item est ibi unum praedium militare; de quo et agris tabernae et quatuor hortulaniarum solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Poramba, prope Wolfram, et valor ad quatuor marcas.

Szwyeborowicze, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeredes Jacobus Pielgrzymowsky, qui habet tres laneos; Andreas Niemstha, qui habet alios tres laneos et Szwyeborowsky de armis Strepae, qui habet ibi tantummodo praedium militare et laneos cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas.

Taberna ante Szwyeborowicze et Zagorzycze in strata publica et sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Sigismundus Zagorsky de domo Ostoya, quae habet agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis partim ecclesiae in Wianczslawicze, partim pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ....

Zagorzycze, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Sigismundus Zagorsky, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, item hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, praeter duos laneos cmethonales et aliquos agros praediales, de quibus decimatur ecclesiae in Wianczslawicze.

Wolya Wianczslawska, villa sub parochia ecclesiae de Wianczslawicze sita, cuius haeres Jacobus Wianczslawsky de armis Lelywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima

manipularis et canapalis pro praedicatura ecclesiae Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ....., item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wianczslawicze.

MASLOMYACZA, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeredes Zawischa Rzanczsky et ..... Dimsky, nobilis de armis Toppor, in qua sunt decem lanei cmethonales, item tria praedia militaria, item hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi quatuor tabernae, habentes agros, de quibus plebanus de Sancta Maria in Cracovia asserit decimam ad se pertinere.

WILCZKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Wianczslawicze sita, cuius haeredes omnes in eadem villa consistentes, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna habens agros, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad ....

ZAKRZOW, deserta villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Johannes Zakrzowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad .....

LUSCZEWYCZE, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Stanislaus Lusczkowsky de domo ...., in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus totalis decima solvitur in Wianczslawicze, et valor eius aestimatur ad .....

BOLEN, villa sub eadem parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Mlodzeyowsky de domo ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ecclesiae in Wianczslawicze, et valor eius ad... marcas aestimatur. Item de aliquibus laneis cmethonalibus solvitur decima pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur ...., item ibi nullum est praedium.

ZDZESLAWYCZE, villa sub parochia de Wianczslawicze sita, cuius haeres Johannes Co ..... de armis Griffonum, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item est ibi praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur decima ..... pro ecclesia in Wianczslawicze.

SLAWYCZE.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Adalberto pontifici et martyri dicatam, cuius plebanus Michael nobilis de domo Habdank, in qua praepositus et monasterium Miechoviense habet unum laneum et duas hortulanias proprias. Item Wraczslaus et Dobeslaus german

de domo Habdank habent in eadem villa quatuor laneos et unum praedium, unam tabernam et quinque hortulanias; item Johannes de domo Serpentum habet unum praedium et unam hortulaniam in eadem villa; item Bruchowsky de domo Accipitrum habet in eadem villa unum praedium, Stanislaus Polyanowsky de armis Serpentum habet ibi unum laneum et duas hortulanias, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Slawicze, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item de omnibus laneis cmethonalibus, hortulanis et tabernis datur decima pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Parkoschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Slawicze sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Miechoviense pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, item tres hortulaniae, habentes agros; item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium bonum, item est et scoltetia, habens agros, de quibus datur decima ecclesiae et plebano in Slawicze, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Duae tantummodo parochiales villae Slawicze et Parkoszowicze.

Alba ecclesia.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius proprietas ad Stanislaum Korzequiczsky de armis Syrokomlya pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, una plebani, altera haeredis, item scoltetia, habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Omnium Sanctorum partis muratae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad . . . . ., item praedium . . . . .; item ecclesia et plebanus habent ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate. Huius ecclesiae dum aliquando fuisset plebanus Jacobus, sacerdos valde pauper et pannosus, et habens ingenium docile, studii arderet desiderio, frequentius quum Virginem gloriosam Mariam rogaret pro successu, accidit, ut ecclesiam suam ingressus, in altari maiori marsupium centum sexagenis latorum grossorum reperit, quarum sumptibus in iure pontificali doctor, exinde auditor palatii, et post Plocensis episcopus effectus, virtute et nobilitate claruit.

Czyalyowice alias Czyaiowicze, villa sub parochia ecclesiae de Alba ecclesia sita, cuius haeres Nicolaus Czayowsky de domo Lelywa, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro altari Sanctae Mariae Magdalenae. Item in eadem villa sunt duo lanei quondam scoltetiales, quos hactenus haeres eiusdem villae, depositis scoltetis, pro sua curia arat, decimam vero manipularem de eisdem in *gonithwam*

dat altari praefato, decima canapali excepta; cmethones vero eiusdem villae solvunt decimam canapalem per quatuor ierugas canapi, et valor decimae praefatae aestimatur ad decem marcas, item ibi est curia militaris, habens agros praediales, sed paucos, vocatos *jutrzyny;* de quibus debet decimam manipularem ecclesiae de Alba ecclesia, sed Matthias de Grodzecz, altarista pro tunc eiusdem altaris, illam iure aquisivit. Praefatus etiam haeres, colendo agros cmethonales desertos, abstrahit decimam ab altari et applicat eam ecclesiae Albae et eius plebano. Item plebanus de Alba ecclesia habet ibi in eadem villa unum laneum pro suo praedio, de quo etiam solvitur decima manipularis pro altari in *gonithwam.*

GOSCHCZA.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, super flumine Goschcza sitam, et Sancto Laurentio dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad capitulum Cracoviense pleno iure pertinet, et est villa praestimonialis capituli Cracoviensis, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, quarum una sita est in villa, altera extra villam in strata publica, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Johannis Baptistae, in ecclesia Cracoviensi, pro ordinario praedicatore incorporato, cuius valor aestimatur ad decem octo marcas. Item agri praediales et agri praedictarum tabernarum duarum solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano eidem in Goschcza, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

POLANOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Goschcza sita, cuius haeredes Pyetrzyk Kalynsky, Nicolaus, Johannes et Stanislaus de armis Grzymala, in qua septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda et canonicatu Cracoviensi, quae vocatur Nazowska, sive Glambinowska, cuius valor ad decem marcas aestimatur. Item ibi non sunt tabernae; item sunt ibi tria praedia militaria, item septem hortulaniae, habentes agros, item aliqua arva, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Goschcza.

WYRZCHOWISKO, villa sub parochia de Alba ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua non sunt, nisi unus laneus cmethonalis, item una taberna dicta Czelna, habens agros, item hortulaniae sex, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

WYSCHOWA alias VYZOWA, villa sub parochia de Alba ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniac regem pertinet, in qua non sunt aliqui lanei, sed una taberna, habens agros, de quibus solvit decimam

manipularem et canapalem pro ecclesia mediae partis Omnium Sanctorum in Cracovia, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item ibi non est praedium, non sunt etiam hortulaniae, neque molendinum.

Bambel, villa sub parochia de Alba ecclesia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos communis pecuniae, pro ecclesia Omnium Sanctorum mediae partis in Cracovia.

Poramba.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam Sancto Martino dicatam, cuius haeres Marcus de domo Radwan, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habens unum laneum agri, item duae hortulaniae, sed non habent agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per . . . Item sunt ibi tria praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae et eius plebano in Poramba, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item habet piscinam.

Brzeznycza, villa sub parochia de Poramba sita, cuius haeredes Radwan Matthias et Johannes de armis Radwan, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Poramba, pro qua singulis annis plebanus solvit duos florenos vicariis Ecclesiae maioris Cracoviensis. Item sunt ibidem tria praedia, de quorum agris solvitur manipularis decima plebano in Poramba.

Polsthanyslawicze, villa sub parochia de Poramba sita, cuius haeres Michael de Bunczin de armis Radwan, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur episcopo Cracoviensi per . . . . Item non est praedium, non sunt hortulaniae, neque taberna.

Kopythkowka, villa sub parochia de Poramba sita, cuius haeredes multi nobiles de armis Radwanowie, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per . . Item habet ibi plebanus ratione *meszne*, mediam marcam in summa singulis annis.

Vieszka, villa sub parochia de Poramba sita, cuius haeredes praefati Matthias Radwan et Johannes de armis Radwanowie, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis vicariis ecclesiae Cracoviensis; sed plebanus capit eam in empto, et solvit vicariis pro ipsa duos florenos.

Vyssoka, villa sub parochia de Poramba sita, cuius haeredes multi de armis Radwanorum, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus solvitur decima. Item habet de praefata villa plebanus in Poramba ratione messalium per unum grossum de quolibet laneo.

SMARSZOWYCZE.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Margarethae virgini dicatam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, cuius plebanus Johannes de Koprzywnicza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis ecclesiae cathedralis castri Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad . . . Item est in eadem villa taberna una, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Smarszowicze. Item est et praedium regium ibi, de quo decimatur plebano in Smarszowicze. Iuxta autem assertionem plebani de Smarszowicze sunt ibi in eadem villa quidam lanei numero quatuordecim cmethonales alii, quos Slabosch tenutarius castri Oczyecz, ad quod dicta villa Smarszowicze pertinet, in naturam praedii regii computavit, et pro praedio regio arat et colit, de quo cum Johannes praefatus de Koprzywnicza plebanus secum contendisset, et iure, ut unam mensuram siliginis et alteram avenae ratione *meschne* de quolibet laneo, iuxta ac in aliis, quos cmethones arant, haberet, sibi dare et solvere cogeretur, convenisset, cessavit eos colere, et incultos stare permittit. Item plebanus eiusdem ecclesiae habet agros proprios, ad sex laneos aestimatos, pro praedio suo. Item ratione *meschne* habet plebanus unam mensuram siliginis, alteram avenae de quolibet laneo.

CZYANOWYCZE, villa sub parochia de Smarszowicze sita, cuius haeredes Stanislaus, Petrus, Nicolaus et Adam germani, dicti Adamkowiczy de armis . . . ., in qua sunt lanei cmethonales, item quatuor praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Smarszowicze, valor eius ad sedecim marcas aestimatur.

SCZODRKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Smarszowicze sita, cuius haeredes Johannes Woyewodka, Stanislaus Czurman, Matthiae Masiczsky et Skorky, in qua sunt lanei cmethonales, item quatuor praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Smarszowicze, et valor eius aestimatur ad . . .

WYELGA WYESZ, villa sub parochia de Smarszowicze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur . . . Item praedium regium est in eadem villa, de cuius agris solvebatur decima superioribus temporibus plebano in Smarszowicze, et quidam plebanus eiusdem ecclesiae, dictus Nos, eam percipiebat et in suum horreum ducebat; sed praedictus

Slabosch tenutarius modernus prohibet eam plebano, asserens, quod ad praebendarium castri Oczyecz pertinere deberet.

Hermanowycze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt viginti sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctae Agnetis, et per quatuor ierugas canapalis, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium regium, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Hermanowycze; item est ibi scoltetus, qui cum suis hortulaniis solvit decimam manipularem plebano in Hermanowycze; item est ibi unus laneus cmethonalis, qui abstractus est in praedium regium, et non sine iniuria altaris praefati Sanctae Agnetis, de quo plebanus decimam tollit, una cum praediali; habet etiam plebanus medietatem lanei cmethonalis sibi testamento donatam, sed de illa pro altari decimatur in *gonithwam.* Item est ibi molendinum unum, sed non habet agros.

Gothkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Hermanowycze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt sex lanei et una virga cmethonalis, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis altari Sanctae Mariae Magdalenae, et solvunt per quatuor ierugas decimam canapi, et valor decimae ad octo marcas aestimatur; item hortulaniae non sunt. Item est ibi septimus laneus, qui olim erat scoltetialis, et redactus est in cmethonalem, de quo decimatur ecclesiae in Hermanowycze.

Przeginya.

Villa, habens ecclesiam parochialem, Sancto Nicolao confessori dicatam, ligneam in se, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet de laneo tenetur solvere pro decima pecuniali duos fertones latorum grossorum; item scoltetia est ibi, quae solvit plebano et ecclesiae in Przeginya pro decima pecuniali duos fertones latorum grossorum. Item ecclesia in Przeginya habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate; item solvit quilibet ratione *meschne* plebano unam mensuram siliginis et unam avenae; item non est ibi praedium.

Osyek, villa sub parochia de Przeginya sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Przeginya, et valor eius ad . . . marcas.

ZANDERYNA, villa sub parochia de Przeginya sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, et solvit quilibet episcopo Cracoviensi pro decima pecuniali unum fertonem latorum grossorum, item quilibet pro *meszne* plebano in Przeginya solvit unam mensuram siliginis et unam avenae.

COSMALOW, villa sub parochia de Przeginya sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, et solvunt quilibet pro decima pecuniali unum fertonem latorum grossorum episcopo Cracoviensi. Item quilibet pro *meschne* solvit plebano in Przeginya unam mensuram siliginis et unam avenae.

ZYMNYDOL, villa sub parochia de Przeginya sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quolibet laneo pro decima pecuniali episcopo Cracoviensi solvitur unus ferto latorum grossorum. Item quilibet pro *meschne* solvit plebano in Przeginya unam mensuram siliginis et unam mensuram avenae.

ZENYCZNO, villa sub parochia de Przeginya sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali episcopo Cracoviensi unum fertonem latorum grossorum. Item quilibet pro *meschne* de laneo solvit unam mensuram siliginis et unam avenae.

OLELYN, villa sub parochia de Przeginya, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit de laneo pro decima pecuniali episcopo Cracoviensi unum fertonem latorum grossorum. Item quilibet de laneo pro *meschne* solvit ecclesiae in Przeginya unam mensuram siliginis et unam avenae.

JANGROTH.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, qui est praefatae ecclesiae in Jangroth unicus collator et patronus, in qua sunt quadraginta tres lanei cmethonales, item scoltetia, habens duos laneos, item unam tabernam, habentem agros; item est ibi alia taberna episcopalis, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et ducunt eam in suum horreum, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item est in eadem villa praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis in Jangroth. Item plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo praedio et necessitate, et habet de agris duos laneos et columbationem et denarium Sancti Petri; item plebanus habet de quolibet laneo cmethonali, exceptis desertis, unam mensuram siliginis et aliam avenae mensurae Wolbramiensis, seu Ilcusiensis.

Michalowka, villa sub parochia de Jangroth sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item quilibet cmetho de laneo et tabernator de agro tenetur ratione *meschne* ecclesiae in Jangroth solvere unam mensuram avenae et siliginis, mensurae Illcuschiensis.

Trzeczyesz, villa sub parochia de Jangroth sita, cuius proprietas ad monasterium Immramoviense ordinis praemonstratensium pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro eodem monasterio Imramoviensi, et valor eius ad octo marcas. Item scoltetia est in eadem villa, habens duos laneos proprios et liberos, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali et eius plebano in Jangroth, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium coenobiale, nunc militare, est in eadem villa, et sunt hortulaniae, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur ecclesiae in Jangroth. Item cmethones villae praefatae solvunt pro ecclesia in Jangroth columbationem et denarium Sancti Petri ac mensuram avenae, et unum grossum de quolibet laneo.

Golaczowy.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam, Beatae Mariae Magdalenae dicatam, a Jwone Cracoviensi episcopo fundatam et dotatam, quam A. D. 1430 magister Paulus de Zathor decretorum doctor canonicus Cracoviensis, tunc eiusdem ecclesiae plebanus, a primis fundamentis initians, in omnibus suis partibus lapide albo fabricavit, et pulchro opere confirmavit, in qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales et una scoltetia, habens duos laneos, unam tabernam et unam hortulaniam; item sunt ibi duae hortulaniae episcopales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Golaczowy, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item ecclesia et plebanus habent ibi duos laneos agrorum liberos et prata pro suo praedio et necessitate. Item non est praedium in eadem villa episcopale.

Chelm, villa sub parochia de Golaczowy sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales quatuordecim, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item est in eadem villa una scoltetia, quae habet duos laneos et unam tabernam, habentem agros, de quibus decima solvitur. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris . . . .

Sucha, villa sub parochia de Golaczowy sita, cuius proprietas ad

episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, sed perceptio eius in duas partes divisa est; nam de medietate agrorum una percipit illam episcopatus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad sex marcas; de altera vero medietate percipit illam ecclesia et plebanus in Golyaczowi, et valor similiter eius ad sex marcas. Item praedium episcopale est in eadem villa, de cuius agris nulli solvitur decima, sed eam episcopus pro se tollit et in suum horreum inducit; item scoltetia non est in eadem villa, neque hortulaniae.

Chrzansthowicze, villa sub parochia de Golaczowy sita, cuius proprietas ad monasterium Zwierzynense ordinis praemonstratensium pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item est ibi unicum praedium coenobiale, de cuius agris decimatur pro ......

Raciborowicze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Margarethae virgini dicatam, et per magistrum Paulum de Zathor decretorum doctorem et canonicum Cracoviensem, chorum muratum habentem; per Johannem vero Dlugosch canonicum Cracoviensem, et illam villam pro tempore regentem, in corpore et in sacristiis et in porticu muratam et testitudinatam, latere, in sacristia et in porticu, intus vero ecclesiae, asseribus pictis, cuius proprietas et dominium ad capitulum Cracoviense pertinet, cuius nunc plebanus Nicolaus de Lublin presbyter, in qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Raciborowska; item est ibi praedium canonicale, de cuius agris datur decima plebano in Raciborowicze. Item plebanus eiusdem ecclesiae habet agros sufficientes et prata; item molendinum, sed non habet agros, est ibi, et solvit pro censu regenti novem marcas. Item est ibi altera taberna plebani, habens agros, et solvit pro censu plebano ...... Item sunt ibi quatuor hortulaniae capituli, et solvit quaelibet capitulo....; item est quinta hortulania de proprietate plebani et solvit pro censu .... Villae parochiales Raciborowicze, Zasczithow, Bathowicze, Dziekanowicze, Mistrzowicze, Byenczicze, Grambolow, Wangyercze, Bolen, Bossuthow, Prussy, Kantorowicze, Kunicze.

Canthorowycze, villa sub parochia de Raciborowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogila pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item hortulaniae, habentes agros,

de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Racziborówicze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item non est ibi praedium, item molendinum non est.

Wictoborowycze, villa sub parochia ecclesiae de Racziborowicze sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium de Mogyla pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesiae Cracoviensis episcopatu, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Zdzyslawycze, villa sub parochia de Raczyborowycze sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogyla pertinet, in qua non sunt lanei aliqui mensurati cmethonum, sed sunt tantummodo decem hortulaniae, habentes agros, item est una taberna, habens agros et solvens censum, item praedium est ibi coenobiale bonum, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Raczyborowycze, et valor aestimatur ad viginti marcas.

Dzekanowycze, villa sub parochia de Raczyborowicze sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet, in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item una taberna et tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Wangrzeczska, et valor aestimatur ad viginti marcas. Item praedium est ibi capitulare, de cuius agris non solvit alicui decimam.

Wangercze, villa sub parochia de Racziborowycze sita, cuius proprietas divisa est; nam unam partem mediam tenet praebenda Cracoviensis, quae vocatur a villa praefata Wangrzeczska, habens ibi praedium bonum cum pratis, de quo nulli decimam dat, sed eam pro se tollit; item habet septem laneos cmethonales, item unam hortulaniam, item unam tabernam, habentes agros; altera autem medietas dictae villae pertinet ad capitulum Cracoviense, in qua sunt sex lanei cmethonales et una taberna, habens agros, et quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ibidem in horreum canonici praebendae praefatae Wangrzeczska. Item est ibi unum praedium in parte capitulari, habens agros, de quibus regens villam non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Bathowycze, villa sub parochia de Raczyborowycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales cum medio, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, dicta Wangrzeczska, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium episcopale, de

cuius agris solvitur decima manipularis altari Sancti Johannis Evangelistae in ecclesia Cracoviensi.

Mistrzowycze, villa sub parochia de Raczyborowycze sita, cuius proprietas ad scholasticum Cracoviensem pertinet, in qua septem sunt lanei cmethonales, item una hortulania, habens agros, de quibus decimam percipit Cracoviensis scholasticus, et valor aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium scholastici, de cuius agris non solvit decimam, sed eam pro se tollit.

Zaschczythow, villa sub parochia de Raczyborowycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt decem et octo cum medio lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Luborzycza, et valor eius ad viginti marcas. Item non est ibi praedium, neque hortulaniae.

Byenczycze, villa sub parochia de Raczyborowycze sita, cuius proprietas ad praepositum Sancti Floriani extra muros Cracovienses pertinet, in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, item sex hortulaniae, habentes hortos, sed non agros, item tres tabernae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas praeposito Sancti Floriani, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas. Item monasterium ordinis Sancti Pauli primi heremitae de Skalka, tollit decimam manipularem de agris praedialibus praepositurae; item de agris tribus, sive iugeribus et de agris molendinatoris, ex opposito inferioris molendini sitis, et quibusdam arvis; item de agro praediali, retro curiam, qui dicitur Powabne; item de aliquibus agris Nicolai Krol, Gregorii Szydlo, cmethonum, item Nicolai Kosthur et Johannis Szydlo, tabernatorum, qui quondam erant praediales, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Rudawa.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam, chorum muratum, corpus vero ligneum habentem, Sanctorum Omnium honori dicatam, cuius proprietas ad capitulum ecclesiae Cracoviensis pertinet, cuius plebanus Johannes Morsten de Cracovia, in qua sunt quatuordecim cum medio lanei cmethonales, item est in eadem villa praedium canonicale, item tabernae tres, item hortulaniae tres, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas.

Nyegoschowycze, villa sub parochia de Rudawa sita, cuius haeres Johannes Nyegoschowsky, de armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, habens agros, de quibus solvitur et conducitur

decima manipularis et canapalis ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Gora, villa sub parochia de Rudawa sita, cuius haeres Andreas Thanczynsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Nyelyepicze, villa sub parochia de Rudawa sita, cuius haeres Andreas Thanczynsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Rudawa.

Zary, villa sub parochia de Rudawa sita, in qua nobiles incolunt laneos cmethonales, et solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Dup, villa sub parochia ecclesiae de Rudawa sita, cuius haeredes...., qui soli arant laneos cmethonales, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Syedlecz, villa sub parochia de Rudawa sita, cuius haeres ...... nobilis de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Rudawa, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Radwanowycze, villa sub parochia de Rudawa sita, cuius haeredes nobiles de armis variis, qui et ipsi agros cmethonales per se arant, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Krzeschowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Gyebolthow.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Aegidio dicatam, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Gyeboltow. Item sunt in eadem villa praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Gieboltow; item ecclesia et plebanus habet ibi agros liberos pro suo usu et necessitate.

Januschowycze, villa sub parochia de Gyeboltow sita, cuius haeres Jacobus de Konyeczpolye de domo Pobodze, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Raciborowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decima solvitur manipularis pro ecclesia parochiali in Chrząsthow, quae in dioecesi Gneznensi sita est, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Troyanowicze, villa sub parochia de Giebolthow sita, cuius

proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales; item prope dictam villam est taberna, ad praefatam villam Troyanowicze pertinens, in strata publica, eundo in Szkalam sita, vocata Kuthlow, habens agros speciales. Item in vicinatu praefatae tabernae sunt certi agri villae praefatae Troyanowicze, de quibus omnibus sine diminutione solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Racziborowska, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi praedium unicum regium, de cuius agris solvitur decima manipularis pro altari Sancti Vladislai in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Przybyslawycze, villa sub parochia de Gyebolthow sita, cuius haeres Stanislaus Oraczowsky de armis Srzenyawa, et alii nobiles, in qua sunt duodecim hortulani, habentes agros speciales, item duae tabernae, habentes agros etiam speciales, de quibus omnibus et nonnullis peciebus agrorum cmethonalium, qui vocantur *niwy*, seu *przymyarky*, solvitur decima manipularis et per duas iuncturas canapalis vicariae ad praebendam, quae vocatur Raciborowska, spectanti, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria; item aliqui lanei cmethonales, de quibus decima datur ecclesiae et plebano in Giebolthow, exceptis praefatis peciebus, alias *niwy*, de quibus decimatur pro vicaria praefata.

Owczary, villa sub parochia de Gyebolthow sita, quantum ad milites in ea residentes, quantum vero ad cmethones, pertinet ad ecclesiam parochialem in Korzkyew, in qua sunt haeredes Hanko et Woyewodka de domo Ostoya, in qua sunt sex lanei cmethonales, item quatuor hortulaniae, habentes agros; item campus, ad duo stadia aestimatus, villae vicinae videlicet Przybislawycze, a villa Owczary propter interfectionem mulieris, in eodem campo occisae, abstractus; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Krzeslawska, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Gyebolthow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Sanspow.

Villa, habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sanctae Catherinae virgini gloriosae dicatam, cuius haeredes Spythek Johannes et Jacobus, in qua sunt viginti lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item hortulaniae, item tria molendina, habentia agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro mansionariis Cracoviensibus, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi quatuor praedia nobilium, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Sanspow. Item cmethones solvunt plebano *meschne*, de quolibet laneo unam mensuram

siliginis et unam avenae; item quilibet molendinator solvit plebano sex grossos, et proveniunt decem et octo grossi. Item in eadem villa est taberna vocata Chrosthna, in strata publica Ilcusiensi, cuius haeres Johannes Sanspowsky, habens agros, de quibus decimatur mansionariis Cracoviensibus in *gonithwam*.

Wolya, villa sub parochia de Sanspow sita, cuius haeredes Christophorus et Stanislaus Schaffrancones, de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima . . . . . .

Suloszowa.

Villa, habens ecclesiam parochialem lapide albo muratam, per scoltetum et cmethones villae, et Sancto Laurentio martyri dicatam, in se, cuius haeres Christopherus Schaffranyecz cum fratribus de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt centum viginti lanei cmethonales, de quibus decima fertonalis solvitur pro episcopatu Cracoviensi, et de quolibet laneo solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo praedio ct necessitate. Item ibi sunt tres tabernae, non habentes agros; item quilibet cmetho ratione missalium solvit plebano quatuor choros siliginis et quatuor avenae planos. Item est ibi scoltetia, habens duos laneos, et de quolibet laneo solvit pro plebano et ecclesiae unum fertonem latorum grossorum Pragensium in Suloszowa; item in eadem villa prope aream plebani consurgit fluvius Prandnik, in quo est piscina plebani. Item quilibet cmetho de laneo solvit pro *stolowe* plebano medium grossum, et inquilinus sex denarios; item est ibi praedium unum militare, sub castro Pyeschkowa Skala, satis amplum et latum, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Suloschowa. Item notandum, quod castrum Pyeszkowa Skala regium, per Casimirum Poloniae regem muratum, quod Ludovicus Poloniae et Hungariae rex donavit et perpetuo inscripsit Petro Schaffranyecz succamerario, et ex post palatino Cracoviensi. Item praefata ecclesia in Suloschowa nullos alios habet proventus, nec aliquas villas parochiales, nisi unam Suloschowa.

Skala.

Oppidum, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam et lapide muratam, cuius plebanus Petrus de . . . . presbyter, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae ordinis Sanctae Clarae pertinet, in quo sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus decem lanei cmethonales decimant episcopo Cracoviensi, decem vero monasterio; de residuis vero quatuor laneis, qui *wolny* dicuntur, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano

in Skala. Item quilibet oppidanus de laneo tenetur dare plebano pro *meschne* unam mensuram confertam siliginis et aliam avenae; item quilibet hospes unum grossum, inquilinus medium tenetur dare plebano ratione missalium. Item consules in eodem oppido tenentur solariare vicarium, dando illi duas sexagenas, et plebanus solus percipit offertorium et quaestum, de offertorio duntaxat dat magistro scholae tertiam partem, vicario vero nihil, et unicum praedium istud est ad parochiam.

Praebenda in Skala, in honorem Sanctae Mariae Virginis dicata et erecta, cuius plebanus Paulus de Skala presbyter, cuius proprietas et iuspatronatus ad consules de Skala pertinet. Item praebendarius in oppido praefato habet domum, de qua pro annuo censu solvuntur sibi quatuor marcae; item habet agros, de quibus sibi censuant cmethones quatuor marcas, et obligatur ad duas vel tres missas.

KRZESCHOWYCZE.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis tantum pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Krzeschowska, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item ecclesia habet proprios agros pro suo praedio et necessitate. Item est schola, habens duos laneos et unam tabernam et unam hortulaniam, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Krzeschowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item quilibet cmetho de laneo solvit plebano ratione *meschne* unam mensuram siliginis, alteram avenae confertam.

CZADKOWYCZE, villa sub parochia de Krzeschowicze sita, cuius proprietas ad monasterium de Zwyerzyniecz pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item molendinum unum, habens agros. Item Nicolaus Paczolthowsky de armis Bippennium habet ibi praedium et duas hortulanias, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Krzeschowicze, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

ZDBIK, villa sub parochia ecclesiae de Krzeschowicze sita, cuius proprietas ad nobiles Sbigneum de Antiquis Equis, Andream Brachowsky de armis Odrowansch, Stanislaum Zarsky de armis Radwanowye, Jacobum Sowanka de armis Baranye rogi et Johannem Niegoschowsky de domo Radwanowie pertinet, in qua solus habet ibi unam tabernam et duas hortulanias, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Krzeschowicze, et valor eius aestimatur ad tres vel quinque marcas.

Decanatus de Czarnoczyn.

DZYERZASZNA.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius haeres episcopus Cracoviensis pro tempore, in qua sunt viginti unus lanei cmethonales, item tabernae duae, habentes agros, item hortulaniae tres, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dzerzaszna. Item est ibi praedium episcopale amplum, habens agros, videlicet septem laneos, de quibus etiam solvitur decima manipularis pro ecclesia in Dzerzaszna, et valor eius aestimatur ad triginta marcas.

SUSCZICZE, villa sub parochia de Dzyerzaszna sita, cuius haeres Johannes Czyzowsky de armis Polukozya, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Doyasdowska; item est praedium ibi, de cuius agris solvitur decima in ....

MANKOW, villa sub parochia de Dzerzaszna sita, in qua nunc solummodo praedium est, quod decimat in ......

QUASCHYN, villa sub parochia de Dzyerzaszna sita, cuius haereditas ad episcopum Cracoviensem, et pro alia parte ad praepositum Scarbimiriensem, in qua sunt duo cum medio lanei cmethonales ad praepositum, duo ad episcopum pertinentes; item tabernae non sunt; item hortulaniae tres ad praepositum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

KUYAWKI, villa sub parochia de Dzyerzaszna sita, cuius proprietas ad praepositum Scarbimiriensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item hortulaniae duae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Scarbimiriensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item est ibi praedium, de cuius agris decimatur vicepraeposito Scarbimiriensi.

SUDOL, villa sub parochia de Dzerzaszna sita, cuius haeres Aegidius Sudolsky de armis Habdank, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Dzerzaszna, et valor eius ad decem aestimatur marcas, praeter tertiam partem praedii, de qua solvitur decima ecclesiae in Xyągnicze prope Polanyecz.

DAMBYANY, villa sub parochia ecclesiae de Stradow sita, cuius haeres Johannes Dambynsky de armis Habdank, in qua sunt octo lanei cmethonales,

de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyerzaszna, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Michalowycze, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeres Petrus Grabinsky de armis Streparum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyerzaszna, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Jakubowycze, villa sub parochia de Dzyaloschycze, cuius haeres Johannes Czyzowsky de armis Polukozya, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyerzaszna, et valor eius aestimatur ad triginta marcas.

Jakubowycze, alia villa sub parochia de Dzerzaszna sita, cuius haeres Marcinkowsky de armis . . . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . ., praeter unum campum penes stratam publicam, qua itur in Scarbimiriam, in parte sinistra iacentem, de quo decimatur ecclesiae in Dzyerzaszna, et valor decimae aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima.

Gory.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Bartholomaeo Apostolo dicatam, cuius haeredes . . . . .

Jemyelno.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se, lapide quadro albo muratam, et Sanctae Mariae Virgini gloriosissimae et Sancto Nicolao dicatam, cuius haeres Nicolaus Roza de Dworzyschowicze et Nicolaus Zakrzowsky de domo Rosae; in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionaria Jemyelnensi. Item ibi est praedium unum militare, de cuius etiam agris solvitur decima manipularis eidem mansionariae, cuius decimae valor aestimatur ad decem marcas. Item praepositus et ecclesia praefata habet proprios agros et prata pro suo usu et necessitate.

Borzyschowicze, villa sub parochia ecclesiae de Jemyelno sita, cuius haeredes Zawissius et Nicolaus de domo Roszae, in qua sunt undecim lanei cmethonales, duae tabernae, habentes agros, et hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro mansionaria Jemyelnensi, cuius valor aestimatur ad quatuordecim marcas. Item sunt ibi duo praedia, de quibus eidem mansionariae decimatur.

Zorawie blotho, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius idem haeres Nicolaus Rosza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastria in Jemyelno.

Item praedium est ibi unum, de quo solvitur decima scholastriae, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Jaszona, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius idem haeres Nicolaus de domo Rosae, in qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionaria Jemyelnensi. Item est ibi praedium unum, de cuius etiam agris decima eidem mansionariae solvitur, cuius valor ad octo marcas aestimatur.

Lszczyn, villa sub parochia de Yemyelno sita, cuius haeres praefatus Jaszyensky Nicolaus, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum, item hortulani, item taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro mansionaria Jemyelnensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Mathkowicze, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius haeres Johannes de domo Rozarum, in qua sunt lanei cmethonales, item sunt ibi tria praedia, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.....

Sthaw, villa sub parochia de Yemyelno sita, cuius haeredes Nicolaus et Andreas Mokrsky de domo Rosarum, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Jemyelnensibus, et valor eius aestimatur ad .....

Jemyelnicza, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius haeredes Paczorek et ...... de domo Rosarum, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item taberna, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ Jemyelnensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Dzeschyn, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius haeres Stanislaus de domo Rozarum, in qua sunt lanei cmethonales; item hortulaniae non sunt, item tabernae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis praefatis, cuius valor ad ....

Sobowicze, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius inhabitatores et incolae in toto sunt nobiles de variis armis, de quorum agris omnibus solvitur decima manipularis pro magistro scholae ibidem in Gemyelno, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Wyerczow sita, cuius haeredes Dobeslaus de Kurozwanky de domo Rosae, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis in Jemyelno, cuius valor aestimatur ad ......

GRZIBOW, villa sub parochia de .... sita, cuius haeres Nicolaus Lubelczyk de domo Rosarum, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis praeposito Jemyelnensi, cuius valor ad ..... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Kurozwanki.

JAKUBOW, villa sub parochia de Jemyelno sita, cuius haeredes Andreas et Jacobus Jakubowsczy de domo Rosza, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Jemyelnensi, cuius valor ad decem marcas.

DALECHOWY, villa sub parochia ecclesiae de Jemyelno sita, cuius haeres Korzensky de domo Streparum, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Jemyelnensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

BRZEGY.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

KRCZANCZYCZE.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Procopio Confessori dicatam, cuius haeredes Jacobus Kula et Krsczanczsky de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro media parte ecclesiae in Krczanczycze, et pro alia parte media ecclesiae et eius plebano in Sandzyschow, cuius valor aestimatur ad ..... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata pro suo usu et necessitate.

DESCHNO, villa sub parochia ecclesiae de Krczanczicze sita, cuius proprietas ad Jacobum de Konyeczpolye pertinet, de armis Pobodze, pro una medietate, pro altera vero minori, ad Kulam praefatum proprietas villae pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duae hortulaniae, de quibus decima solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ......

BOROW, villa sub parochia de Krczanczyce sita, cuius haeredes nobiles ..., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro una parte ecclesiae in Krczanczyce, pro altera vero medietate monasterio Andrzeyoviensi, cuius valor aestimatur ad ......

Pothok, villa sub parochia de Krczanczyce sita, cuius medietas pertinet ad monasterium Andrzeoviense, ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis; altera vero medietas ad nobiles de domo ...... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.

Myrzawa, villa sub parochia ecclesiae de Krczanczyce sita, cuius haereditas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item hortulaniae.....

Woyczechowycze, villa sub parochia de Krczanczyce, cuius haeres Jacobus Kula de domo Accipitrum, in qua non sunt cmethonales lanei, sed hortulaniae quatuor, habentes agros, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Krczanczyce, et valor eius aestimatur ad ......

Zyelonky, villa sub parochia de Krczanczyce sita, cuius haeres idem Jacobus Kula, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.

Wolya, villa sub parochia de Krczanczyce sita, cuius haeres pro una parte Jacobus Kula praefatus, pro altera vero Krczanczsky de domo ......, in qua sunt lanei cmethonales.

Clymyanczycze, villa sub parochia de Krczanczycze sita, cuius haeres idem Kula Jacobus de domo Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis.....

Sandzyschow.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius haeres Paulus Kosczan de domo Accipitrum in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano ibidem in Sandzyschow, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas; item praedium unum, de cuius etiam agris decimatur plebano suo. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate; item plebanus habet tres tabernas ibidem, quae sibi pro censu solvunt.....

Pawlowicze, villa sub parochia ecclesiae de Sandzyschow, cuius haeredes nobiles de domo Boleschi, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Sandzyschow.

Olpycze, villa sub parochia ecclesiae de Sandzyschow sita, cuius haeres Jacobus Kula de armis et familia Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur

et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Sandzyschow.

Sensko, villa sub parochia de Sandzyschow sita, cuius haeres praefatus Kosczan de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Sandzyschow, cuius valor aestimatur ad sedecim marcas. Non est ibi praedium.

Rayszko, villa sub parochia de Sandzyschow sita, cuius haeres praefatus Paulus Kosczan, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Sandzyschow, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Rosznycza, villa sub parochia de Sandzyschow sita, cuius haeres Petrus Roschnyczsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Sandzyschow, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas.

Thschczenyecz.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Crucis honori dicatam, cuius haeredes Borek et Thomas fratres de domo Angvium, in qua sunt viginti lanei cmethonales, item duae tabernae, item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Sandzyschow. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus etiam decimatur eidem plebano in Sandzyschow; item ecclesia et plebanus habet ibi septem laneos agrorum et prata propria pro suo usu et necessitate.

Rakoschyn.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto . . . . . dicatam, cuius haeredes nobiles de armis Griffonum, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano suo in Rakoschyn, cuius valor aestimatur ad . . . . .

Andrzeyow.

Oppidum, non longe a monasterio Andrzeoviensi situm, habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Catherinae virgini dicatam, albo lapide per consules et commune eiusdem oppidi Andrzeoviensis, qui eam in singulis regunt et provident, una cum coemeterio fabricatam, cuius proprietas pleno iure pertinet ad monasterium Andrzeoviense, in quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Andrzeoviensi, in praedium monasterii, et valor eius aestimatur . . . . Item

ecclesia et plebanus eius habet ibi agrum liberum et prata pro usu et necessitate.

LYSSAKOWA, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt viginti lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, aliquando ad viginti. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris non solvitur decima alicui, sed monasterium illam pro se tollit.

LANCZYNO, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis, ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad . . . . . . item praedium, item molendinum.

RAKOW MAIOR, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis Gneznensis archiepiscopi et Clementis militis, ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, item praedium.

THARSCHOWA, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis, ad Andrzeoviense monasterium pertinet, in qua lanei cmethonales, item hortulani, item taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi; cuius valor aestimatur ad . . . ., item praedium.

CHORZEWA, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeyow sita, cuius proprietas ex donatione praefati Johannis archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis, ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item taberna, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item ibi praedium.

UYAZD, villa sub parochia de . . . sita, cuius proprietas ex donatione Johannis archiepiscopi Gneznensis et Clementis militis, ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad . . .

SZKRONYOW, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius pro media parte ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua lanei cmethonales, item

tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; medietas autem alia villae pertinet ad Gozdzeczsky de domo Dolywa. Item est ibi praedium coenobiale, item praedium militare; item de omnibus agris cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis....

Sudol, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeyow sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad . . .; item praedium ibi.

Przeslaw, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Andrzeoviensi, et valor eius ad . . . . marcas aestimatur; item ibi praedium.

Czaczow, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeyow sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi; et valor eius aestimatur ad.. . .; item praedium.

Vyglenyecz, villa sub parochia de Andrzeyow sita, cuius proprietas ad monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad . . .; item praedium.

Laszkow, villa sub parochia ecclesiae de Andrzeyow sita, cuius proprietas ad praefatum monasterium Andrzeoviense pertinet, in qua non sunt lanei cmethonales, sed monasterium propter propinquitatem loci et ubertatem agrorum, depositis cmethonibus, omnes agros villae praefatae in praedium et grangiam redegit, in illo quoque praedio foventur multa pecora, ad usus monasterii necessaria, de agris enim praedii eiusdem non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Gury.

Villa, quae habet ecclesiam ligneam . . .

Wolycza.

. . . .

Lubcza.

Villa, quae habet ecclesiam ligneam, in honorem Sanctae Margarethae virginis dicatam, cuius haeres est . . .

WOLYA.

Villa, quae habet ecclesiam ligneam, in honorem . . . . dicatam, cuius haeredes sunt . . . .

SANCZYGNYEW.

Villa, habens parochialem ecclesiam muratam in se, Petro et Paulo Sanctis dicatam, cuius haeres Nicolaus Sanczygnyewsky de domo Gyelytha, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ Scarbimiriensi, et valor eius ad quinque marcas aestimatur; item est ibi taberna, tres hortulaniae, habentes agros, de quibus decima datur eidem Scarbimiriensi praeposituræ. Item est ibi unum praedium militare bonum, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Sanczygniew; item ecclesia habet ibi proprios agros, ad unum laneum aestimatos, gayum dictum Pozelow, et pratum sub eodem, item habet aliud pratum unum sub villa Knyschyn; item unam piscinam, adiacentem horto eiusdem ecclesiae.

BYEDRZICHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Sanczygnyew sita, cuius haeres Nicolaus Sanczygnyewsky praefatus, in qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna et quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Slaboszow, et valor eius ad octo marcas aestimatur. Item ibi praedium non est.

OPATHKOWYCZE, villa sub parochia de Sanczygnyew sita, cuius haeres praefatus Nicolaus Sanczygnyewsky de domo Hastarum, sive Gyelythonum, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna, unum molendinum et duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium.

IRZYKOWYCZE, villa sub parochia de Sanczygnyew sita, cuius haeres Johannes Czyzowsky de domo Polukoza, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Slaboschow, eius valor aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad quinque; de uno autem campo tertio anno cedit decima ecclesiae in Dzerzaszna.

BUSCHKOW, villa sub parochia ecclesiae de Slaboschow sita, cuius haeres Thomas Sanczygnyewsky de armis Gyelytha, in qua sex lanei cmethonales, item tres hortulaniae, item una taberna, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Sanczygnyew.

NYESCHKOW, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeres

Janussius Dlugosch, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam pro maiori parte tollit eam praebenda Cracoviensis, quae vocatur Nazowska, de alia vero medietate solvitur ecclesiae in Bodzanow, et valor decimae aestimatur ad sex marcas. De duobus campis praebenda Cracoviensis et ecclesia in Bodzanow aequaliter percipiunt, de tertio vero sola praebenda Cracoviensis percipit; item est ibi unicum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sanczygnyew. Item omnes quatuor villae parochiales videlicet: Sanczygnyew, Byedrzychowycze, Oppathkowycze et Irzykow solvunt columbationem ecclesiae in Sanczygnyew, de quolibet laneo unum grossum; item nota, quod ecclesia in Sanczygnyew fundata est principaliter de ecclesia in Slaboschow, tanquam ex matre, et etiam de ecclesia in Dzaloschycze, per Petrum Sanczygnyewsky tunc dictae villae haeredem, de domo Hastarum seu Kozlerogy, et per eundem lapide albo in omnibus partibus suis, choro, sacristia, corpore et turri fabricata, et in choro atque sacristia testudinata, sub pontificatu Alberti Jastrzembyecz de Lubnycza, pro tunc episcopi Cracoviensis, anno Domini 1400 . . .

DECANATUS DE PELCZNICZA ALIAS SLABOSCHOW.

Slaboschow, villa, habens in se parochialem ecclesiam Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres et patronus Janussius Dlugosch de Nyeschkow, nobilis de domo Wyenyawa, cuius plebanus Matthias Goslawsky de armis Wyenyawa, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Slaboschow, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium unicum militare est ibi, de quo solvitur decima manipularis altari Sanctorum Gervasii et Prothasii in ecclesia Cracoviensi.

Nyeschkow, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeres Janussius Dlugosch, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam pro maiori media parte tollit eam praebenda Cracoviensis, quae vocatur Naazowska, de alia vero medietate solvitur ecclesiae et plebano in Bodzanow, valor decimae aestimatur ad sex marcas. De duobus campis praebenda Cracoviensis et ecclesia in Bodzanow aequaliter percipiunt, de tertio vero sola praebenda Cracoviensis percipit. Item praedium unicum militare est ibi, de quo decimatur ecclesiae in Szanczygnyew.

Dzaduschycze, villa sub parochia ecclesiae de Slawoschow sita, cuius haeredes Petrus et Jacobus Pyetuchowye de Yelithonibus, in qua sunt

sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Naazowska, et valor eius ad decem marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, quorum valor aestimatur ad sex marcas, de quibus decimatur ecclesiae in Slawoschow.

Sbycaly, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius haeres Stanislaus et Johannes de domo Godulya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Slawoschow; item est ibi una taberna, habens agros, de quibus pro eadem in Slaboschow ecclesia decimatur.

Ilikowycze, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius haeredes Jacobus Wyaczslawsky, Nicolaus Baranyecz, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Slaboschow, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Szwyanczycze, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius haeres Johannes Opathkowsky de armis Jastrząbcza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Slawoschow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item monasterium Thynciense habet ibi quatuor laneos et unum praedium, et de omnibus abbas percipit decimam.

Pyeczanagi, villa sub parochia de Slawoschow sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes de armis Godula, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Janowycze, villa sub parochia de Kalyna sita, cuius haeres Byaleczsky, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Slaboschow et eius plebano, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Byedrzychowicze, villa sub parochia de Sanczygnyew sita, cuius haeres Nicolaus Sanczygnyewsky de armis Gyelytha, in qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item hortulaniae quatuor, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Slaboschow, et valor eius ad octo marcas; item praedium non est.

Jurzykowycze, villa sub parochia de Sanczignyew sita, cuius haeres Johannes Cziszowsky de Polkoza, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Slaboschow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas,

aliquando ad quinque; de uno campo, tertio anno cedit decima manipularis ecclesiae et plebano in Dzerzazna.

Blozowicze, villa sub parochia de Slawoszow sita, cuius haeres Thomas Sanczygnyewsky de Gyelyta, in qua non sunt lanei aliqui cmethonales, nec hortulaniae, sed tantum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Slaboschow, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur.

Buschkow, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeres Thomas Sanezygnyewsky de armis Gyelytha, in qua sunt sex lanei cmethonales, item taberna una, habens agros, item hortulaniae tres, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima pro monasterio Andrzeoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Sanczygnyew.

Cropidlo, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeres Nicolaus Ilikowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Naazowska.

Pelcznycza.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se, lapide albo muratam, Sancto Jacobo Apostolo dicatam, cuius haeredes Andreas et Petrus Mokrszczy de domo Kozlarogy, et Sbigneus Lapanowsky de domo Druzyna, in qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, sed vario modo; nam uno anno percipit maiorem partem decimae praebenda Cracoviensis, quae vocatur Goreczska, minorem vero tollit plebanus de Pelcznicza. Duobus vero annis sequentibus propter variationem camporum etiam praebenda Cracoviensis percipit maiorem partem, minorem vero plebanus in Pelcznycza; de duobus etiam campis integraliter, et de tertio partem praebenda Cracoviensis percipit; de tertio vero percipit plebanus, sed non plene, et valor decimae aestimatur ad octo marcas: item est ibi praedium militare unum, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Pelcznycza. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros liberos et prata pro suo usu et necessitate; item est ibi praedium secundum Nyemyerze Przestansky, de quo decimatur ecclesiae in Pelcznycza; item plebanus habet ius pascendi proprias scrophas in glande in gaiis villae.

Bolow, villa sub parochia de Pelcznycza sita, cuius haeres Pyelsch Szwyradsky de armis Zabawa, in qua quatuor lanei cmethonales, item hortulaniae quatuor, item tabernae tres, de quibus decimatur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gosczyczska. Item est ibi praedium unum militare, de quo decima solvitur et conducitur ecclesiae et plebano eius in Pelcznycza, et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item est ibi alius haeres

Nicolaus Slupsky de armis Vulpium, in qua non est praedium, sed quatuor lanei cmethonales, de quibus aliquibus penes viam, qua ad ecclesiam itur, iacentibus, decimatur praebendae, quae Naazowska dicitur, de aliis vero praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gosczyczska, et eius valor ad duodecim marcas.

Wynari, villa sub parochia de Pelcznicza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt novem lanei cmethonales, item hortulaniae tres, de quibus omnibus cmethones villae praefatae ratione decimae manipularis, quam mensae episcopali solvere tenebantur, solvunt episcopo Cracoviensi pro tempore triginta mensuras tritici, triginta siliginis, triginta avenae, mensurae Scarbimiriensis confertae, ita, quod quilibet de laneo tenetur dare quatuor tritici, quatuor siliginis et quatuor avenae mensuras confertas. Item in eadem villa est unus laneus ultra illos novem, qui colitur pro praedio episcopali et colitur per cmethones, seminatur et in horreum inducitur, de quo nulli decima datur, sed episcopus Cracoviensis solus eam percipit. Item in eadem villa est scoltetus, qui habet unum laneum cum medio de agris; item unam tabernam, item unum molendinum, item piscinam, de quibus decimatur . . .

Pamyanczycze; villa sub parochia de Pelcznicza sita, cuius proprietas pro una parte pertinet ad episcopatum Cracoviensem, in qua sunt sex lanei cmethonales, item in altera parte villae praefatae haeres est . . . Mokrsky de domo Kozlarogy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus tam episcopalibus, quam militaribus, cmethonalibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Pelcznycza, et valor aestimatur eius ad duodecim marcas.

Czussow, villa sub parochia de Pelcznycza sita, cuius unus haeres Andreas Nyemstha de domo Accipitrum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae, habentes agros. Alter haeres Petrus Potoczsky de domo Srzenyawa, qui etiam habet in parte sua quatuor laneos cmethonales, unam tabernam, duas hortulanias, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Gosczyczska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Pelcznycza, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Nyezwoyowicze, villa sub parochia de Pelcznycza sita, cuius haeredes Jacobus et Johannes de armis medii Salmonis, quae habent proclama Olobok, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . .

Solcza, villa sub parochia de Pelcznycza sita, cuius haeredes praefati Jacobus et Johannes nobiles de domo medii Salmonis, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ....

Wroczimowycze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius haeres Nicolaus Wyeloglowsky de armis Starykon, in qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczymowycze, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item habet ibi ecclesia pro dote sua agros proprios et prata; item habet ecclesia eadem tabernam, de qua pro annuo censu solvuntur plebano duae cum media marcae.

Jelowycze, villa sub parochia de Wroczimowycze sita, cuius haeredes Monyaczkowsky et Stephanus ..., in qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczimowicze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ecclesia et plebanus de Wroczimowicze habet ibi certas peties agrorum et pratorum pro suo usu et necessitate.

Sudol, villa sub parochia de Wroczimowicze sita, cuius haeredes Aegidius Sudolsky de armis Habdank, Gaworek de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wroczimowicze, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Wolya, villa sub parochia de Wroczimowicze sita, cuius haeredes ......, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima in Wroczimowicze, valoris quatuor marcarum.

Radzimicze, villa, habens parochialem ecclesiam Sanct. ......, cuius haeres Johannes Lassoczsky de domo Dolanga, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi dictae Wyanczkowska, praeter duos laneos, de quorum agris decimatur in Wroczimowicze, cuius valor ad duas marcas. Item sunt ibi *przymiarky*, de quorum agris una pars pertinet ad plebanum in Wroczimowicze, altera ad praebendam Cracoviensem, quae vocatur Thopolska; est praedium ibi, de quo decimatur in Radzimicze.

Gruschow, villa sub parochia de Wroczimowicze sita, cuius haeres Johannes Karwaczian de domo Zadora, in qua sunt sex lanei

cum medio cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae dicitur Zyrawska, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium militare, item hortulaniae tres, habentes agros, item taberna una, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczimowicze, et valor aestimatur eius ad octo vel decem marcas.

Solcza, villa sub parochia de Pelcznicza sita, cuius haeres Pothoczsky, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczimowicze, cuius valor aestimatur ad sex vel octo marcas.

Maczyeyow, villa sub parochia de parva Xansch sita, cuius haeres ......, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales; item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczimowicze, cuius valor aestimatur ad triginta marcas.

Szmunyowicze, villa sub parochia de Wroczimowicze sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, unum molendinum, quatuor hortulaniae, et omnia habent agros, de quibus decimatur ecclesiae Sanctae Mariae in Cracovia, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item est ibi praedium capitulare, de quo non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit capitulum.

Raczslawycze.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium; item ecclesia, et eius plebanus habet ibi agros liberos et prata pro suo usu et necessitate.

Zdzymyrzicze, villa sub parochia de Raczslawycze sita, cuius haeredes Nicolaus et Johannes de armis Salmonum, et Petrus et Andreas de Dziewyantlye de armis Odrowansch, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum uno, quod est Petri de Dzewyantlye, datur decima manipularis ecclesiae et plebano in Raczslawycze, de altero vero, quod est Johannis Mikulowycz, decimatur altaristae in Proschowicze.

Clunyow, villa sub parochia de Raczslawycze sita, cuius proprietas ad monasterium Zwierzynense pertinet, in qua sunt lanei cmethonales. Item ..... Morsky duos laneos, unam tabernam, habentem agros, et unam hortulaniam. Item Woyschik unum laneum, item nepos eius unum laneum ratione scoltetiae.

Kosczeyow, villa sub parochia de Raczslawycze sita, cuius proprietas ad monasterium Zwyerzynense ordinis praemonstratensium pertinet, in qua quindecim lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae quatuor, habentes agros, item scoltetia, habens quatuor laneos, item hortulaniam unam habet, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi dicta Zakrzowska, et valor ad viginti marcas aestimatur. Item est praedium coenobiale, de cuius agris pro se tollit decimam.

Zelenycze.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanct..... dicatam, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro universitate mansionariorum ecclesiae cathedralis Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad viginti marcas; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Zelyenycze; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo usu et necessitate.

Przemanczany Maior, villa sub parochia ecclesiae de Zelyenycze sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Stanyanthky pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, prata et hortos, item unum molendinum, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis tribus praebendis Cracoviensibus videlicet: Wyanczkowskyey, Bossuthowskey et Zyrawskyey; diversificatur autem perceptio decimae praefatae in hunc modum; nam praebenda Zyrawska percipit partem hyemalium aliquibus annis, in aliquibus vero partem aestivalium iuxta campos; praebenda vero Wyanczkowska biennio percipit maiorem partem aut aestivalium aut hyemalium, et in tertio anno minorem; praebenda vero Bossuthowska biennio minorem partem percipit aut aestivalium aut hyemalium, et in tertio maiorem. Duaeque praebendae, videlicet praebenda Zyrawska et Wyanczkowska nihil habent iuris ad decimam canapi, sed sola praebenda Bossuthowska percipit eam integre omni anno. Item praedium non est in eadem villa coenobiale.

Przemączany Minor, villa sub parochia de Zelyenycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales in Sthanyantky pertinet, in qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed sunt multi agri praediales, et est ibi praedium optimum cum pratis, in tres campos distinctum, quod si bene cultum fuerit, magnos potest afferre fructus, de cuius agris monasterium nulli decimam solvit, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item in eadem villa sunt septem hortulaniae, habentes agros bonos, qui decimam solvunt

monasterio in Sthanyąthky, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item est in eadem villa una taberna, habens agros, quae de illis solvit decimam in *gonythwam* pro canonicis et praebendis Cracoviensibus, ducens illam ad Przemanczany Maiorem.

Janykowicze, villa sub parochia de Zyelenycze sita, cuius haeres Nicolaus Mleczny de armis Ulyna, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano suo ibidem in Zelyenycze, cuius valor aestimatur ad ......, item est in eadem villa taberna et laneus sive campus praebendarii Sancti Jacobi apostoli de Naszyechowicze, de quibus nulli solvit decimam, sed illam pro se tollit et in suum inducit horreum, aut vendit pro suo libitu.

Nassanchowycze.

Villa, habens parochialem ecclesiam muratam in se, Sancto Vito martyri dicatam, cuius proprietas ad Nicolaum de armis Janyna, Stanislaum Slupowsky de armis Lelywa, et Jacobum de armis Oxa, in qua sunt viginti duo lanei cmethonales, item taberna una plebani, solvens pro censu unam marcam; item hortulani ibi non sunt, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano ibidem in Naszyanchowycze, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item praedia tria militaria, et de omnibus etiam decimatur ecclesiae ibidem in Naszanchowycze; item habet ibi ecclesia proprios agros et prata pro suo usu, praedio et necessitate.

Myechowycze, villa sub parochia de Naszyanchowycze sita, cuius haeres Stogneus de armis Oxa, in qua sunt sex lanei cmethonales, et de quinque tantummodo laneis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Dzewyanthelska, et valor eius aestimatur ad septem ....., de sexto autem laneo solvitur ecclesiae in Nassanchowycze. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Nasszanchowycze; item est ibi una taberna, duae hortulaniae et unum molendinum, sed non habent agros.

Dzewyanthle, villa sub parochia de Naszanchowycze sita, cuius haeres Paulus de Sprowa de domo Odrowansch, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, una taberna et duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Dzewyanthelska, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Paczanow oppido.

Polayowycze, villa sub parochia de Naszyachowycze sita, cuius haeredes Stanislaus Polayowsky de armis Anguium, et Nicolaus

Naszyon de armis Bippennium, in qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, item hortulaniae sex cum agris, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Raczyborowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas, item ibi duo praedia, de quorum agris decimatur praebendae Sancti Martini in Cracovia, et valor eius ad sex marcas.

Zarogow, villa sub parochia de Naszechowycze sita, cuius haeredes Nicolaus de Ostoya, Jacobus de Ostoya, Slyadowsky de Toppor, Swide......, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda S. Martini in Cracovia.

Pyotrowycze, villa sub parochia de Naszyachowycze sita, cuius haeres Stanislaus Polanowsky de armis Anguium, qui habet medietatem villae; alteram autem medietatem villae habet Maslowsky de armis Pylawa, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ......

Altare Mariae Magdalenae ibidem est in ecclesia parochiali in Naszachowycze, quod pro dote habet duos laneos in Janykowycze pro praedio, in quibus habet quatuor cmethones, et quilibet solvit pro censu per duas marcas, et non plus laborant nisi *iutrzyny*. Item habet ibidem unam hortulaniam, de qua solvitur media marca pro censu, item habet domum propriam, in qua residet, et hortum iuxta eam situm; item habet decimam praedialem in Roszeyowycze, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Altare Sancti Jacobi ibidem in ecclesia parochiali in Naszyachowycze, quod habet ibidem circa ecclesiam domum propriam, in qua residet, cum horto, circa eandem domum sito, item habet laneum unum ibidem in Naszyachowycze, quem solus colit, de quo non solvit alicui decimam, sed pro se eam tollit. Item in Jankowycze habet unam tabernam, de qua pro censu solvitur sibi una marca; item habet ibidem in Jankowicze unam decimulam post unum campum, cuius valor ad duas marcas aestimatur; item in Kobyerzin habet decimam post totam villam, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur; item in Borek habet decimam similiter post totam villam, valoris quinque marcarum.

Calyna.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeredes multi de domo Bippennium, in qua sunt sexaginta sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Bossuthowska, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas. Plures autem agros cmethonales occupaverunt milites depositis cmethonibus, sed nihilominus reddunt

praebendae Cracoviensi praefatae decimam manipulo in *gonithwam.* Item sunt ibi praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Kalina; item plebanus habet ibi agros proprios liberos et prata pro suo usu et necessitate·

Sladow, villa sub parochia de Kalina sita, cuius haeredes Slawnik et Nicolaus de domo Bippennium, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Bossuthowska, et valor eius aestimatur ad septem marcas, item duae hortulaniae et una taberna, sed non habent agros; item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Kalina.

Magna Xansch.

Przybyslawycze, villa sub parochia de Magna Xansch sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium regium in eadem.

Rogow, villa sub parochia de Magna Xansch sita, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Szynowczy de Koczyna, nobiles de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt sedecim lanei cmethonales et una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item hortulaniae non sunt ibi; item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Magna Xansch.

Magna Xyasch, oppidum, habens ecclesiam parochialem muro fabricatam et Sanctae ..... dicatam, cuius haeres Johannes Rabstinsky de domo Bippennium, in qua sunt oppidanorum lanei, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano seu praeposito in Magna Xansch, et valor eius aestimatur ad triginti marcas. Item est unum praedium militare bonum, de cuius agris decima manipularis solvitur pro ecclesia in Maiori Xansch, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia sive praepositus habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo praedio; item monasterium fratrum heremitarum Sancti Augustini est ibi per Jaszkonem de Melstin castellanum Cracoviensem, fundatum et muratum, cuius proventus in regestro monasteriorum descripsimus.

Wyelga wyesz, villa sub parochia de Magna Xansch sita, cuius haeres Johannes Rabsthinsky ratione uxoris, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano sive praeposito ecclesiae in

Magna Xansz, cuius valor aestimatur ad triginta marcas; item non est ibi praedium, neque tabernae.

Kunaschowka, villa sub parochia de Magna Xasch sita, cuius haeredes Johannes Rapschtinsky de armis Bippennium, et Stanislaus Czasthoschowsky de armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, habentes agros, item praedium militare bonum, quod Johannes Rapschtinsky transtulit de Wyelga wyesz in Kunaschowka, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano sive praeposito in Magna Xansch, et valor aestimatur ad viginti marcas.

Czanschsthoschowicze, villa sub parochia de Magna Xansch sita, cuius haeredes Jacobus Czaschsthoschowsky de armis ....., Nicolaus et Johannes Szynowczy de armis Antiquorum Equorum, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae; item sunt ibi duo praedia, unum Jacobi, aliud Nicolai et Johannis, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et praeposito in Magna Xasch, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Zandlowycze, villa sub parochia de Magna Xasch sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt viginti lanei cmethonales, item scoltetia, habens .... laneos agrorum, item duae tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas; item est ibi praedium regium, de quo decimatur ecclesiae in Magna Xasch.

Myanoczycze, villa sub parochia de Magna Xasch sita, cuius haeres Cristinus Mianoczsky de armis ......, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ....., item est ibi praedium, de cuius agris decimatur pro ......, item est ibi molendinum unum.

Maloschow, villa sub parochia de Magna Xasch sita, cuius haeres Johannes Gebolthowsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad viginti marcas; item ibi praedium, de cuius etiam agris decimatur episcopo in *gonythwam.*

Thocholow, villa sub parochia de Magna Xasch sita, cuius haeres praefatus Gebolthowsky, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

XYASZ MINOR.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam lapide muratam, per patronorum et parochianorum sumptus, et Nativitati Beatae Virginis dicatam, cuius patroni Jacobus Kula de Jastrzambye, et Nicolaus et Bernardus Kowalowsczy de domo Ossoria, cuius plebanus nunc Bernardus, in qua sunt viginti sex lanei cmethonales, item taberna una plebani, habens agros, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Minori Xyasch, et valor eius aestimatur ad triginta marcas; item habet plebanus proprios agros et prata pro praedio suo, et locum pro piscina paranda.

TRZONOW, villa sub parochia de Minori Xansz sita, cuius haeres Jacobus dictus Koslowsky, nobilis de domo Vulpium, in qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Xyansz Minori; item est praedium in eadem villa, de cuius agris decimatur in Kozlow, et valor eius ad viginti marcas.

BOCZKOWYCZE MAIOR, villa sub parochia de Minori Xansz sita, cuius haeres Nicolaus Kowalowsky de armis Ossoria, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Antiqua Xyansz, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Mironicze.

BOCZKOWYCZE MINOR, villa sub parochia de Minori Xasz sita, cuius haeres Nicolaus Mlyeczin de armis . . . ., Nicolaus Kowalowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Mironicze; item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Mironicze.

KRZESCHOWKA, villa sub parochia de Minori Xansch sita, cuius haeres Jacobus Kula de armis Jastrzabczi, in qua sunt . . . . . lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulani . . ., de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas, quam cum plebano capit alternatis vicibus; item praedium non est.

ZARISCHIN, villa sub parochia de Minori Xasz sita, cuius haeres Nicolaus Kowalowsky de armis Ossoria, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Antiqua seu Minori Xyasch, et eius valor ad octo marcas aestimatur.

Gyebolthow, villa sub parochia de Minori Xasch pro medietate villae, et pro alia medietate ad Maiorem Xasch sita; cuius haeres Johannes Kozyeglowsky de domo Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus medietas decimae manipularis datur ecclesiae in Antiqua Xyasch, medietas vero tollitur in novam seu maiorem; item est ibi praedium militare, de cuius agris . . .

Maczyeow, villa sub parochia de Minori Xasch sita, cuius haeres Nicolaus Mlyeczny de armis . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wroczimowicze, et valor eius ad decem marcas aestimatur; item est ibi praedium militare, de quo decimatur . . .

Moczidlo, villa sub parochia de Minori Xasch sita, cuius haeres Johannes Rapstinsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius ad viginti sex marcas; item praedium ibi unum militare.

Mironicze.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam, chorum muratum, corpus vero ligneum habentem, et Sancto Jacobo maiori Apostolo dicatam, cuius haeredes Johannes Mironsky et Petrus Roszinczsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Mironycze, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Szwyanthnyky, villa sub parochia de Mironicze sita, cuius haeredes Lucas et Sbigneus Wlodzislawsczy de armis Zadora, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Mironicze, cuius valor aestimatur ad octo marcas.

Olszowka, villa sub parochia de Mironicze sita, cuius haeredes Stanislaus Olszowsky, Johannes Gamba, Petrus Radzeszowsky, Nicolaus Momoth, Nicolaus Belzowsky, in qua non sunt nisi quatuor cmethones, reliquos enim agros nobiles per se incolunt, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Mironicze, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Brzesczye, villa sub parochia de Mironicze sita, cuius haeredes Petrus Pasczyeka et Stanislaus Rasz de armis Godulya, in qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Mironicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Radziszow, villa sub parochia de Mironicze sita, cuius haeres

Stanislaus Pszonka de armis Jastrzambczi, in qua non sunt lanei cmethonales, sed hortulaniae duntaxat, item est ibi praedium militare, de quo perceptio decimae variatur; de aliquibus enim agris solvitur decima ecclesiae in Msthow, de nonnullis vero ecclesiae in Mironicze, cuius valor aestimatur ad tres fertones.

Cowalow, villa sub parochia de Mironicze sita, cuius haeres Stanislaus Cowalowsky de armis Jastrzambczy, in qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Tarnawa.

Strzeszkowycze, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita, cuius haeredes Jacobus Strzeszkowsky, Petrus Sczirba dictus Opathkowsky, Mikolayek Andrzeykonis, de armis Jastrzambcza, in qua sunt quatuor praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Mironicze, cuius valor ad tres marcas.

Piskorzowycze, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita, cuius haeredes Pakosch Stanislaus et Dyonyssius alias Dzywysz, germani, in qua soli nobiles colunt agros cmethonales, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae in Mironicze, cuius valor aestimatur ad mediam marcam

Boczkowycze Maior, villa sub parochia de Parva Xansch sita, cuius haeres Nicolaus Kowalowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Parva Xansch; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Mironicze, et valor aestimatur ad tres marcas.

Boczkowycze Minor, villa sub parochia de Parva Xyansz sita, cuius haeredes Nicolaus Kowalowsky et Nicolaus Mleczin de Maczyeow, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ecclesiae decima in Minori Xansz. Item praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Mironicze.

Pyeczanyagy, villa sub parochia de Slaboschow sita, cuius haeredes Johannes et Stanislaus germani, de domo Godulya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Mironicze, valoris unius marcae.

Erectio ecclesiae parochialis in villa Mironicze.

In nomine Domini Amen. Quoniam omnia, quae sub tempore fiunt, simul cum tempore contigescunt, nisi literarum apicibus sint perhennata,

proinde nos Nicolaus Mironsky, Petrus Roszniczsky haeredes villae Mironicze notum facimus praesentibus, quoniam consulentes de salute animarum nostrarum, prae oculis habentes labilem mundi conversationem futuram, praesentes disposuimus in animo nostro, providere defectus ecclesiae, in patrimonio nostro villae Mironicze aedificatae muro denuo. Itaque ad eandem ecclesiam fundavimus de bonis et haereditatibus suis fundum eiusdem ecclesiae. Imprimis dotavimus aream latam usque ad torrentem, quae est sub monte, spatiosam usque ad villam, quae area pro aedificandis domibus, pro vicaria, schola, hortulanis ac pascua; dedimus quoque agros in variis locis existentes, propter sortium suorum primo clineum inter viis Olszowka et Swyantniczska, ac in eodem superius quatuor stadiis, non prope viam civitatis, in aliaque parte viae praefatae, uno stadio sub capella Sanctae Magdalenae. Insuper in eodem campo dedimus duobus stadiis et fecimus signum. Item inferius dedimus uno stadio propter hortum et pratum usque ad torrentem currens. Dedimus quoque in eo campo sub graniciis Vladislavien. videlicet sub Borek duobus stadiis; item in alio campo sub graniciis Vladislaviensibus, qui vocatur Zabloczye, dedimus uno stadio, quae vocatur Przeczka. In ultimo superius penes cmethonaliis agris hic et hic inter viam, quae currit ad campum, dedimus uno stadio. Insuper dedimus quoque pratum inter bora Skrzypowiecz et Sosznowiecz, et fecimus signum ac vallum propter pacis ecclesiae, cum parte nemoris quae vocatur Sosnowiecz, dedimus per viam quae ducit ad Zielonki, Mironicze propter necessitatem ecclesiae. Item ecclesiae praefatae dedimus sub eodem monte piscinam propter sustentationem illius. Dedimus quoque decimas, quas habet ecclesia ab initio structurae ligneae in antiquo fundo, videlicet Mironicze, de Wlodzislaw, campi, Zablocze ac Borek, Swiathniky, Olschowka, Brzesczye, Radzieschow de novis agris, Kowalow de novis agris, Boczkowicze maior et minor, de quibusdam agris, Pyeczyeniagy ex curia, Strzeschkowicze, Piskorzowicze, quibus possessor est praesens plebanus Paulus Plaza. Has decimas addidimus propter pacis ecclesiae, quam dotationem nostram ita ut praemissum est, ratam, firmam haberi volumus. In quorum testimonium sigilla nostra appendi iussimus. Datum et actum in curia domini Nicolai Mironsky villae Mironicze a. D. 1439 praesentibus his, Adamo Olszowsky, Petro Radziszowsky, Stanislao Pszonka de Radzischowo et aliis fide dignis.

KOZLOW.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeres Jacobus Kozlowsky de armis Vulpium. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et cànapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia; cuius valor aestimatur

ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Kozlow, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprium agrum et prata pro suo usu et necessitate.

Sthanowyska, villa sub parochia de Kozlow sita, cuius haeres idem Jacobus Kozlowsky de armis Vulpium. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item licet plebanus et ecclesia de Kozlow habeat ibi unum laneum pro suo praedio inter praedictos sedecim laneos computatum, solvit tamen de illo decimam capitulo Cracoviensi in *gonithwam;* item non sunt ibi hortulaniae. Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Kozlow, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Msthyczow.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem muratam, ad honorem Assumptionis Beatae Virginis Mariae et Sancti Michaelis dicatam, cuius duo sunt plebani et duae plebaniae, una scholastria et duae praebendae. Haeres vero villae Stanislaus Plaza de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum media parte decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur uni plebano et ecclesiae in Msthyczow, cuius valor aestimatur ad quadraginta marcas. De altera autem medietate laneorum cmethonalium solvitur decima alteri plebano eiusdem ecclesiae in Msthyczow, cuius valor ad quadraginta marcas; item sunt ibi duae tabernae, una haeredis, altera primi plebani, quae pro censu solvit praebendariis et scholastriae unam sexagenam, et ambae habent agros speciales, quae similiter decimant plebanis suis alternatim cum cmethonibus. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decima solvitur ambobus plebanis; item habent plebani ibidem agros proprios, unus medium alterum laneum, alter duos integros, et prata penes eosdem agros habent pro suo usu et necessitate.

Gnewyanczyn, villa sub parochia ecclesiae de Msthyczow sita, cuius haeredes duo, scilicet Nicolaus Dambyczsky de armis Griffonum pro una medietate; pro altera vero Sbigneus de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus et de praedio uno, quod est Dambyczsky, solvitur decima manipularis uni plebano, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item de alio praedio quod est Sbignei et de quinque laneis cmethonalibus decima manipularis solvitur uni praebendario, id est scholastico ibidem in Msthyczow, cuius valor ad tres marcas.

Ossowyecz, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeredes Lucas et Sbigneus de armis Zadora, in qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis

pro prima praebenda, id est scholastico in Msthyczow, cuius valor ad tres marcas.

Pankoslaw, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres Stanislaus Czarnoczsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano uno in Msthyczow, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item sunt etiam ibi aliqui agri pauci cmethonales, de quibus decimatur utrique praebendario in Msthyczow per medium.

Wyrzbycza, villa sub parochia de Msthyczow, cuius haeres idem Stanislaus Czarnoczsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Adalberti in Pelcziska. Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur scholastico et uni praebendario in Msthyczow per campos.

Clymunthow, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres Nicolaus Dambyczsky de armis Griffonum, in qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium haeredis, de quibus solvitur decima manipularis uni plebano in Msthyczow, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item sunt etiam ibidem aliqui agri, de quibus decima cedit duobus praebendariis in Msthyczow.

Jezow, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres idem Stanislaus Dambyczsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ambobus plebanis in Msthyczow, cuius valor ad quinque marcas.

Marczynowycze, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeredes Petrus, Johannes et Nicolaus de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro altari ecclesiae maioris Cracoviensis Omnium Sanctorum, et valor eius ad duas.

Przeszeka, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius idem haeredes Marczynowsczy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur.

Karczowicze, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeredes praefati Marczynowsczy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monialibus Sancti Andreae in Cracovia, cuius valor ad duodecim marcas.

Przelaya, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres

Stanislaus Plaza de armis Bippennium, in qua villa sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro Sanctimonialibus Sancti Andreae in Cracovia. Item de aliquibus agris decimatur ecclesiae in Kosszow.

Czypyecz, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres Stanislaus Plaza praefatus, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis scholastico in Msthyczow, cuius valor ad duas vel tres marcas aestimatur.

Przedmosczany, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres Johannes Skrzelowsky, de armis .... in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro Sanctimonialibus Sancti Andreae in Cracovia, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Woczechow, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres idem Johannes Skrzelowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima solvitur et conducitur pro ecclesia in Msthyczow, quam plebani ambo alternatim inter se percipiunt, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Byalowycza, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres idem Skrzelowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus similiter decima manipularis et canapalis alternatim cedit plebanis in Msthyczow, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Kranzoli, villa sub parochia de Msthyczow sita, cuius haeres Jacobus Garnyschow de armis Rosarum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis secundo praebendario in Msthyczow, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Cozlow.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius haeres Jacobus Kozlowsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio monialium Sancti Andreae in Cracovia. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro plebano et ecclesia in Kozlow. Item sunt ibi agri et prata pro proprietate ecclesiae et plebani. Item plebanus habet unam hortulaniam, quae pro censu solvit plebano ...

Sthanowyska, villa sub parochia de Kozlow sita, cuius haeres idem Jacobus Kozlowsky de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur magistro scholae in Kozlow, cuius valor ad duas marcas aestimatur

THARNAWA.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeres Skrzelowsky Johannes de armis et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Msthyczow et percipiunt eam pro se plebani inter se alternatim per annos; cuius valor aestimatur ad quinque marcas: item non est ibi praedium aliquod; item ecclesia et plebanus habet ibi speciales agros et prata pro suo usu, praedio et necessitate; item plebanus habet unam tabernam, quae pro censu solvit plebano . . . .

SZMARZYSCHQW, villa sub parochia de Tharnawa sita, cuius haeres idem Skrzelowsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Msthyczow, et plebani alternatim illam pro se accipiunt, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

SZKOCZKOW, villa sub parochia de Tharnawa sita, cuius idem haeres Johannes Skrzelowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Msthyczow, alternatim pro utroque, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas.

NOWA WYESZ, villa sub parochia de Tharnawa sita, cuius haeres Petrus Rosznyczsky de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebanis in Msthyczow, per modum alternationis; cuius valor aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quatuor. Sunt autem ibi duo lanei cmethonales, de quibus decima cedit ecclesiae in Kossow.

Concordia occasione decimae ex allodio villae Orlow provenientis.

In Nomine Domini Amen. Nos Albertus Dei gratia episcopus cracoviensis regni Poloniae cancellarius, significamus tenore praesentium quibus expedit, universis tam praesentibus quam futuris, notitiam praesentium habituris. Quomodo sub anno Domini 1416 indictione nona, sede apostolica vacante, in nostra curia cracoviensi, hora tertiarum, vel quasi, die sexta mensis Februarii, coram nobis personaliter constituti, venerabiles et honorabiles viri, Domini: Michael praepositus conventus et monasterii miechoviensis ordinis S. Augustini Dominici sepulchri Hierosolymitani ex una, et Nemerza de Chrzelow custos S. Floriani et canonicus cracoviensis partibus ex altera, sani mente et compotes rationis animorum suorum, bona praehabita deliberatione sponte ac libere

coram nobis recognoverunt, talem inter se alterutrum ordinationem, et concordiam fecisse, videlicet, quod praefatus Dominus Michael praepositus miechoviensis una cum suo conventu se submiserunt, et debent dare et solvere manipularem decimam cuiuslibet generis frumentorum, ipsorum allodii in villa Orlow; sola tamen de agris illis, qui ab antiquo spectabant ad allodium curiae eiusdem villae Orlow, ecclesiae parochiali in Tarnawa et suis rectoribus temporibus perpetuis duraturis; de alia vero parte agrorum dicti allodii in Orlow, quos dividit quoddam fossatum a praedictis antiquis agris, decimam, dare debet ad ecclesiam miechoviensem; praefatus namque Dominus Nemerza praedictum dominum praepositum et conventum eius monasterii miechoviensis, ac ipsorum successores, ad tertiam partem iuris patronatus praedictae ecclesiae in Tarnawa admisit perpetuis temporibus conferendam. Qui quidem domini praepositus et Nemerza nobis supplicarunt studiose, quatenus ordinationem, concordiam, submissionem et admissionem praedictas approbare, gratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur praedictorum dominorum praepositi et Nemerze studiosis petitionibus, ut pote iustis et rationi consonis annuentes, ordinationem, concordiam, submissionem, et admissionem praedictas gratas atque ratas habentes, approbamus, gratificamur, ratificamus et tenore praesentium confirmamus, decernentes ipsas obtinere perpetui roboris firmitatem. In cuius rei testimonium, praesentes per Albertum notarium curiae nostrae infrascriptum scribi, nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum anno pontificatus, die, mense, loco, quibus supra. Praesentibus venerabilibus et honorabilibus viris dominis: Stanislao abbate monasterii de Brżesko ordinis praemonstratensis, Donin..., cracoviensi et praeposito Sancti Floriani extra muros cracovienses ecclesiarum, et Nicolao Ponaschconis praeposito cracoviensi, Nicolao Lappanowszky praeposito kielciensi et canonico cracoviensi, ac aliis fide dignis testibus, circa praemissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Albertus Johannes de Jaroschewo clericus plocensis dioecesis, imperiali auctoritate notarius publicus, praedictae ordinationi, concordiae, compositioni, submissioni, admissioni, approbationi ac omnibus et singulis, dum sic ut praemittitur fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque fieri vidi et audivi, manu mea propria conscribens, in hanc formam publicam redegi, signo et nomine meis solitis et consvetis, una cum appensione sigilli reverendissimi in Christo patris domini domini Alberti episcopi cracoviensis, ex certa eius scientia et mandato speciali consignans, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum, rogatus specialiter et requisitus; mihi notario praedicto constat de illis dictionibus canonicatus cracoviensis partibus ex altera in quinta linea versuum positis rasis, quod non sunt rasae ex aliquo vitio sed ex errore.

Decimae manipularis ex araturis villae Kowalew prope Mstyczow provenientis ecclesiae parochiali in Tarnowa per Petrum Wisch episcopum Cracoviensem de consensu capituli facta donatio 1411.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Petrus Dei gratia episcopus cracoviensis notum facimus quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod cum inter caeteras sollicitudinum curas, quibus pro nostrorum subditorum usquequaque distrahimur, et ad hoc consideratione praecipua meditamur, ut ministris et potissime parochialium ecclesiarum, quibus cura imminet animarum, profectibus utilitatibus et commodis possit tempore nostri felicis regiminis salubrius provideri ...... huiusmodi ministri onere ipsorum humeris imposito tanto ferventius intendere, ac divinis laudibus devotisque orationibus vacare possint et valeant, quanto temporalium subsidiis et vitae necessariis se persenserint uberius suffultos. Cum igitur ecclesia parochialis in Tarnowa prope Mstyczow ad laudem et honorem Omnipotentis Dei sub vocabulo visitationis Beatae Mariae Virginis et Beatorum martyris et confessoris Stanislai et Nicolai pontificum fundata et erecta, adeo exiguis et modicis temporalium stipendiis sit dotata, quod ipsius rector onera sibi incumbentia cum eiusdem ecclesiae ministris commodose non potest sustentare. Nos ipsius defectibus paterne compatientes, ipsamque et ipsius rectores cum praefatis ministris in spem aeternae retributionis et nostrorum praedecessorum salute uberius dotare volentes, decimam manipularem in villa dicta Cowalew ibidem prope Mstyczow sita, et cum granitiis villarum Brzescze et Pacoslaw confinante, ad nostram mensam episcopalem spectantem, eidem ecclesiae in Tarnowa, prout ipsam hactenus possedimus, nihil iuris nobis vel nostris successoribus in ea reservantes, de consensu venerabilium fratrum nostrorum Capituli ecclesiae nostrae cracoviensis damus conferimus, appropriamus et tenore praesentium perpetuis temporibus incorporamus, per eiusdem ecclesiae rectores, qui pro tempore fuerint tollendam, habendam, exigendam, decimandam et in suos usus beneplacitos convertendam. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, maiora sigilla scilicet nostrum et praefati nostri capituli praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracoviae, die vigesima mensis Novembris, anno Domini millesimo quadringentesimo undecimo. Praesentibus ibidem honorabilibus viris dominis: Johanne Szafranecz scholastico, kielcio cantore, Paulo Vladimiri custode, Michaele scholastico gneznensi et nostro officiali, Divisio praeposito collegiatae scarbimiriensis, Johanne Pella, Nicolao de Lapanow,

Clemente Radomsky, Floriano Henrico .... Adam de Mnichow, ecclesiae nostrae cracoviensis canonicis testibus.

ZARNOWYECZ.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se muratam cocto latere Sancto .... Translato Boleslaus pudicus regni Poloniae dux et monarcha, Zawichostensi monasterio in Skalam et exinde ad Sancti Andreae basilicam in Cracoviam dotem priorem novae supplemento aucturus, villam ducalem Zarnowyecz, ex qua oppidum in processu dierum extat locatum, cum tabernis ibidem consistentibus, item cum theloneo loci eiusdem et aliarum villarum pertinentium ad eandem, in tribus stratis seu viis publicis recipiendum, videlicet in via, quae vadit per Lelow et inter Wyszenyeszycze et Kroczicze, item in via quae vadit per praefatum oppidum Zarnowyecz, item in via per Pstrolycze et Stroza duarum provinciarum, quae tunc Opolye vulgariter appellabatur, item et alias villas iuxta Skalam consistentes, donatione perpetua donat, assignat et inscribit. Item in amplius supplementum ecclesiam parochialem in Zarnowyecz, proventus et decimas frequentes habentem et ad iuspatronatus pertinentem ducale, cum sanctuariis et cum camerariis suis nominibus eorum per expressum designatis, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et annuis redditibus, eidem monasterio Sancti Andreae largitur, unit et incorporat; relictis certis redditibus et introitibus pro ecclesia parochiali in Zarnowyecz, ex quibus illius plebanus et rector cum suis ministris possent commode subsistere, et onera parochiae implere, quas quidem decimas manipulares iam describere pergemus.

Est autem oppidum praefatum iuxta fluvium Pylcza situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis tantummodo, et non canapalis pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de laneis vero residuis, solvitur decima fertonalis communis pecuniae pro monasterio in Ymramowycze ordinis praemonstratensium, qui lanei vocantur Studzenyczne. Item advocatia est in eodem oppido, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Zarnowyecz, et sunt tres lanei ipsius advocatiae. Item est ibi praedium regium, de cuius agris etiam decima solvitur pro ecclesia in Zarnowyecz. Item molendinum est ibi advocati, in flumine Unyeyowka, regium autem non est. Item non sunt ibi hortulaniae regiae, praeter hortulanias plebani, qui vocatur Morawka.

Lanei iuxta Zarnowyecz siti, et sub parochia de Zarnowyecz constituti, quorum proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, et sunt lanei .... in numero, et medietas huiusmodi laneorum maior et melior

solvit et conducit decimam manipularem et canapalem pro monasterio Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas; altera vero medietas solvit eam pro ecclesia parochiali in Zarnowyecz. Est autem in praedictis laneis ecclesia Sancto Adalberto dicata, ubi olim fuit antiquum oppidum Zarnowyecz, quae est matrix huius ecclesiae parochialis, quae est in oppido, et utramque unus plebanus regit; et singulis diebus dominicis administratur per plebanum aut eius vicarios de Zarnowyecz.

Koryczany, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro coenobio S. Andreae, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; item non est ibi molendinum, non sunt hortulaniae, neque tabernae. Item est ibi praedium optimum regium, de cuius agris solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro monasterio Sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia.

Wyrzbycza, villa sub parochia ecclesiae de laneis Sancti Adalberti sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi una taberna, habens agros, de quibus decimatur pro monasterio praefato in *gonithwam*, item non sunt ibi hortulaniae neque molendinum. Item est ibi praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis pro altari S. Vladislai in ecclesia Cracoviensi, et eius valor aestimatur ad tres marcas.

Dobrakow, villa sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius ad sex, aliquando vero ad duodecim marcas aestimatur. Item est ibi una taberna et quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis pro monasterio praefato in *gonithwam;* non ibi molendinum. Item sunt ibi duo praedia militaria, et quodlibet nonnisi unum laneum continet, de quibus decimatur ecclesiae parochiali in Zarnowyecz.

Hotolya, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro monasterio Sanctimonialium Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium regium, et una taberna, habens agros, de quibus decimatur pro monasterio praefato in *gonithwam.*

Maleschycze, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro sanctimonialibus Sancti Andreae in Cracovia, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item est ibi una taberna, habens agros, item hortulaniae duae, habentes agros, item molendinum, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sancti Andreae in *gonithwam*, praeter aliquos agros paucos tabernae, de quibus ecclesiae parochiali in Zarnowyecz. Item est ibi praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Zarnowyecz.

Jezyorowycze, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctimonialium Sancti Andreae, et valor eius aestimatur ad septem marcas, aliquando ad decem; item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Wolya, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia, item ibi praedium . . . . ., item tabernae . . . . ., item hortulani . . . ., item molendinum.

Obychow.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanct . . . . . dicatam, cuius haeres Johannes alias Iwan castellanus Medzyrzecensis, capitaneus generalis Russiae, nobilis de domo Zambrzaglowa alias Wyenyawa, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Obychow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item ecclesia et plebanus eius habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Chlyna.

Villa, habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Bartholomaeo Apostolo dicatam, cuius haeres serenissimus Poloniae rex quilibet pro tempore, in qua sunt triginta lanei cmethonales, item taberna scolteti, item hortulaniae non sunt ibi aliquae; item praedium regium non est ibi, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate; item scoltetia est ibi, habens duos laneos et unam tabernam, habentem agros, et solvit decimam manipularem pro ecclesia in Chlyna,

et valor eius ad duas marcas. Item quilibet cmetho de laneo solvit ratione *meszne* ecclesiae unam mensuram siliginis et aliam avenae mensurae de Zarńowyecz.

. . . . . . Villa sub parochia de una parte villae in Chlyna et pro alia medietate in Thczycza, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . . . Item medietas ipsa, quae pertinet ad parochiam in Chlyna, solvit plebano in Chlyna ratione *meszne* unam marcam in summa. Alia autem medietas pertinet ad parochiam in Thsczycza solvit etiam ratione *meszne* plebano ibidem in Thszczycza.

Udorz, villa sub parochia de Chlyna sita, cuius haeres Nicolaus Dlugosch Bambelsky de domo Wyenyawa, in qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis coenobio Sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, cuius valor ad decem marcas aestimatur; item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, et solvunt decimam eisdem sanctimonialibus in *gonithwam*, praeter unum campum unius tabernae, de quo decimatur ecclesiae in Chlyna, sunt duae hortulaniae, non habentes agros, item molendina tria, duo habentia agros, de quibus decimant ecclesiae in Chlyna, aliud non habet agros. Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Chlyna. Item omnes cmethones solvunt missalia per sex grossos ecclesiae et plebano in Chlyna, tabernatores autem et molendinatores ratione columbationis solvunt per unum grossum.

Dzyerschkow.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Assumptioni et Sancto Clementi dicatam, cuius proprietas ad praeposituram Cracoviensem et ad eius praepositum pro tempore pertinet, cuius praepositus Cracoviensis pro tempore est unicus collator et patronus, in qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, item duae hortulaniae, habentes agros, item unum molendinum in fluvio Nida, habens agros et prata, item est ibi unum praedium largum et bonum, de quibus omnibus absque diminutione solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Dzerzschkow, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item plebanus et ecclesia habet ibi tres hortulanias pro sua proprietate, unam iuxta domum, aliam circa pratum allodiale, tertiam post hortum tabernatoris. Item habet pro praedio suo unum laneum liberum et tria prata, unum post fluvium Nida, aliud post molendinum villae praefatae, eundo ad molendinum Bankowsky, tertium post agros sui allodii.

Byeganow, villa sub parochia de Dzyerzszkow sita, cuius haeredes Nyemyerza, Johannes et Stanislaus germani nobiles de genere Prawdytharum,

in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, cuius valor ad decem marcas. Item praedium est ibi unum militare, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Dzerskow' et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Chycza maior, villa sub parochia de Dzerskow sita, cuius haeredes Andreas de domo Griffonum et ...., in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, cuius valor ad .... marcas aestimatur. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae et eius plebano in Rakoschyn, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur.

Chycza minor, villa sub parochia de Dzerschkow sita, cuius haeres Andreas de domo Griffonum, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .... Item ibi non sunt praedia.

Cluczycze, villa sub parochia de Dzerschkow sita, cuius haeredes Andreas et Johannes Prandotha de domo Dambno, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item est ibi taberna, habens agros, de quibus decimatur etiam praepositurae Cracoviensi; item sunt duae hortulaniae, de quarum agris etiam praepositurae Cracoviensi decimatur; item sunt ibi duo praedia militaria, item est unus laneus quartus cmethonalis, praeter iam dictos tres, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Dzerschkow; item ibi ecclesia et eius plebanus de Prandoczin habet praedium, de cuius agris nulli decimat.

Krzepycze, villa sub parochia de Dzerskow sita, cuius haeres Andreas Psarsky de domo Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .... Item tabern... Item hortulani .... Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae parochiali in Dzerskow.

Dambrowa, villa sub parochia de Dzierzschkow sita, cuius haeres Johannes Mozkorzowsky de domo Pylawa, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item est ibi una hortulania, non habens agros, item est ibi praedium militare, quod decimat ecclesiae parochiali in Dzerzkow. Item

taberna una, habens unum laneum, ex agris praedialibus attributum, de quo etiam decimat ecclesiae in Dzierzkow, item laneus unus olim praedialis, inter Stanislaum et Chocholek cmethones, de quo etiam cedit decima ecclesiae et plebano in Dzierzkow.

Makarzow, villa sub parochia de Dzerszkow sita, cuius haeres unicus Andreas de domo Prawdytarum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor iuncturas canapalis solvitur et conducitur pro praepositura Cracoviensi; item tabernae, item hortulaniae, item sunt ibi quatuor praedia militaria, de quibus solvitur decima ecclesiae in Dzerskow.

Psary, villa sub parochia de Dzerskow sita, cuius haeredes Andreas et Stanislaus de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praepositura Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ....., item tabernae, item hortulaniae, item est ibi praedium militare unum, quod solvit decimam manipularem pro ecclesia in Dzerszkow.

Sasszinowa Wolya, villa sub parochia de Dzerskow sita, cuius haeres Nicolaus de domo Prawdytarum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi, et valor eius aestimatur, ... item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum ibi militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Dzerszkow.

Woyslawicze, villa sub parochia de Dzerskow sita, cuius haeres Johannes Moszkorzowsky nobilis de domo Pylawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praepositura Cracoviensi, cuius valor ad ...... marcas aestimatur: item tabernae, item hortulaniae, item sunt ibi tria praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae in Dzerszkow.

Drochlyn.

Villa prope Lelow sita, in qua est ecclesia parochialis lignea Sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum honori dicata, cuius unicus patronus est praepositus Cracoviensis, in qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium unicum praepositi Cracoviensis amplum et latum, habens duos laneos in campo Zadroze, et *nywam*, item alios duos laneos ibidem, item in Brzezye loco sic dicto tres laneos, item in loco Przeczky duos laneos, item in Wyrzbyolek *nywam*, item unum laneum secus stratam Leloviensem, item unum laneum inter laneos cmethonales, qui dicitur Nazagonni, item campum magnum in Szedlyska, de

quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Drochlyn, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, quarum proprietas ad plebanum in Drochlin pertinet, quarum una solvit pro censu plebano unam marcam, alia octo scotthos, et omnes agri praedictarum tabernarum duarum decimant ecclesiae et plebano in Drochlyn. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros liberos, laneum unum post horreum et *nywam* in Wyszboreg.

MOSZKORZOW.

Villa, habens ecclesiam parochialem latere cocto per Clementem de Moszkorzow militem castellanum Wisliciensem, nobilem de domo Pylawa, muratam, Sanctae Margarethae dicatam, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi; item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Moszkorzow rectori .... Item notandum, quod sanctae memoriae Nicolaus Thramba archiepiscopus Gneznensis, ad petitionem praefati Clementis de Moszkorzow, tunc Reipublicae vicecancellarii, de speciali consensu capituli sui Gneznensis, contulit eidem ecclesiae in Moszkorzow, et donavit donatione perpetua et irrevocabili, et privilegiavit speciali privilegio decimas mensae suae manipulares infrascriptas, quas etsi suus successor immediatus Albertus Jastrzambyecz conaretur restringere, nullatenus tamen valuit, licet plures conatus violentes adhibuisset; fertur etiam a nonnullis, quod praefatus Clemens miles, dedit etiam summam pecuniae dicto Nicolao Thramba archiepiscopo Gneznensi pro huiusmodi decimarum perpetua donatione.

MYKANOW, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet, in qua sunt triginta cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Moszkorzow, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

CZYKARZOW, villa sub parochia de Mykanow, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet, in qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Moszkorzow, et valor eius aestimatur ad .... marcas.

GRABOWA, villa sub parochia ecclesiae de Borowno sita, cuius haeredes Johannes et Martinus de domo Srzenyawa, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Moszkorzow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

CHLEWSKA WOLYA, villa sub parochia de Moszkorzow sita, cuius haeres Johannes Moskorzowsky de domo Pylawa, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur

decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium non est in eadem villa.

Druzikowa, villa sub parochia ecclesiae de Moszkorzow sita, cuius haeredes Wilhelmus de domo Godzamba, et Abraham Wilkowsky de domo Griffonum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae in Moszkorzow; item est ibi una taberna, habens unum laneum agrorum, de quibus decimat ecclesiae in Dzerszkow.

Pyrzyny, villa sub parochia de Moszkorzow sita, cuius proprietas ad scholastriam in Moszkorzow pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales et una *nywa*, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis scholastriae Moszkorzoviensi, et valor eius ad duas marcas aestimatur. Item praedium, item taberna, item hortulani.

Rudnyky, villa sub parochia de Msthow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano et scolastico in Moskorzow, donata per Nicolaum Tramba archiepiscopum Gneznensem, de consensu capituli; et valor eius aestimatur ad sex marcas communes. Item est ibi una scoltetia, habens duos laneos, de quibus decimatur manipulo monasterio in Msthow, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Golyenyowa.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam latere cocto muratam, quam Ottha de Msthyczow praepositus Gneznensis et regni Poloniae cancellarius, nobilis de domo Vulpium, anno Domini 1360, ad honorem omnipotentis Dei et Nativitatis Beatae Mariae Virginis fabricavit. In qua sunt haeredes: Johannes et Nicolaus Kosczan, Johannes, Ottha, Jura, Johannes, Nicolaus, item Andreas, Stanislaus et Stephanus filii Swyanthopelczy fratres germani et patrueles de domo Vulpium. In qua triginta tres lanei cmethonales, item octo hortulaniae, habentes agros; item quinque aliae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposituræ Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item sunt ibi quinque praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Golenyowa; et valor eius aestimatur ad decem marcas: item est ibi una taberna, cuius proprietas pertinet ad plebanum de Golenyow, quae solvit plebano pro censu . . . . . Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios, liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Chebdzye, villa sub parochia de Golenyowa sita, cuius haeres unicus . . ., nobilis de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, item

hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium.

DECANATUS DOBSZICZENSIS ALIAS CZIRZICZENSIS.

WYELICZKA.

Oppidum regium et famosum; sales enim in eo effodiuntur in magna fecunditate, ex quorum venditione ducenta millia florenorum pro rege et regno Poloniae proveniunt; in quo est ecclesia parochialis Sancto Clementi martyri dicata; cuius unicus patronus est Poloniae rex; cuius plebanus est Matthias de Blandow decretorum doctor, nobilis de domo Polukoza. In cuius oppidi una parte sunt agri et lanei civiles, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Wyeliczka, cuius valor aestimatur ad triginta marcas. Item ecclesia praefata fabricata est ex latere cocto per cives et incolas Wyeliczenses; item in eodem oppido est fraternitas sectorum salis, quae pro ecclesia solvit et plebano pro singulis quatuor temporibus quatuordecim scotthos, et proveniunt duae marcae et sedecim grossi. Item est in eodem oppido alia fraternitas tragariorum, quae etiam pro singulis quatuor temporibus solvit quatuordecim scotthos, et proveniunt duae marcae et sedecim scotti. Item de zuppa solvitur plebano pro singulis quatuor temporibus una marca et unum quartale salis. Item in eodem oppido habet plebanus unum macellum carnificum, quod solvit pro censu annuo duas marcas. Item singulis septimanis zuppa Vyelicensis in quolibet die sabbathi solvit pro vino ecclesiae parochiali duos grossos. Item praedicta zuppa et eius officiales, de iure et consvetudine laudabili ab antiquis regibus instituta, clericis scholae ecclesiae praefatae Sancti Clementis dant et porrigunt praebendam in cibo et potu, tam in prandio, quam in coena. Item ecclesia et plebanus habent in eodem oppido hortulanias, de quibus proveniunt tres marcae, et sedecim scoti; offertorium ecclesiae aestimatur singulis annis ad quinquaginta marcas; columbatio ecclesiae aestimatur ad tredecim marcas singulis annis.

LYCZANKA, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius proprietas ad ecclesiam de Wyeliczka, cuius est fundus, pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et solvunt duo pro censu de laneo per mediam marcam, duo per novem scottos; item labor, item *powaba*, item *osszyep*, item ova, item gallos, item caseos; item tabernae, item hortulaniae, item omnes agri villae solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro ecclesia et plebano in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium plebani, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item est ibi molendinum, habens agros, quod pro censu solvit unam marcam et decimam in *gonithwam* plebano.

Schircza, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius proprietas ad monasterium Thyniciense pertinet; in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka. Item praedium non est ibi; cmetho quilibet et tabernator pro columbatione unum grossum, item et hortulanus medium.

Golikowicze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet: in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur . . . ecclesiae in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium coenobiale non est ibi. Item est ibi unus laneus episcopi Cracoviensis, in quo cmethones locati, solvunt quatuor marcas.

Koschmicze maior, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius haeres Stanislaus Kląp de Streparum domo. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales; sed tabernae et hortulaniae. Item praedia non sunt militaria. Item est unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesiae Cracoviensis vicaria praebendae Rzemyandziczka, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item pro columbatione quilibet cmetho et tabernator unum grossum et hortulanus medium.

Koschmycze maior, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Nicolaus Klampowicz de armis Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesiae Cracoviensis vicaria praebendae Rzemyendzieczka, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Columbationem emetho quatuor, et tabernator grossum, et hortulanus medium pro ecclesia in Wyeliczka.

Szroczycze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Stanislaus Kląp cum . . . In qua sunt lanei, item tabernae, item hortulaniae, item praedium aliquod, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item quilibet cmetho et tabernator pro columbatione octo grossos, et hortulanus medium.

Raczyborsko, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Stanislaus Kląp et alii de Strepis. In qua sunt lanei cmethonales sex de quibus decimatur praebendae Gonowska; item tabernae, item hortulaniae, item praedia, de quibus solvitur et conducitur decima pro ecclesia in Wyelyczka, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item cmetho quilibet et tabernator pro columbatione solvit unum grossum, et hortulanus medium pro ecclesia in Wyeliczka.

Lednycza superior, sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Petrus

Blandowsky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyelyczka. Item praedium non est in eadem villa. Item cmetho quilibet et tabernator pro columbatione grossum, et hortulanus medium.

LEDNYCZA INFERIOR, sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres praefatus Petrus Blandowsky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare est ibi, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item quilibet cmetho et tabernator pro columbatione unum grossum, et hortulanus medium.

BOGUCZICZE, villa sub parochia Wyeliczka, cuius haeres Barbara, consors Jacobi Swidniczar consulis Cracoviensis. In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus solvitur et conducitur decima utraque pro monasterio hospitali Sancti Spiritus in Cracovia, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item quilibet cmetho et tabernator ratione columbationis solvit ecclesiae in Wyeliczka duos grossos.

SZLEDZEYOWYCZE, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius haeres unicus Johannes dictus Wyerzink nobilis de armis . . . in quibus pro insigni superior pars clypei. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item est ibi unus campus sive *nywa*, de quo decimatur monasterio Sancti Spiritus in Cracovia. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae et eius plebano de Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item quilibet cmetho et tabernator pro columbatione solvit unum grossum et hortulanus medium.

CZARNOCHOWYCZE, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius haeres Stanislaus Czarnochowsky de armis Junoscha. Item unum praedium militare, quod iam in tria praedia distractum est, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro hospitali S. Spiritus in Cracovia, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae. Item quilibet cmetho et tabernator ratione columbationis solvit unum grossum, et hortulanus quilibet medium.

WOLYCZA circa SCHIRCZA, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius haeredes . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka. Cmetho quilibet et tabernator pro columbatione unum grossum.

BYSCHYCZE, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius proprietas

ad altaristam S. Nicolai in ecclesia Cracoviensi pertinet. In qua non est praedium, neque taberna, neque molendinum, sed sunt septem lanei cmethonales et una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae Czechowska appellatur, et valor eius ad quatuor marcas. Item pro columbatione quilibet cmetho et tabernator unum grossum, et hortulanus medium solvunt.

Wythkowycze, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius proprietas ad altaristam Sancti Nicolai in ecclesia Cracoviensi pertinet pro aliqua parte; habet enim ibi altare unum laneum cmethonalem et unam tabernam, de quibus tollit censum, residuam vero partem habet Stanislaus Klamp de domo Streparum. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima canapalis et manipularis ecclesiae in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item quilibet cmetho et tabernator ratione columbationis solvit unum grossum, et hortulanus medium.

Janowycze, villa sub parochia de Wyeliczka sita, cuius haeredes Johannes de domo Strzegomya et Marcissius de domo . . . In qua sunt lanei indistincti cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis et etiam de hortulaniis, quae habent agros, pro vicaria praebendae Cracoviensis Sczitniczska appellata, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, item una taberna et unum molendinum habentia agros, de quibus decimatur ecclesiae in Wyeliczka, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item pro columbatione quilibet cmetho et tabernator solvit ecclesiae in Wyeliczka duos grossos, hortulani per unum grossum, duo molendina per unum grossum.

Zabawa, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Johannes Wawrowsky de domo Polukoza. In qua sunt octo lanei cmethonales, una taberna, tres hortulaniae, unum molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi quae Krzeslawska vocatur, et valor eius ad octo marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia, de quibus decimatur ecclesiae in Wyeliczka, et valor eius ad duas marcas, praeter unum cmethonalem laneum, quem curia Johannis Wawrowsky cmethone deposito, colit, de quo solvit decimam in *gonithwam* praebendae Cracoviensi.

Sulkowicze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Wlodek de domo Lyodzya. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae, item unum molendinum, omnia habentia agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae Krzyeslawska dicitur, et valor eius ad sex marcas. Item est praedium militare unum ibi, de quo decimatur ecclesiae in

Wyeliczka, et valor ad unam marcam. Item pro columbatione cmetho quilibet et tabernator per unum grossum, hortulanus per medium.

Wagyercze utraque, videlicet altaristae omnium Sanctorum in ecclesia Cracoviensi, in qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae, tres hortulaniae habentia agros, et utraque consistit sub parochia de Wyeliczka; altera est Petri Kawalyecz de domo Streparum, in qua sunt tantummodo duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria Cracoviensi, quae vocatur Krzeslawska; valor eius ad decem marcas. Item non sunt in villis praefatis, aliqua praedia, neque molendina. Item quilibet cmetho, tabernator per unum grossum, hortulanus vero medium in Wagyercze maiori, sive altaristae; in Wągercze vero Kawalczonis, per duos grossos pro columbatione solvit.

Krziszkowicze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius proprietas ad abbatem monasteriumque Czyrziczense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Thopolska, cuius valor ad decem marcas. Item est ibi praedium unum coenobiale, de cuius agris . . . item hortulaniae, item tabernae, item quilibet cmetho ratione *meschne*, solvit unam mensuram avenae ecclesiae in Wyeliczka.

Rzeszotary, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius proprietas ad monasterium Corporis Christi in Casimiria, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . ., et valor eius ad . . . Item tabernae, item hortulaniae.

Taschicze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Stanislaus Cląp, Jacobus Johannes Sroczіczsky, Nicolaus et Paulus de Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Wyeliczka. Item praedia quatuor, quae omnia decimant pro ecclesia in Wyeliczka.

Pawlikowicze, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Clamp Stanislaus de armis Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Wyeliczka: item hortulaniae, item tabernae, item praedium unum pro ecclesia in Wyeliczka.

Myetnyow, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Matthias Nikel Byaly et Szosznowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Wyeliczka. Item praedia omnia pro ecclesia in Wyeliczka.

Kokothow, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Nicolaus Wyerzinek. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka, et valor eius ad . . . marcas. Item praedium. Item pro columbatione quilibet cmetho et tabernator solvit duos grossos, hortulanus medium grossum.

Wolycza, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Kawalyecz de domo Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka. Item praedium pro ecclesia in Wyeliczka. Item pro columbatione quilibet cmetho unum grossum, et tabernator et hortulanus medium grossum.

Grayow, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Nicolaus Grayowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Wyeliczka. Item praedium unum pro ecclesia in Wyeliczka. Item pro columbatione cmetho et tabernator quilibet unum grossum, hortulanus medium grossum.

Myethnyow, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeredes Nicolaus ... Matthaeus Metnyowsky et ... Szosznowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . et valor eius ad . . . Item praedium. Item pro columbatione cmetho quilibet et tabernator unum grossum, hortulanus medium grossum.

Gorzkow, villa sub parochia de Wyeliczka, cuius haeres Clamp Stanislaus de domo Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyeliczka, et valor eius ad . . . Item praedium pro ecclesia in Wyeliczka. Item pro columbatione cmetho et tabernator quilibet unum grossum, et hortulanus medium grossum.

Altaria ibidem in ecclesia Wyeliczensi fundata, et primum:

Altare omnium Sanctorum et Corporis Christi honori dicatum, a consulibus et communitate civitatis Wyeliczensis fundatum et dotatum, quod habet de praetorio Vyeliciensi sex marcas annuatim; item in domo Xąschszky in suburbio unam marcam habet, item in domo olim Stanislai in civitate Vyelicensi habet unam marcam, item de domo Sczythniczska, seu horto ipsius, habet viginti octo grossos; item in horto olim Jankowsky unam marcam; item de stilo tragariorum duas sexagenas, item de stylo sectorum

unam marcam; item fraternitates tenentur dare ceram sufficientem pro altari eodem, item pro domo altaristae altaris eiusdem dant sectores ligna sufficientia; item habet idem altare aream seu domum pro censu suo.

Altare S. Petri et Pauli in capella de collatione magistri montium, quod quidem habet duos famulos in monte pro censu suo; item in zuppis habet bipennales tres marcas, item in domo Jacobi Warczowny habet mediam marcam, item in domo olim Nyezgoda habet septem fertones, item in domo Fornesth habet mediam marcam; item habet unum cmethonem in villa Zaklyczin, qui pro censu solvit mediam marcam et facit ducturas lignorum pro necessitate altaristae.

Altare Nativitatis beatae Virginis Mariae de collatione praepositi zupparii filii et Liganza, quod habet duos famulos in montibus, item habet expensas in zuppis cum digerio, item habet unum quartale salis septimanatim.

Altare Visitationis Mariae, cuius proprietas et collatio ad praedictos Petrum praepositum et Liganzam pertinet, quod habet etiam duos famulos in montibus; item habet quinque grossos septimanatim de accutie, et hoc quando sectores laborant.

Altare Praesentationis Mariae, cuius collatio ad coctores pertinet, quod habet decem marcas pro censu annuo a fraternitate coctorum, simul cum stylo eiusdem fraternitatis.

Altare Sanctae Catherinae, cuius collatio ad consules Wyeliczenses, quod habet unum famulum in montibus. Item habet de horto Gnyady novem scothos, item de domo funificis Andreae habet mediam marcam, item de domo olim Dobkowskye unam marcam.

Altare Sanctae Mariae Magdalenae, cuius collatio pertinet ad consules Wyeliczenses, quod habet duos famulos in montibus, item habet in zuppis tres marcas.

Altare Sancti Nicolai, cuius collatio pertinet ad consulatum Wyeliczensem et sectorum fraternitatem, quod habet decem marcas de fraternitate sectorum, item de domo Conyuch habet unam marcam, item de domo Szywy unam marcam habet.

Altare Corporis Christi novum, cuius collatio est consulum praedictorum Wyeliczensium, quod habet in area mediam marcam, item de domo Gyelythkowa mediam marcam, item de accutie fabrorum decem octo grossos; item habet domum specialem, de qua sibi solvuntur duae marcae pro censu.

Bodzanow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sanctae ..... dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in

Bodzanow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item curia coenobialeque praedium est in eadem villa, de cuius agris monasterium Thynicziense tollit pro se decimam, illamque in suum horreum inducit. Item ecclesia et plebanus habent ibi agros liberos proprios et prata pro suo praedio, usu et necessitate.

Zakrzow, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky pertinet. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Johannis Apostoli et Evangelistae in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de quo nulli solvitur decima, sed eam monasterium pro se tollit et in horreum suum ducit. Item ecclesia in Bodzanow habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

Zakrzowyecz, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium in Stanyąnthky pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna vocata Barycz habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa non est praedium, non est scoltetia, non est molendinum. Item eadem villa solvit ecclesiae in Bodzanow columbationem et denarium Sancti Petri.

Szlomyrog, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium in Stanyąnthky pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam de medietate agrorum tollit eam praebenda Cracoviensis quae vocatur Stanyątheczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; alteram vero medietatem tollit ecclesia et plebanus in Brzezye, et valor eius aestimatur ad tres marcas cum dimidia. Item villa praefata solvit columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Bodzanow.

Ochmanow, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky pertinet. In qua sunt lanei cmethonales octo, una taberna, tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Goschyczska, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est praedium in villa praefata coenobiale, de cuius agris monasterium in Stanyąthky percipit decimam manipularem.

Zagorze, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad praedictum monasterium sanctimonialium pertinet. In qua sunt lanei cmethonales septem, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi,

quae vocatur Stanyąteczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de agris vero qui sunt citra torrentem, qui dicitur Samycza, cedit decima pro monasterio in Stanyąthky. Item in eadem villa est praedium coenobiale, de cuius agris non datur alicui decima, sed eam monasterium pro se convertit.

Wagyercze, villa sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas, ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item est ibi una taberna, habens unum laneum de agro, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Goschiczska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, et aliquando ad sex. Item non est praedium in eadem villa, non sunt hortulaniae, neque molendinum. Item praefata villa solvit columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Bodzanow.

Taberna Stanczonis sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Staynyathky pertinet; quae habet agros notabiles ad illam pertinentes, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro ....

Taberna Bolechowka sub parochia de Bodzanow sita, cuius proprietas ad monasterium in Staynyathky pertinet; quae habet agros satis notabiles et prata, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... et valor eius aestimatur ad duas marcas

Dzyekanowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muro fabricatam, et Sanctis Mariae Magdalenae et Beatissimo Nicolao confessori dicatam, cuius haeredes Jacobus Zlothniczsky de armis Szarza de Sluszkowka, Petrus Baliczky de Dzekanowycze, Nicolaus Rey Topolsky de Oxa, Johannes Szambor, Bernardinus de Laganow, Johannes Cziszowsky, Zawisza de Stapoczicze, Nicołaus Sanczignyewsky de Kozlyerogy et Henricus Camyenyeczsky de Nyezdow de Pilawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Dzekanowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item de omnibus villis infra scriptis parochialibus, habet plebanus de *ossep* quinquaginta choros avenae, cum summitatibus refertos, pro festo Sancti Martini solvendos singulis annis. Item habet plebanus pro dote sua agros et prata et quatuor piscinulas. Item quilibet de laneo solvit ratione columbationis unam mensuram avenae confertam mensurae Dobschiczensis.

Nyezdow, villa sub parochia de Dzyekanowycze sita, cuius haeres Henricus de Kamyenyecz de armis Pilawa. In qua sunt tres lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, item est ibi praedium

militare; de quorum omnium agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dzekanowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas: ratione columbationis solvit quilibet de laneo unam mensuram confertam avenae.

Sirakow, villa sub parochia de Dzyekanowicze sita, cuius haeredes Jacobus Zlotniczsky de armis Szyarza et Nicolaus Topolsky de armis Oxa. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyekanowicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas; ratione columbationis solvit quilibet de laneo unam mensuram avenae confertam.

Byenkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzekanowicze sita, cuius haeredes multi occupant laneos cmethonales, et soli illos arant, et in eadem villa sunt lanei novem, item hortulaniae tres habentes agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyekanowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Haeredes Nicolaus Antiquus et Nicolaus Grziwa, Stanislaus Kregel de domo Streparum, tria praedia eorum, et de omnibus decimant ecclesiae in Dzekanowicze. Non solvitur columbatio, nisi per hortulanos per unum grossum, neque *ossep*.

Kunczicze, villa sub parochia ecclesiae de Gdow sita, cuius haeres Nicolaus Czasslawsky de armis ..... In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzekanowicze, cuius valor aestimatur ad septem vel octo marcas. Item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima ecclesiae in Lazany. Item est ibi area una, seu laneum; quod tenet Czaslaw, de quo solvitur decima ecclesiae et plebano in Gdow, et valor eius aestimatur ad tres fertones.

Laganow, villa sub parochia de Proschowicze sita, cuius haeredes Johannes et Bernardinus de armis Szarza. In qua septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, item quatuor praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dzyekanowicze, et valor eius aestimatur ad decem octo, aliquando ad viginti marcas.

Dzyekanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzyaloschycze, cuius haeres Barbara Cizowska de armis Odrowansch. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quorum octo solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Dzyekanowicze, et valor eius aestimatur ad octo, de residuis vero laneis solvitur decima pro parochiali ecclesia, quae vocatur Gorzycze prope Sandomiriam villam regiam.

STAMPOCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Lubczya alias de Wola Zakliczinska sita, cuius haeres Zawischius de Dworziszowicze cum fratre Nicolao de armis Roszae Albae. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Wisliciensi, quae vocatur Widuchowska, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium militare habens in se sex laneos, de quibus datur decima ecclesiae et plebano in Dzyekanowicze prope Wyeliczkam, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

TRZEMESCHNA, villa habens parochialem ecclesiam in se Sancto Lucae Evangelistae dicatam, cuius haeredes.... Banowsky, Procopius Przybkowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae; item ecclesia et plebanus de Dzyekanowicze habet cmethonem unum ibi, qui solvebat unam sexagenam annuatim, sed hodie violenter per nobilem Przibkowsky ab ecclesia alienatus est et abstractus, et propterea plebanus pro illo litigat; cmetho autem vocatur Martinus Warmusz.

RUDNYK, villa sub parochia ecclesiae de Dzekanowycze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes Marsalkowicze de Brzesze de armis Żadora. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, cuius valor ad sex marcas. Item quilibet de laneo tenetur dare et solvere ecclesiae et plebano in Dzekanowicze pro festo Paschae, unum cum medio grossum. Item sunt in eadem villa molendina quatuor, item tabernae duae, de quorum quilibet solvit plebano in Dzyekanowicze per unum grossum: ratione columbationis solvit quilibet unam mensuram avenae confertam ecclesiae.

WINARY, villa sub parochia de Dzekanowice sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes Marsalkowiczi de armis Zadora, quam nomine regis tenent. In qua sunt undecim lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogyla, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis pro altari Sanctae Mariae Assumptionis in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

CHELM.

Villa in colle supra fluvium Raba sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem tantummodo hortulaniae habentes agros speciales, aequivalentes laneis, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chelm, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Et praepositus Myechoviensis cum conventu

suo est unicus collator et patronus ecclesiae eiusdem, et olim regebatur per fratres eius monasterii. Item plebanus ecclesiae praefatae habet agros proprios et prata pro suo praedio, usu et necessitate. Item non est ibi praedium, non est molendinum, neque taberna.

Moschczenycza, villa sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria Cracoviensis praebendae, quae vocatur Lazowska, cuius valor extenditur ad duodecim marcas.

Thargowyska, villa sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus perceptio decimae manipularis variatur; nam de sex cum medio laneis et una quarta solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; de aliis vero septem minus quarta laneis, solvitur et conducitur pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska, et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item praedium est ibi coenobiale bonum, de quo nulli decimatur, sed monasterium decimam pro se tollit. Item tenetur quilibet cmetho unam mensuram siliginis solvere pro ecclesia in Chelm.

Taberna et theloneum supra Rabam sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet; cuius agri praediales ex utraque parte fluminis Rabae siti sunt, et de agris quidem versus Bochnya sitis solvit decimam manipularem plebano in Chelm, et valor eius aestimatur ad ......, de agris vero trans Rabam versus Thurek tabernam sitis, solvit eam ..... et valor eius aestimatur ad .....

Taberna Thurek, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet, quae habet plus quam medium laneum de agris, de quibus pro una medietate solvitur decima manipularis pro monasterio Myechoviensi, et pro altera medietate pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Bodzowska.

Grothkowicze, villa sub parochia de Chelm sita, prope fluvium Raba, cuius haeres Jacobus Rospersky de domo Zadora. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Cracoviensibus, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare et duae hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Gora; item tabernae non sunt.

Lanczkowycze, villa iuxta fluvium Raba sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Stanyąthky pertinet. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item una taberna

et hortulania habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis ecclesiae Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium coenobiale, quod de agris eiusdem tollit pro se decimam.

Chelm, supra Rabam ut supra, habet ultra decimas suprascriptas: in Gyerczycze decimam manipularem omnium cmethonum et post certos agros praediales, valoris novem marcarum, et ex aliquibus agris praedii datur ad Bobowa plebano. In Wlosthowycze decima manipularis omnium cmethonum valoris trium marcarum. In Dambrowycza .... cmethonum decima trium marcarum valoris. In Buczyna praedii et cmethonum valoris duarum sexagenarum. In Nyeschkowycze Maiori decima totius villae, valoris sex marcarum. In Nyeschkowycze Minori decima manipularis curiae et omnium incolarum, valoris trium marcarum. Item in Byernaschowycze totius villae decima trium marcarum valoris. Item Syedlecz, decima omnium incolarum et certorum agrorum curiae, valoris quinque marcarum, et ex certis paucis agris praedii tollit plebanus in Nyepolomicze. In Xanschnycze decima curiae, valoris duarum marcarum, et cmethonum capit vicarius ad castrum Cracoviense. In Stradomya decima curiae, valoris unius sexagenae. De Targowisko novem mensurae siliginis et totidem avenae, quatuor lanei ibi sunt deserti. De Grabyna quinque mensurae siliginis et totidem avenae et quadraginta grossi pecuniarum. In Laschkowycze decem grossi columbationis. In Grodkowycze duodecim. In Xanschnycze novem grossi, et molendinatores solvunt sex grossos columbationis.

Item omnes villae suprascriptae sunt sub parochia in Chelm.

Item in Nyeprzeschna sub parochia de Sobolow decima manipularis valoris duarum marcarum ad minus.

Czyrzicz alias Gora.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam Sancto ... dicatam, cuius proprietas ad monasterium Czirziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item praedium; item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata pro suo usu, praedio et necessitate.

Pobrzanczyn, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czyrziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czyrzicensi, et valor ad tres marcas. Item praedium coenobiale.

Abramowicze, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czyrzicense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item

tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czyrzicensi, cuius valor ad tres marcas. Item praedium coenobiale.

POGORZANY, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czyrziczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, medietas pro monasterio Szeczechoviensi, et medietas pro monasterio Czyrziczensi, et valor eius ad tres aestimatur marcas.

GODUSCHA, praedium monasterii Czyrziczensis amplum et fecundum, in tres campos divisum, sub parochia de Gora iuxta monasterium Czyrzicense situm, de cuius agris monasterium nulli solvit decimam, sed illam pro se tollit et in horreum suum inducit.

SZMYKAY, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad monasterium Czyrziczense pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, sed sunt agri habentes prata in tres hortulanias distincti, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ....

NYEGOWYECZ.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius haeres Johannes Nyewyarowsky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Nyegowyecz. Item ibi habet ecclesia et plebanus proprios agros liberos, pro suo praedio usu et necessitate.

WYNYECZ villa sub parochia de Nyegowyecz sita, cuius haeres Johannes Nyewyarowsky de domo Polukoza. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item una taberna dicta Uscze extra villam inter fluvios Rabam et Stradomya sita, habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda et canonicatu Cracoviensi, quae vocatur Roszyeiowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Nyegowyecz, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

POTHGRODZE, villa sub parochia de Nyegowyecz sita, cuius haeres Stanislaus Marschowsky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro canonicatu et praebenda Cracoviensi, quae vocatur Rosszeyowska; cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Nyegowyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Pyrzchow, villa sub parochia de Nyegowyecz sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Roszeyowska, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item non est praedium, neque molendinum, non hortulaniae, neque tabernae.

Pyrzchowyecz, villa sub parochia de Nyegowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, item molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Roszeyowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Stara Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Clanczana, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Jaroschowka, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Dambrowycza, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Usczye, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres ...

Kamyk, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Crosthowa, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Janyschowka, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Czychawa, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres ....

Krakoschowycze, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Nyegowyecz, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Nyewyarow, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Marschowycze, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Nyeznanowycze, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres .....

Lypplar, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres....

VYATHOWYCZE, villa sub parochia de Nyegowyecz sita cuius haeres . . . . .

SZWYDOWKA, villa sub parochia ecclesiae de Nyegòwyecz sita cuius haeres . . . . .

GDOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeres Stanislaus Wyelopolsky de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Gdow, cuius valor aestimatur ad viginti et ultra marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gdow, et eius valor aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

STADNYKY, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes de armis Druszyna. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna et hortulania habentes agros, de quibus solvitur decima vicariis ecclesiae Cracoviensis. Item est ibi praedium unum, de cuius agris decimatur plebano et ecclesiae in Gdow, cuius valor extendit se ad duas marcas.

PHALKOWYCZE, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeredes Nicolaus Johannes et Stanislaus de armis Druszyna. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro monasterio S. Spiritus in Cracovia, per olim Sbigneum de dicta Phalkowycze nobilem, alienata ab ecclesia in Gdow. Item est ibi unum praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gdow, cuius valor extendit se ad duas cum media marcas.

GRZYBOWA, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeres Stanislaus Wyelopolsky de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima . . . . . Item est ibi unum militare praedium, de quo decimatur ecclesiae in Gdow, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

SZRZANCZYCZE MAIOR, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeres Johannes Skarbek de armis Druszyna, in qua sunt lanei, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gdow, cuius valor extendit se ad quinque fertones.

SZRZANCZYCZE MINOR, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeredes plures nobiles de variis armis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis post omnes agros militares, ecclesiae et eius plebano in Gdow.

Byelczycze, villa sub parochia de Gdow sita, cuius haeredes Stanislaus Marschowsky nobilis de armis Polukoza, et praepositus cum conventu monasterii Corporis Christi de Casimiria. In qua sunt lanei cmethonales, tabernae tres, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Gdow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item columbatio ecclesiae in Gdow aestimatur ad quinque marcas et ultra.

Cunycze, villa sub parochia de Gdow. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus decima manipularis datur pro ecclesia in Dzekanowicze. Item est ibi unum praedium domini Nicolai Czaslaw, de cuius agris decimatur decima manipularis plebano et ecclesiae in Gdow, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Kanderzynka, villa sub parochia de Gdow, cuius haeres Johannes Stadniczsky de domo et armis Druszyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro vicariis ecclesiae maioris Cracoviensis. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Gdow, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Biskupicze.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto Martino dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad monasterium Sancti Spiritus in Cracovia pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctae Margarethae in ecclesia maiori Cracoviensi: item est ibi unum praedium episcopale, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Byszkupycze. Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Zborow, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeredes Stanislaus Zborowsky de armis Cornycz. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item tres hortulaniae, item una taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis hospitalis in Cracovia, cuius valor aestimatur ad unam marcam, aliquando ad duas. Item est ibi unum praedium militare, de quo eidem monasterio Sanctae Crucis in Cracovia decimatur.

Surowky, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeres Stanislaus Zborowsky praefatus. In qua non sunt lanei, sed hortulaniae habentes certas agrorum pecies, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima pro monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item taberna una, quae computatur inter

hortulanias. Item est ibi praedium militare, de cuius etiam agris eidem monasterio decimatur.

Byelczicze villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius proprietas pro una parte ad monasterium Corporis Christi in Casimiria pertinet, pro altera vero ad Stanislaum Marschowsky de domo Polukoza. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus ab una parte villae versus .. . .'.. sita, solvitur decima manipularis pro monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duas marcas; et de duobus laneis cedit tantummodo decima vernalis, de aliis vero duobus solvitur decima hyemalis et canapalis, residua autem cedit ecclesiae in Gdow.

Jawczicze, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeres Zegotha de domo .... In qua sunt aliquot agrorum pecies de campo dicto Pogwyzdow, villae praefatae, quae aliquando pertinebant ad villam Zborow, de quibus solvitur decima manipularis monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, cuius valor aestimatur ad tres fertones. Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Byszkupycze, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Sulow, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeredes Stanislaus et Petrus de armis Streparum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio hospitalis Sanctae Crucis in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unum praedium militare, item una hortulania habens agros, de quibus decimatur ecclesiae et eius plebano in Byszkupycze, cuius valor aestimatur ad ....

Mnyschkow, villa sub parochia do Byszkupycze sita, cuius proprietas ad coenobium Thyniczense pertinet. In qua sunt decem cmethones indistinctos agros habentes, item praedium unum coenobiale, item taberna, item molendinum habentes agros, de quibus omnibus, decima manipularis solvitur et conducitur pro altari Sanctorum Cosmae et Damiani in ecclesia maiori Cracoviensi sito, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Thomaschowycze, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeredes Cristinus et Nicolaus de domo Radwan. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima.... Item sunt ibi duo praedia et una hortulania, de quibus solvitur decima pecunialis plebano in Byszkupycze.

Przewyeczany, villa sub parochia de Byskupycze, cuius proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet. In qua sunt tredecim lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Krzeslawska, cuius valor ad quindecim marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium, de quo decima variatur; nam de medietate agrorum, qui quondam erant cmethonales, percipit eam praebenda

Cracoviensis praefata, de altera vero medietate percipit eam ecclesia in Byskupycze.

Sczeglow, villa sub parochia de Byszkupycze sita, cuius haeres Creza de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales de quibus solvitur decima. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae et eius plebano in Byskupycze.

Praebenda in Kobyerzin.

Haec praebenda altari in Cracoviensi ecclesia unita est, et titulus eius extinctus.

Skawina.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam lapide albo muratam et in honorem Sancti Spiritus dicatam, quod per Casimirum secundum Poloniae regem, qui et castrum et civitatem anno Domini 1364. muravit, ex tribus villis monasterii Tyniczensis videlicet: utraque Babycze veteri et nova et ex Pyssary locatum est. Cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thyncziense pertinet, una cum iure patronatus ecclesiae eiusdem in Skawyna, quae cum matre sua ecclesia in Thynyecz regimine et cura et proventibus unita est. Sunt autem in eodem oppido novem lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis in latis grossis Pragensibus, per unum fertonem pro praebenda Cracoviensi dicta Zyrawska, et tenentur consules oppidi illam recolligere annis singulis, et pro festo Sancti Martini solvere Cracoviensis eiusdem praebendae canonico. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate. Item sunt ibi agri advocati praediales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Skawyna, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Schymbark, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sex hortulaniae cmethonales, qui non dicuntur lanei, sed hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et non canapalis pro monasterio Thynczensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium coenobiale, et non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit.

Szydzina, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus perceptio decimae diversificatur; nam uno anno de tota villa percipit eam praebenda Cracoviensis Zyrawska, altero percipit eam praebendae Cracoviensis vicaria, quae dicitur Thopolska, de aliquibus autem agris percipit eam praebenda Cracoviensis Zakrzowska. Item sunt in eadem villa lanei, quorum proprietas pertinet ad proprietatem altaris.

Boyanowicze, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas

ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis..... Item haec villa non est amplius in rerum natura, oppido enim Skawina unita est, et omnes agri eius inter oppidanos Skavinenses distributi.

BUKOWYE, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thyneczense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales et tres quartae, et duae hortulaniae, ex quibus decimae manipularis perceptio diversificatur; nam pro una medietate villae percipit eam vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Bossuthowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de altera vero medietate percipit eam monasterium Thyniczense, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium ibi coenobiale, de quo nulli decimando, solum percipit decimam.

ZORZOW, villa sub parochia de Skawina sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, taberna una habens agros, de quibus omnibus, sed et de agris scoltetiae, solvit villa praefata decimam in grano pro monasterio Thynczensi, dando quilibet de laneo triplex granum, videlicet .... mensuras tritici ..... siliginis et ...... avenae; scultetus vero solvit decimam manipulo monasterio eidem Thynczensi.

CURZELOW, villa sub eadem parochia, cuius proprietas ad sanctimoniales in Zwyerzynyecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Bossuthowska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ibi non est praedium, neque molendinum; item tabernae, item hortulaniae.

THYNYECZ.

Villa sub monasterio Thynczensi sita. In qua est ecclesia murata opere vetusto, et asseritur una ecclesiarum, quas Petrus Comes de Skrzyn fabricavit, Beato Andreae Apostolo dicata; cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt quatuordecim hortulaniae cmethonales et censuales, habentes agros, quae solvunt censum monasterio. Item sunt ibi aliae novem hortulaniae, et hortulani earum vocantur pedites, etiam habentes agros. Item sunt ibi duo cmethones liberi etiam habentes agros, de quibus omnibus agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Thynyecz, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium coenobiale bonum, de quo monasterium non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit, praeter agros . . . de quibus tollit plebanus. Item praefata ecclesia, cum suis decimis parochia et redditibus, translata est in oppidum Skawina et plebanus de Skawina, eam tanquam matrem, per specialem sacerdotem circa eam assidue manentem, administrat.

Item ecclesia praefata habet agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate. Item habet domum et pomerium.

Pyekari, villa sub parochia de Thynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt hortulaniae sex habentes agros, et hortulani in eis residentes vocantur hortulani maiores, et quilibet habet tria stadia agri. Item ibidem sunt aliae hortulaniae quatuor minores, habentes etiam hortos et aliquos agros. Item est una taberna habens agrum bonum sine horto, et de omnibus his solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thyncziensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Czyeyowicze, villa sub parochia de Thyniecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sex hortulaniae, item una taberna habens agros, de quibus perceptio decimae variatur; nam pro una medietate percipit eam episcopatus Cracoviensis, cuius valor aestimatur ad duas marcas, pro altera vero medietate percipit eam ecclesia parochialis in Morawicza, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item non est ibi praedium.

Ranczna, villa sub parochia de Thynyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales et una quarta, item taberna una habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, item ager specialis dictus Dambrowsky, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thyneczensi, granum dando, quilibet de laneo unam mensuram tritici. Item est pracdium coenobiale, de cuius agris monasterium non solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item quilibet de laneo solvit plebano in Thynyecz *meschne* per . . . Item est ibi scoltetia habens laneos, de quibus decimat manipulo pro plebano in Thynyecz.

Lysky.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae tres, habentes agros, item hortulania una habens agros, item duo lanei ultra hos, qui erant scoltetiales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczyensi, et valor eius ad . . . marcas aestimatur. Et solvit quilibet pro decima de laneo, grano duas mensuras siliginis, duas tritici, et duas avenae. Item praedium non est in eadem villa. Item plebanus habet in eadem villa proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate et suo praedio.

Szmyerdzancza, villa sub parochia de Lyszky sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt quinque lanei et una quarta cmethonales, item una taberna, tres hortulaniae habentes agros, de

quibus pro uno anno solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; pro altero vero anno solvitur pro ecclesia in Skawina. Item est ibi praedium coenobiale, quod pro se tollit decimam.

Kaschow, villa sub parochia de Lysszky sita, cuius proprietas ad monasterium Thyneczense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, item duae tabernae, habentes agros, de quibus omnibus solvunt decimam in grano manipularem, et conducunt eam pro monasterio Thynczensi, dando in grano duas mensuras siliginis, duas tritici et duas avenae, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item non est ibi praedium.

Nowa wyesz, villa sub parochia de Lysszky sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales et tres quartae, item duae scoltetiae habentes agros proprios, de quibus omnibus solvunt decimam in grano manipularem, et conducunt eam pro monasterio Thynczensi, dando in grano duas mensuras tritici, duas siliginis et duas avenae, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item ibi non est praedium.

Czyrnyechow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Trinitati dicatam, cuius proprietas pro una parte pertinet ad monasterium Thynczense, in qua sunt duo lanei cmethonales, absque tabernis et hortulaniis, quae ibi non sunt, et absque praedio quod etiam ibi non est; pro altera vero medietate eius pertinet ad Zegotham Obrychth de domo Bippennium; de quibus omnibus agris villae coenobialibus videlicet et militaribus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Czyrnyechow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Czyrnyechow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia ibi habet laneos seu agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Przegynya, villa sub parochia de Czyrnyechow sita, cuius proprietas pro una parte pertinet ad abbatem Thynczensem, in qua sunt quatuor lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, et conducunt eam pro Cracoviensi episcopo, aut manipulo, aut dando duas mensuras tritici, duas siliginis et octo scottos latorum grossorum de quolibet laneo; tenentur etiam procurare nuncium episcopalem venientem ad decimandum. Super quo habent una cum villa Rybna privilegium Johannis Cracoviensis episcopi in monasterio Thynczensi repositum. Item pro altera medietate villa praefata pertinet ad Johannem Skawynsky de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item ibi non est praedium coenobiale.

Powozówycze, villa sub parochia de Czyrnyechow sita, in districtu Zathoriensi, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Czyrnyechow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium coenobiale non est ibi.

Kamyen, villa sub parochia de Czyrnyechow sita, cuius proprietas ad monasterium et praepositum Corporis Christi in Casimiria pertinet, per Gregorium praepositum monasterii eiusdem pro sexingentis marcis latorum grossorum Pragensium pro eodem monasterio empta. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Czyernyechow, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Rigulicze.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se Sancto . . . dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales et novem virgae, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium coenobiale.

Grodzecz villa sub parochia de Rigulicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczensi et dant triplex granum pro eo de laneo, videlicet duas mensuras siliginis, duas tritici, et duas avenae. Item est ibi praedium coenobiale, de quo monasterium nulli decimam solvit, sed pro se eam tollit. Item scoltetia est ibi habens duos laneos, de quibus decimat.

Lapschicza.

Villa habens ecclesiam parochialem in se honori Nativitatis Beatae Mariae Virginis dicatam, quam Casimirus Secundus Poloniae rex quadro lapide, pulchro et sumptuoso opere fabricavit, cuius proprietas et iuspatronatus ad abbatem et monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quorum medietate solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Christopheri, in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item de altera medietate solvitur etiam et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Lapschicze, valor ad minus sedecim marcarum.

Coyanow, villa sub parochia de Lapschycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales,

item hortulaniae duae, item tabernae, item duo lanei scoltetiales de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lapschycza, et valor eius aestimatur aliquando ad octo et aliquando ad decem marcas.

Okolycze, villa domini abbatis Thyniciensis sub parochia Czerkyew, quae villa solvit decimam manipularem plebano in dicta Lapschycza; valor autem aliquando quatuor marcas. Item ecclesia eadem habet missalia per villam Lapschycza et Coyanow, quinquaginta tam siliginis, quam avenae mensuras, mensurae aequalis, seu supereminentis, et circa ista missalia solvit quilibet quantum tenet agri pro sorte sua. Item in Damyanicze post fluvium Raba, post praedium domini Kreza et post hortulanias, valoris duarum marcarum. Item eadem ecclesia habet unam hortulaniam, de qua solvitur media sexagena et non laboratur de ea: item habet bonos agros in tres partes divisos cum sylvis, sed paucis.

Bochnya.

Oppidum regium, in quo est ecclesia parochialis latere coctili murata, Sancto Nicolao Confessori dicata, in quo sales effodiuntur, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt triginti lanei oppidanorum, de quibus solvitur *meschne*, quilibet unam mensuram Bochnensem siliginis et alteram avenae. Item advocatus Bochnensis de duobus campis solvit decimam manipularem ecclesiae Bochnensi, de tertio vero campo sive laneo dat missalia, scilicet unam mensuram siliginis et alteram avenae. Item est ibi unum macellum carnificum, de quo solvuntur viginti lapides sepi, de quibus decem solvuntur ecclesiae et decem plebano. Item ecclesia habet proprium agrum, prata et unum hortum, pro praedio, et optimum domum, ligneam tamen, pro habitatione. Huius ecclesiae rector est Crzeczslaus de Kurozwanky, nobilis de domo Rozarum. Item ecclesia et plebanus habet ex zuppa Bochnensi unam marcam latorum grossorum et unum quartale salis, quae singulis septimanis sibi solvitur, valor eius in communi pecunia . . .; qui census fuit eidem ecclesiae donatus et perpetuo inscriptus, per Boleslaum pudicum ducem Cracoviensem, Sandomiriensem et Lublinensem et consortem eius Çunegundim, filiam regis Hungariae Byelae, sub tempore et regimine praefati Boleslai ducis, quando sal bancatum seu crudum illic repertum est. Item habet offertorium et oblationes et quaestum de ecclesia, ratione quorum proventuum tenetur omnes vicarios, qui sunt numero tres, expensis singulis annis procurare, quorum duo sunt vicarii, tertius praedicator, si plebanus residet; sin minus, tenetur loco sui quartum commendarium locare, qui de quaestibus ecclesiae cum vicariis non communicat. Item de campo, qui iacet sub monte Huskoryna, habet decimam plebanus manipularem, qui campus erat quondam advocati Bochnensis. Item

habet tria prata: unum in Buczkow, secundum in Kanthy inter molendinum advocati, tertium sub sylva dicta Olschyny inter pratum zuppae et agros civiles.

Chodynycze, villa sub parochia de Bochnya sita, cuius haeres Stanislaus Wylam de armis trium Tubarum. In qua non sunt lanei distincti; item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Bochnya, et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item plebanus habet sylvam propriam dictam Zapustha, currentem a quinque virgis agrorum suorum, usque ad metas villae Chodnycze. Item habet columbationem per totum oppidum, et in tota sua parochia, a quolibet hospite per unum grossum et ab inquilino per medium, et denarium Sancti Petri: hi tamen in oppido, qui solvunt missalia, non dant columbationem. Item dum canuntur vigiliae in oppido in domo defuncti, solvuntur ab eis sex grossi, de quibus plebano cedunt duo et rectori scholae quatuor; dum autem canuntur in ecclesia, dantur plebano tres et rectori tres.

Capella circa eandem ecclesiam in Bochnya Corporis Christi honori dicata et per fraternitatem sectorum fundata, cuius capellanus quibuslibet quatuor temporibus a fraternitate sectorum duas sexagenas percipit, ita, quod decem marcae annuatim proveniunt.

Item sunt in eadem Bochnensi ecclesia tria altaria: primum tituli S. Mariae Virginis, cuius collatores fratres seu fraternitas; secundum altare tituli trium Regum, de collatione fraternitatis coctorum; tertium tituli Sanctae Mariae Magdalenae, de collatione fraternitatis fabrorum. Ad haec autem omnia tria altaria servantur manuales presbyteri non perpetui, et cuilibet solvitur una sexagena, pro quibuslibet quatuor temporibus; tenentur autem quilibet eorum legere in septimana . . .

Praeter haec autem adhuc sunt alia tria altaria: primum est tituli Sancti Johannis Baptistae, cuius collator civis Bochnensis dictus Zydek, qui solvit altaristae eiusdem tres marcas annuatim, et tenetur celebrare in septimana... Secundum altare est tituli Sanctae Barbarae ... Tertium altare honori Sanctae Crucis dicatum, cuius collatio ad consules Bochnenses pertinet; cuius altarista perpetuus habet certas hortulanias, agros et prata, quorum fructus potest aequivalere decem marcis annuatim.

Praebenda in zuppa Bochnensi.

Haec praebenda tituli Sancti Stanislai, quae habet de proventibus suis quindecim marcas latorum grossorum in eadem zuppa Bochnensi annuatim.

Item habet pelliceam vulpinam ventrinam, item duodecim ulnas panni Florentini et duodecim Zythaviensis annuatim; item habet duodecim quartas cervisiae quolibet die, item quatuordecim candelas septimanatim, item metsecundus ad mensam cum servitore, qui servitor tenetur portare primam scutellam ante zupparium, vel suum vicesgerentem, prandet autem cum ultimis.

Hospitale in Bochnya.

Ecclesia lignea Sanct . . . . . ., cuius patroni et collatores consules Bochnenses, quod quidem hospitale hos habet proventus et utilitates: primum habet sex laneos agrorum cum pratis sufficientes, de quibus ultra etiam necessitatem suam potest vendere foenum, ad minus pro decem marcis; item habet certos hortulanos, qui solvunt sibi pro censu viginti marcas et laborem. Item habet duodecim montaneos famulos, et si montes ampliuntur in suis fructibus, potest habere ultra hos duodecim, duos famulos. Item dictum hospitale potest habere magistrum directionis saecularem secundum dotationem privilegii, et si fuerit laicus, habeat vicarium perpetuum, cui debet dare decem marcas. Si fuerit sacerdos, tenetur adtemptare utrumque onus tam spirituale, quam saeculare seu temporale, et tenetur pauperes providere in victu et amictu, iuxta eorum exigentiam et possibilitatem. Item in eodem hospitali fiunt pro certis festivitatibus stationes deputatae, et ea quae offeruntur ibi in tres partes dividuntur, quarum duae pro fabrica ecclesiae servantur, tertiam plebanus pro se tollit.

Item in eodem hospitali sunt duo altaria: primum altare est Sancti Antonii, ad quod magister hospitalis tenetur missas adimplere, et pauperes procurare, vel suus vicarius qui fuerit pro tempore, qui etiam debet esse investitus, cui per magistrum hospitalis dantur decem marcae, ut superius dictum est. Altare secundum tituli Sanctae Crucis, cuius collatio ad fraternitatem tragariorum spectat et pertinet, quae fraternitas sacerdotem manualem servat, cui pro quibuslibet quatuor temporibus solvit per unam sexagenam.

PRZYBKOWYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancti . . . . cuius haeres Janussius Przybkowsky de domo Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima . . . Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Przybkowycze. Item habet ibi plebanus proprios agros et prata pro suo usu, praedio et necessitate.

Pobyodr.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam pulchram Omnium Sanctorum, cuius haeres unicus Johannes Paschkowsky de armis Plomyenye. In qua olim erant tres curiae, hodie tamen in unam redactae; habet tabernam et hortulanos, de qua tota villa datur decima plebano. Patroni eiusdem, primus principaliter Johannes Paschkowsky habet duas voces primas, unam de eadem Pobyodř, et alteram de Paschkowka et Trebol; secundus patronus Johannes Russoczsky de Jaschkowycze; tertius dominus Nicolaus Jordan de Gnyazdowycze; quartus Janussius Strzala et alii haeredes de Banczyn; quintus Johannes et Nicolaus Strzalowye germani de Sossnowycze; sextus Philippus Burkath de Brzezynka. Post quorum omnium curias habet plebanus decimam et post tabernas et hortulanias eorum. Valor decimae in Pobyodr trium marcarum, et pecuniarum novem grossos solvunt hortulani. In Paschkowka similiter trium marcarum, et ibidem dant cmethones pecunias et siliginem cum avena. In Jaschkowycze decima totius villae octo marcarum, ac tres fertones pecuniarum solvunt incolae. In Trzebol totius villae decima novem marcarum, ac tres fertones pecuniarum solvunt haeredes. In Brzezynka decima unius marcae cum media, ac duodecim grossi pecuniarum de cmethonibus, qui solvunt decimam manipularem vicario praebendae Cracoviensis Bodzowska; cuius valor unius marcae. In Banczyn decima duarum curiarum; valor unius cum media marcae, et ibidem solvunt incolae siliginem, avenam et pecunias ad minus novem marcae, omnia praeter decimam. In Sossnowycze post curiam Johannis Senioris Strzala tollit minister ecclesiae pro salario, et post curiam et araturas Nicolai et Janussii eius filii, tollit plebanus; cuius valor duarum marcarum; et ibidem cmethones omnes, solvunt pecunias, siliginem, avenam pro missalibus, valoris quinque marcarum, et istae villae sunt sub parochia eiusdem ecclesiae. Item in Sczyborowycze, sub parochia Kosczyelecz, retro Proschowycze, cuius haeres Wlodek; datur decima post praediales agros plebano in Pobyodr, valor decem florenorum, sed dicitur esse melior. Item in Gnyazdowycze post certos agros cmethonales decima valoris quatuor marcarum datur ad Pobyodr, cuius haeres dominus Jordan, et est sub parochia Proschowycze, habet et in fundo plures specificatas decimas, sed eas non capit ad praesens. Haec conscripta sunt bona fide et veraciter ex certa scientia.

Krzidlna.

Villa parochialem ecclesiam ligneam Sancto Nicolao Confessori dicatam habens in se sitam, cuius haeredes Johannes, Marcus Georgius et Katholdus, nobiles de armis Szarzya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae,

item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis capellae S. Crucis in ecclesia Cracoviensi, ex donatione Johannis Rzeszowsky episcopi Cracoviensis, consensu capitularium accedente; cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unicum praedium militare in plures divisum partes, de quo decimatur ecclesiae in Krzydlna, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo praedio, usu et necessitate.

Przenoscha, villa sub parochia de Krzidlna sita, cuius haeredes: Johannes Marcus, Georgius, Katholdus, de domo Szarzya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi ordinis Sancti Benedicti. Et valor eius aestimatur ..... Item praedium est ibi unicum militare, de quo solvitur ecclesiae in Krzidlna decima manipularis, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Raczyborzany, villa sub parochia de Crzidlna sita, cuius haeres Johannes Swyeczka cum fratribus de domo Sarzya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Krzydlna.

Kostrzecz, villa sub parochia de Crzidlna sita, cuius haeres Petrus Kostrzeczsky de domo Szyarza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Krzidlna, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Stroza, villa sub parochia de Krzydlna sita, cuius haeres Raphael Szwyeczka de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Krzydlna.

Cossoczicze.

. . . .

Krzizanowicze maior.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, honori Spiritus S. dicatam, cuius proprietas et dominium ad oppidanos Bochnenses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item sunt ibi aliqui campi parvi in stadia distincti, de quibus decima solvitur ecclesiae in Bochnya. Item habet ibi ecclesia et

plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate. Item plebanus unam tabernam habentem agros, quae solvit pro censu ......

KRZYZANOWICZE MINOR, villa sub parochia de Krzyzanowicze maiori sita, cuius haeres Johannes Wyelopolsky de domo Antiquorum Equorum. In qua sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor iuncturas canapalis, pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, cuius valor aestimatur ad tres marcas; item est ibi taberna habens agros, de quibus solvitur decima pro praebenda praefata in *gonythwam*. Item est ibi curia una habens agros, item duo lanei cmethonales, praeter supra dictos, de quibus decima datur manipularis pro ecclesia et eius plebano in maiori Krzyzanowicze, cuius valor aestimatur ad ....

PROSCHOWICZE, villa sub parochia de Krzyzanowicze sita, cuius...

LAPANOW.

. . . .

TARNOWA.

. . . .

ZAKLICZYN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Omnibus Sanctis dicatam, cuius haeres Jordanus advocatus Mislimiczensis, nobilis de domo trium Tubarum, cuius plebanus Gregorius de Prandoczyn. In qua sunt lanei cmethonales, de ...... Item est ibi praedium militare, item molendinum unum habens agros, de quorum agris datur decima ecclesiae in Zakliczyn. Item quilibet cmetho de laneo tenetur dare plebano in Zakliczin unam mensuram siliginis et aliam avenae, ratione cuiusdam redditus, qui *meschne* vocatur.

CZECHOWKA, villa sub parochia de Zakliczin sita, cuius haeres .... Stoyowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, dicta Goreczska. Item quilibet cmetho de laneo tenetur dare plebano in Zakliczin pro *meschne* unam mensuram siliginis et alteram avenae.

STOYOWYCZE, villa sub parochia de Zakliczin sita, cuius haeres Stoyowsky. In qua tres tantummodo lanei ......

YAWORNIK villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius haeres ..... Nyewyarowsky de armis Polukoze. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales .....

RACZYECHOWYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto Jacobo et Catharinae dicatam, cuius proprietas ad Wyszga de domo et familia Streparum

pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis plebano ibidem in Raczechowycze. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata pro suo praedio, usu et necessitate. Item *meschne* ......

CHARWIN villa sub parochia de Poborowicze sita, cuius proprietas fere tota ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales et taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Igolomya, et valor eius ad duodecim marcas. Item unum praedium coenobiale, de quo monasterium non solvit decimam alicui, sed eam pro se tollit. Item sunt ibi tres lanei cmethonales et quatuor hortulaniae habentes agros; item praedium aliud: quae omnia erant quondam militaria, sed vendita per Dobeslaum Charwinsky monasterio Thyncziensi. Item duo lanei nobilium de Szarbye. Item una taberna habens agros plebani de Czulicze, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Raczechowycze, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

CZYRNYN, villa sub parochia de Raczechowycze sita, cuius haeres Wyszga de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, duae tabernae, unum molendinum, de quibus solvitur decima pecunialis abbati Czyrziczensi per ...... Item ratione *meschne* solvitur de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et alteram avenae plebano in Raczechowycze.

CZASLAW, villa sub parochia de Raczechowycze sita, cuius haeres Andreas Czaslawsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano in Raczechowycze, cuius valor aestimatur ad .... Item ibi praedium non est, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

POZNACHOWYCZE, villa sub parochia de Raczechowycze sita, in qua sunt lanei cmethonales; item praedium unum, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis pro monasterio et abbate in Czyrzycz.

DAMBYE, villa sub parochia de Raczechowycze sita, cuius haeres ..... Stadniczsky de domo Druzyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .....

KRZYWA RZECZKA, villa sub parochia de Raczechowycze sita, cuius haeres idem Stadnyczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.

SZOSZNOWA, villa sub parochia de Raczechowycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ....

SYEPRAW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sancto Martino dicatam, cuius haeres Stanislaus Wyeloglowsky de domo Antiquorum Equorum

cuius plebanus Bartholomaeus de . . ., in qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro vicaria Cracoviensi... Item est ibi praedium unum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Syepraw. Item plebanus habet agros sufficientes et prata, pro dote sua. Item sunt ibi quatuor hortulaniae habentes agros, item una taberna habens agros, item duo molendina habentia agros, de quibus omnibus solvitur decima. Item ecclesia in Syepraw habet duas piscinas et quatuor *sadzawkas*. Item quilibet cmetho de laneo tenetur dare plebano in Syepraw unam mensuram siliginis, alteram avenae Mislimicensis confertae. Item plebanus dictae ecclesiae habet proprias sylvas distinctas, largas et longas.

Krziszkowycze, villa sub parochia de Syepraw sita, cuius proprietas ad monasterium Corporis Christi in Casimiria pertinet. In qua sunt quadraginta quatuor cmethones, item unum molendinum, habentes agros non mensuratos, sed variatos, de quibus omnibus solvebatur decima manipularis et canapalis praebendae et canonicatui Cracoviensi, quae vocatur Gonowska; hodie autem dictae praebendae canonicus tollit pro decima singulis annis septem marcas. Item est ibi unus laneus scolteti, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Syepraw. Item quilibet cmetho solvit plebano in Syepraw medium alterum grossum pro censu, qui vocatur *poddymne*. Item est ibi una taberna, sed non habet agros; item praedium non est.

Olszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Syepraw sita, cuius haeres Olszowsky de Koszna de domo . . . In qua sunt decem lanei, item una taberna, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur pro decima tres fertones praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gonowska; item est ibi unus laneus scolteti, de quo pro decima manipulari solvitur unus ferto ecclesiae et plebano in Syepraw. Item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere plebano in Syepraw pro *poddymne* medium alterum grossum.

Zawada, villa sub parochia de Syepraw sita, cuius haeres Stanislaus Wyeloglowsky. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Gonowska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas: item quilibet cmetho de laneo solvit plebano in Syepraw pro censu dicto *poddimne* medium alterum grossum. Item est ibi unus laneus scolteti, de cuius agris decimatur plebano in Syepraw. Item sunt in eadem villa agri quidam, vocati *przymyarki* alias Sziroka łąka, qui quondam erant praediales, de quibus decimant cmethones ecclesiae et plebano in Syepraw.

Kawyanczin, villa sub parochia de Syepraw sita, cuius haeres Stanislaus Wyelyeglowsky. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item

praedium unum militare, item molendinum unum habens agros de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Czechowska: item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere ecclesiae et plebano in Syepraw unum grossum pro *poddymne;* item de agris qui *przymyarky* vocantur solvitur decima manipularis plebano in Syepraw.

Pogwizdow, villa in cruda radice locata, sub parochia ecclesiae de Szyepraw sita, cuius haeres Stanislaus Wyeloglowsky de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ecclesiae in Lyczanka.

Rybna.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se Sancto . . . dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium coenobiale, quod non decimat alicui, sed pro se decimam tollit. Item sunt ibi duae tabernae, tres hortulaniae, item duo molendina, de quorum agris decima solvitur pro coenobio..., aut de quolibet laneo dantur octo scotti latorum grossorum, duae mensurae tritici et duae siliginis pro decima episcopo Cracoviensi.

Czulow magna, villa sub parochia de Rybna sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros, item praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Czulowek parva, villa sub parochia de Rybna sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, una taberna habens agros, de quibus omnibus solvunt decimam in grano manipularem monasterio Thynczensi, dando granum triplex, videlicet de siligine duas mensuras, de tritico duas et de avena duas. Item praedium ibi non est.

Radzeschow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales et una virga, item est unum praedium, item scoltetia cum agris propriis, de quibus decimat ecclesiae in Radzeschow; de cmethonibus vere solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczensi, et valor eius aestimatur ad . . . marcas.

Brunaczow, villa sub parochia ecclesiae de Radzeschow sita, cuius

proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis duae sexagenae latorum grossorum pro manipulari, praebendae Cracoviensi, quae vocatur Zakrzowska. Item dicta villa Brunaczow in toto est deserta, sed agros eius colunt incolae et cmethones de Radzeschow, et sylvas, prata et rubeta villae Brunaczow sibi appropriaverunt.

RADZESCHOWSKA seu BRUNAWSKA WOLYA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet: in qua sunt quatuordecem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima . . .

POGWIZDOW.

Villa coenobialis, ex antiquo habens parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . dicatam, cuius haereditas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt decem lanei, vel potius agri cmethonales indistincti, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctorum Petri et Pauli in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item praedium est ibi, de quo decimatur ecclesiae in Pogwisdow; item hortulaniae et tabernae non sunt. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate. Item in Wola Nieszkowska de agris praedialibus et de agris scolteti, in quibus nunc coloni resident, decimatur eidem ecclesiae in Pogwizdow, et valor decimae praefatae aestimatur ad quinque marcas.

JURKOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct . . . dicatam, cuius haeres . . . Slanka de armis Kopaschyna. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura in Ruszyecz: item habet ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item villa praefata iuxta fluvium Dunayecz sita est, et frequenter illam per alluvionem fluvius Dunayecz et eius agros devorat; ecclesiam etiam parochialem ligneam aliquoties iam devoravit, et compulsi sunt parochiani eam transferre in locum, a fluvio Dunayecz remotiorem.

ILIKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, cuius haeres . . . Jezowsky de domo Streparum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non est praedium ibi, neque tabernae, neque hortulaniae.

ROSLAWICZE, villa sub parochia de Jurkow sita, cuius haeres Jezowsky de domo Streparum. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro

decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur . . . Item non est praedium ibi, sed tabernae et duo hortulani, qui non habent agros.

Syedlyecz, villa sub parochia de Jurkow sita, cuius haeredes Johannes Drocheczsky de domo Zabawa, et Pelka de domo . . . In qua est unus cum medio laneus cmethonalis, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Jurkow.

Nyedomycze, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, cuius haeres Stanislaus Marszowsky nobilis de domo Polukoza. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius . . . Item non est ibi praedium, neque tabernae, neque hortulaniae; sed est ibi quidam ager appellatus *nywa* plebanalis, quem colit cmetho, de quo percipit decimam ecclesia in Jurkow et censum.

Radlow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sancto Johanni Baptistae dicatam, et per Johannem Grottonis episcopum Cracoviensem latere cocto anno Domini 1408 muratam; cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item decem hortulaniae habentes agros, item praedium unum episcopale amplos habens agros, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Radlow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Huius ecclesiae in Radlow unicus est patronus et collator episcopus Cracoviensis. Item in eadem villa sunt quatuor hortulaniae, sed non habent agros.

Biskupicze, villa sub parochia de Radlow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, item est ibi praedium optimum episcopale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item cmethones villae solvunt ecclesiae in Radlow columbationem et Sancti Petri denarium.

Prosznyowicze, villa sub parochia de Radlow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, quam Sbigneus sanctae memoriae cardinalis et episcopus Cracoviensis de loco palustri et limoso movit, et ex tristi optimam effecit, transferendo agros eius versus borram et antiquos agros, novis in radice cruda extirpatis adiungendo: erant autem in veteri villa sex lanei cmethonales, de quorum duobus solvebatur et nunc solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Visliciensi, quae appellatur

Drocheczska, cuius valor ad unam marcam; item de aliis duobus solvebatur et nunc solvitur praebendae Sanctae Mariae Magdalenae in Cracovia, cuius valor ad unam marcam; de residuis vero duobus laneis solvebatur et nunc solvitur ecclesiae et plebano in Radlow, cuius etiam valor ad unam marcam. Adiuncti autem sunt eidem villae alii sex lanei cmethonales, in cruda radice extirpati. Item unus laneus ultra istos in libertatem datus cum serviendi onere. Item duo scoltetiales etiam in cruda radice extirpati: scoltetus etiam habet unam tabernam, habentem agros, et unam hortulaniam habentem agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Rutka, villa sub parochia de Radlow sita. In qua monasterium Thyncziense pro una medietate habet proprietatem, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae tres habentes agros; item altera medietas villae pertinet ad Johannem Sląka de armis Kopasszehyna, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Oppathkowicze prope Melstin, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item est ibi praedium monasterii Thyncziensis, de cuius agris decimam pro se tollit. Item est ibi aliud praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Radlow, cuius valor ad duas marcas. Item sunt ibi agri quatuor hortulanorum, de quibus decimatur praebendae Visliciensi, quae vocatur Drocheczska, et valor ad . . . marcas . . .

Cargow, villa sub parochia de Radlow sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio et abbate Thynciensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item non est in eadem villa praedium, neque molendinum, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Drochecz, villa sub parochia de Radlow sita, cuius haeredes Sigismundus de Bobowa de armis Griffonum, et Johannes Zabawsky de domo Zabawa. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum molendinum habens agros, item duae hortulaniae habentes agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Visliciensi, quae Drocheczska dicitur, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item est ibi unum militare praedium, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Otthwinow, valor eius ad unam marcam. Item ecclesia Radloviensis habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

Zabawa, villa sub parochia Radloviensi, cuius haeredes superius

in medietate descripti videlicet: Sigismundus Bobowsky et Johannes Zabawsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro praebenda Visliciensi, quae Droheczska dicitur, cuius valor ad quinque marcas. Item praedium, item taberna, item hortulaniae item ecclesia Radloviensis habet ibi columbationem et denarium S. Petri.

Bachowicze, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvebatur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, sed Johannes Rzeschowsky episcopus Cracoviensis, accepto agro in haereditate Lanky et in praedii Radloviensis amplitudinem adiuncto, dedit in recompensam perpetuo decimam mensae suae in Bachowicze, capituli consensu accedente, ecclesiae Radloviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item non est praedium in eadem villa, neque scoltetia, neque molendinum, neque taberna, neque hortulaniae.

Sczurowa.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Bartholomaeo Apostolo dicatam, cuius unicus collator et patronus est episcopus Cracoviensis, ad quem praefatae villae spectat proprietas. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia et plebanus habet speciales agros proprios liberos et prata, pro suo praedio, usu et necessitate. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, item unam tabernam habentem agros, item unam hortulaniam habentem agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Sczurowa. Item de villa praefata datur columbatio et denarius Sancti Petri plebano.

Rzewachowa, villa sub parochia ecclesiae de Sczurowa sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua non sunt lanei distincti, sed solum horti et agrorum pecies hinc inde extirpatae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad duas marcas aestimatur. Item scoltetia est in eadem villa, quae habet agros proprios et hortos, de quibus solvitur decima manipularis pro .... Item villa praefata solvit columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Sczurowa.

Rayszko, villa sub parochia ecclesiae de Sczurowa sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt tantummodo hortulaniae habentes agros parvos et breves, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item scoltetia est in eadem villa, quae

habet agros proprios et hortos, de quibus solvitur decima manipularis pro ..... Item villa praefata solvit columbationem et denarium Sancti Petri in Sczurowa.

Bodzanczinek.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, in honorem Nativitatis S. Mariae dicatam, cuius proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem, qui est illius ecclesiae unicus collator et patronus. In qua sunt viginti lanei et novem virgae agrorum cmethonalium, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi; cuius valor ad decem marcas. Item scoltetia est in eadem villa, quae habet duos laneos, item unam tabernam habentem agros, item unam hortulaniam habentem agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Bodzanczinek, cuius valor ad duas marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros speciales liberos, et prata pro eorum praedio, necessitate et usu. Item de villa eadem solvitur columbatio et denarius Sancti Petri praefatae ecclesiae.

Gozdzyecz.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam muro fabricatam et Sancto ...... dicatam, cuius haeres Spythko de Melsthin de armis Lelywa. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales et una taberna habens agros; cuius villae medietas decimam solvit pecunialem pro decanatu Cracoviensi per unum fertonem de laneo, altera vero, sed minor medietas, solvit decimam, sed manipularem decanatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

Melsthin Sanctae Crucis.

Ecclesia ante castrum Melsthyn, lignea, Sanctae Cruci dicata, quae habet in cura castrum Melsthyn, item etiam habet in cura tres villas scilicet: Karnowycze, Zawadkam et Pobrzycze; item eadem ecclesia et plebanus eius habet domum ibi propriam et pomerium.

Karnowicze, villa sub parochia ecclesiae sub Melsthin sita, cuius haeres Spythek Melsthinsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pro decano Cracoviensi, et valor eius ad . . . marcas aestimatur.

Zawathka, villa sub parochia eiusdem ecclesiae sub castro Melsthin sita, cuius haeres Spythek praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur . . .

Pobrzezye, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Crucis sub castro

Melsthin sita, cuius haeres idem Spythek Melschtinsky. In qua sunt lanei cmethonales de quibus solvitur . . .

LYUSZNYA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius haeres Getka Bokowsky de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi de quolibet laneo per . . . Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

WOLYA, villa sub parochia de Lusznya sita, cuius haeres idem Getka Bokowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi per . . . Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur plebano in Lusznya.

LYPNYCZA.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem muro fabricatam, et dicatam Sancto Andreae, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet; iuxta quod oppidum sunt duae villae, quarum una vocatur superior Lypnycza, altera inferior, in quibus villis sunt centum lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum pro episcopo Cracoviensi; plebano vero in Lypnycza solvunt octuaginta mensuras siliginis et totidem avenae ratione *meschne*. In oppido vero plebanus habet *stolowe* per medium grossum de quolibet domo, et de quolibet inquilino. Item plebanus et ecclesia habet ibi iuxta oppidum duos laneos proprios. Item post agros domini Lucae advocati haereditarii, habet decimam manipularem, valoris marcarum . . .

BOROWNA, villa sub parochia ecclesiae de Lypnycza sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi scoltetia una habens speciales agros, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano eius in Lypnycza, cuius valor aestimatur ad . . . Item plebanus et ecclesia habet ibidem ratione *meschne*, siliginis et avenae a quolibet cmethone per . . .

GREBOW.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei, de quibus decima fertonalis latorum grossorum de qualibet domo, episcopo Cracoviensi. Item ibi solvunt mensalia pro plebano per duos grossos de domo qualibet. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

SZYODLKOWA, villa sub parochia de Grebow sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis

latorum grossorum, per fertonem de quolibet pro episcopo. Item etiam solvunt *oszep* per unam mensuram tritici et alteram avenae pro . . .

Nyszna byala, sub parochia eadem de Grebow sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum de quolibet pro episcopo Cracoviensi. Item de quolibet laneo solvitur una mensura tritici, altera avenae pro . . .

Superior Byala, villa sub parochia de Grebow sita, cuius haereditas ad regem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pro episcopo Cracoviensi per unum fertonem latorum grossorum de quolibet. Item solvunt *oszep* per unam mensuram tritici, alteram avenae pro . . . . .

Grodek, villa sub eadem parochia de Grebow sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi. Item dant *oszep* per . . . . . .

Podolye.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius haeres ratione uxoris Stanislaus Thanczynsky de domo Bippennium. In qua non sunt lanei neque cmethonales, neque hortulaniae. Iacet autem villa praefata iuxta torrentem . . . . . , in quo est unum molendinum habens bonos agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Podolye, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Proprietas autem eiusdem molendini pertinet ad scoltetiam in Possadowa. Item est ibi una taberna habens agrum, cuius proprietas ad plebanum in Podolye pertinet, et solvit sibi unam marcam pro censu, et absque solario coquit pro eo cervisiam, et a quolibet octuali de civitate adducto, solvit plebano unum quartale cervisiae, ab octuali vero propriae braxaturae, dat thinam unam siliquarum et quartam cervisiae. Item plebanus habet proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Poszadowa, villa sub parochia ecclesiae de Podolye sita, cuius haeres idem Stanislaus Thanczynsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi scoltetia, habens duos laneos, de quibus decimat ecclesiae in Podolye, cuius valor aestimatur ad unam marcam. Item est in eadem villa unus laneus plebani de Pódolye, de quo sibi pro censu solvitur una marca et laborat omnes labores et *powabam*.

Grodek, villa sub parochia de Podolye sita, cuius proprietas ad nobiles de domo . . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis plebano in Podolye, et de agris praedialibus eidem decimatur. Item haeredes eiusdem villae contulerunt unum laneum in Poszada, ecclesiae in Podolye. Praedicta autem villa sita

est iuxta fluvium Dunayecz, traxit autem nomen Grodek a castello, quod ibi fuit quondam.

Glynnyk, villa sub parochia de Podolye sita, cuius haeres praefatus Stanislaus Thanczynsky. In qua lanei cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Podolye, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

.... villa sub parochia de Podolye sita, cuius haeres idem Thanczynsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimat plebano in Podolye, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Przedanycza.

Villa habens in se ecclesiam Sanctae Catherinae virgini dicatam, cuius haeres Stanislaus Thanczynsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum. Item praedium est ibi unum, de quo decimatur ecclesiae in Przedanicza, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item quilibet cmetho de laneo tenetur ecclesiae et plebano solvere pro *meschne* unam mensuram confertam siliginis et aliam avenae.

Warzycze.

Villa habens in se ecclesiam ligneam, Sancto Laurentio dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, item una taberna habens agros; de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per sex grossos communis, de quolibet laneo pro monasterio Thyncziensi. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata liberos, pro suo praedio, usu et necessitate. Item omnes lanei et agri villae solvunt *meschne* pro ecclesia, et quilibet laneus solvit unam mensuram siliginis et unam avenae. Item non est ibi praedium coenobiale, neque molendinum.

Byrowka, villa sub parochia de Warszicze sita, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima .... Item tabernae, item hortulaniae, item praedium, item *meschne*.....

Pilzno.

. . . .

DECANATUS MAGNAE KAZIMIRZA VEL VITHOW.

Magna Kazimirza.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam Sanctae Cruci dicatam,

cuius haeredes Stanislaus et Sbigneus nobiles de domo Nabra, seu Pyelgrzymowye. In qua sunt viginti cum duobus lanei cmethonales, item duodecim hortulaniae, item sex tabernae habentes agros, de quibus una est plebani et ad eius proprietatem spectat, de qua habet pro censu mediam alteram marcam annuatim et utramque *powabam* pro laboribus suis. Item ibi est praedium unum militare, de quo et omnibus aliis agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in magna Kazimirza, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas. Item habet ibi plebanus et ecclesia speciales agros et prata optima, pro suo usu et necessitate.

Zambkow, villa sub parochia de magna Kazimirza sita, cuius haeredes praefati Stanislaus et Sbigneus de armis Nabra. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Kazimirza magna. Item est ibi praedium militare unum, de quo similiter decimatur ecclesiae et plebano suo in Kazimirza magna, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Odunow, villa sub parochia de magna Kazimirza sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo Polukoza. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur pro ecclesia et plebano in magna Kazimirza, cuius valor aestimatur ad .... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Gorzkow.

Woyczechow, villa sub parochia ecclesiae de magna Kazimirza sita, cuius haeredes Stanislaus de armis Osthoya, Johannes de armis Ulyma. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, et una taberna habens agros, de quibus omnibus decimatur ecclesiae et plebano in magna Kazimirza, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Stradlycze, villa sub parochia de magna Kazimirza, cuius haeredes Jura Lapka, Kyelcius Budzyschowsky de domo Habdank. In qua sunt octo lanei cmethonales, una taberna habens agros et duae hortulaniae non habentes agros, de quibus omnibus agris decima manipularis solvitur pro altari Sancti Adalberti in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in magna Kazimirza, et valor eius aestimatur ....

Podolany, villa sub parochia magnae Kazimirza sita, cuius haeres Andreas Pyandzyczowsky de armis Dambno. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duae tabernae, una in villa, altera post fluvium

Nydzycza, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris dabatur antiquitus decima ecclesiae in magna Kazimirza.

Dunossy, villa sub parochia de magna Kazimirza sita, cuius haeres Johannes Bohunde de domo Druzyna. In qua lanei sex cmethonales, item taberna una, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in magna Kazimirza.

Passimyechy, villa sub parochia ecclesiae de magna Kazimirza sita, cuius haeres Petrus de domo Vulpium. In qua sunt lanei sex, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Myslymycze, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, item unus laneus cmethonalis, qui olim fuit praedialis, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in magna Kazimirza.

Skórczow, villa sub parochia de magna Kazimirza sita, cuius haeres Stanislaus Liganza de armis Polukoza. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Bossuthowska, cuius valor aestimatur ......

Slanowycze, villa sub parochia de magna Kazimirza sita, cuius haeres Nicolaus Rey de armis Oxa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro universitate Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in magna Kazimirza.

Cudzynowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctorum Omnium honori dicatam, cuius haeredes Stanislaus et Sbigneus Kazimirzsczy de armis Nabra alias Waldorf, pro una parte maiori; pro altera vero parte, Lucas, Clemens et Johannes de domo Kolomasz, qui deferunt babbatum supra babbatum et supra ea crucem. In qua villa sunt duodecim lanei cmethonales, item sex praedia militaria, una taberna habens agros, item hortulani; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano ibidem in Czudzynowycze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

PARVA KAZIMIRZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Assumptioni Sanctae Mariae dicatam, cuius haeredes Jacobus et Paulus de armis Byberschthin, Petrus Pogorsky, Stanislaus Liganza de Gabolthow, item Zemleczsczy de armis Oszmorog, et nobiles de Zbyluthowycze de armis Streparum et Komarum. In qua sunt octo lanei cmethonales, una taberna plebani habens agros, quae pro censu solvit quatuor marcas, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano ibidem in Kazimirza parva, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

GABOLTHOW, villa sub parochia de parva Kazimirza sita, cuius haeres Stanislaus Gabolthowsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

ZEMLICZE, villa sub parochia de parva Kazimirza sita, cuius haeres Paczorek de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

ZAGORZYCZA, villa sub parochia de parva Kazimirza sita, cuius haeres Petrus Zagorsky de domo Bybersthin. In qua lanei cmethonales, de quorum medietate decima manipularis solvitur et conducitur episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..., de altera vero medietate solvitur pro plebano in parva Kazimirza.

JAKUSCHOWICZE MAIOR, villa sub parochia parvae Kazimirza sita, cuius haeres Stanislaus Liganza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

JAKUSCHOWICZE MINOR, villa sub parochia parvae Kazimirza sita, cuius haeres idem Liganza. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et eius valor ad ...... marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

BRONYSCHOWICE, villa sub parochia parvae Kazimirza, cuius haeres Johannes Szmok de armis Polukoza. In qua sex lanei cmethonales, una taberna et tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, dictae Wawrzynyeczska,

et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item est ibi praedium unum, de cuius agris decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

Mikolaiowicze, villa sub parochia parvae Kazimirza, cuius haeres Henricus de domo Biberschthin. In qua lanei cmethonales, item hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ...... Item est praedium ibi, de cuius agris decimatur ecclesiae et eius plebano in parva Kazimirza.

Stropyeschin, villa sub eadem parochia, cuius haeres Jacobus Koczynsky de armis Grabye. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis.

Zbiluthowicze, villa sub parochia parvae Kazimirza sita, cuius haeredes de armis Strepe Prussy. In qua sunt aliquae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in parva Kazimirza, et valor eius aestimatur ad ......

Mlogolicze, villa sub parochia eadem de Kazimirza, cuius haeres Andreas Pyandzyczowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae parochiali in .... Item est ibi praedium unum, item novem tabernae, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in parva Kazimirza.

Zagayow, villa sub eadem parochia, cuius haeres Stanislaus Vyedzsky de armis Druzyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro praeposito Vysliciensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item est ibi praedium, de quo decimatur ecclesiae in Chelm.

Bobino.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Aegidio dicatam, cuius haeres pro una parte villae Nicolaus Rey de domo Oxa. In qua sunt quinque lanei cmethonales; pro altera vero parte villae, haeres Konva de armis Streparum, in qua parte unus laneus cmethonalis; pro parte vero tertia, haeres Stanislaus Thanczynsky de domo Bippennium, in qua sunt duo lanei cmethonales, item taberna habens agros, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima.... Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris decimatur plebano ibidem in Bobino. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Wolwanowycze, villa sub parochia de Bobino sita, cuius haeres Stanislaus Thanczynsky praefatus. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis plebano suo et ecclesiae in Bobino, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur.

Szmilowicze, villa sub parochia de Bobino sita, cuius haeres Petrus Kmytha de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus solvitur decima pro praebenda Sancti Pancratii ; item praedium ibi.

Czayanczicze, villa sub parochia de Bobino sita, cuius duo sunt haeredes, Thomas et Paris de domo Lelywa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna et hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis archidiacono Cracoviensi, item sunt ibi duae curiae et duo praedia, et unum illorum quod est Thomae et quod cmethonibus depositis institutum est, solvit decimam manipularem cum aliis cmethonibus praefato archidiaconatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas: aliud autem praedium, quod est Paridis diversificat decimam, nam de certis agris tollit illam plebanus in Bobino, de aliis vero tollit eam plebanus in Mykluschowycze; item de agris unius hortulaniae cedit decima ecclesiae et plebano in Bobyn.

Zyelyonki.

Villa habens ecclesiam parochialem in se Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet. In qua sunt quinque cmethones habentes agros indistinctos, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Posandzska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium capitulare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae et plebano in Zyelyonky, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item plebanus ibi habet speciales agros proprios et prata, pro suo praedio et necessitate. Item habet unam tabernam, quae habet agros, quae solvit sibi pro censu ..... Item habet ecclesia proprium ibi molendinum, quod habet agros et solvit ...... Et tam de agris tabernae, quam molendini solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Zyelyonky valor eius ad unam marcam.

Garlicza, villa sub parochia de Zyelyonky sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Naazowska, alias Glambinowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium capitulare est in eadem villa, de cuius agris non solvitur decima manipularis alicui, sed eam tenutarius villae tollit, et in suum horreum inducit. Item molendinum est in eadem villa in flumine Gardliczka, habens agros, de quibus decimatur pro .... Item in eadem villa sunt alii duo haeredes, videlicet Johannes Zagorsky, qui habet unum laneum cmethonalem, unam tabernam et tres hortulanias, item Johannes

Grzyegorzowsky, qui habet unum laneum, unam tabernam et unam hortulaniam. Item sunt ibi duo praedia militaria praefatorum haeredum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et de laneis cmethonalibus canapalis, pro ecclesia in Zyelyonky, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Wolya Zacharzowska, villa sub parochia de Zyelyonky sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Naazowska, seu Glambinowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem villa est praedium capitulare, de cuius agris tenutarius villae non solvit decimam, sed eam pro se tollit.

Zyelyonky Regia, quae olim veteri nomine vocabatur Idzikowicze, villa sub parochia de Zyelyonky Capitulari sita, cuius serenissimus Poloniae rex haeres est. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item quatuor tabernae, item novem hortulaniae, item tria molendina, de quibus decimae manipularis diversificatur perceptio, nam de tribus laneis cum medio, item de duobus tabernis, item de uno molendino, item de tribus hortulaniis et tribus stadiis trium aliorum laneorum cmethonalium, item de tribus campis praedialibus seu curialibus, quae vocantur *iutrzyni*, datur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali Sancti Stephani in Cracovia, valor quatuor marcarum: item de agris praedialibus et aliquibus cmethonalibus, qui vocantur *przymyarky*, quae olim erant praediales, datur altari Sancti Vladislai in ecclesia Cracoviensi; item de quatuor laneis cmethonalibus, duabus tabernis, duobus molendinis, sex hortulaniis, datur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Zakrzowska, cuius valor ad decem marcas.

Marszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zyelyonky sita. In qua non sunt lanei cmethonales, neque tabernae, neque hortulaniae, sed est praedium regium amplum et bonum, de cuius una medietate datur decima manipularis altari Sancti Vladislai in ecclesia Cracoviensi, et valor eius ad duas marcas; de alia vero medietate praedii solvitur decima ecclesiae et plebano in Zyelyonky; cuius valor ad duas marcas.

Withkowycze, villa sub parochia de Zyelyonky sita, cuius proprietas ad capitulum Cracoviense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus decimatur vicariae praebendae Cracoviensis, quae vocatur Zyrawska, et valor eius ad octo marcas. Item est ibi praedium et una taberna habens agros, de quibus praelatus regens villam tollit decimam.

Gorka, villa sub parochia de Zyelyonky, cuius proprietas ad praebendam Cracoviensem, quae Goreczska dicitur pertinet. In qua sunt quatuor

lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item praedium unum, de quibus omnibus decimatur pro praebenda Cracoviensi Goreczska.

Przemankow.

Villa iuxta fluvium Visla sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, a qua etiam non remote currit fluvius Nidzicza, qui terram Cracoviensem a Sandomiriensi, et archidiaconatum Sandomiriensem a praepositura Visliciensi disterminat, estque limes et principium archidiaconatus Cracoviensis. In qua est ecclesia parochialis, per Stanislaum Rey de Cobilnyky canonicum Cracoviensem latere satis notabiliter murata, et in honorem Sanctae Catherinae dicata; cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium regium unum, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali et eius plebano in Przemankow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item habet ibi plebanus unum laneum agrorum, quem Vladislaus secundus Poloniae rex donaverat ecclesiae, ad petitionem et instantiam magistri Sczekne, tunc eiusdem ecclesiae plebani, sub eo tamen onere, ut unam missam pro anima praefati Vladislai regis et reginae suae Hedwigis, plebanus pro tempore singulis septimanis legat.

Wolya Przemankowska, villa sub parochia ecclesiae de Przemankow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Przemankow, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Kyani, villa sub parochia de Przemankow sita, quae est fundus ecclesiae praefatae. In qua sunt sex lanei cmethonales, ad proprietatem ecclesiae pertinentes, et de quolibet laneo solvitur ecclesiae in Przemankow per duos choros tritici et per sex avenae, et duos dies in septimana laborant; item non sunt ibi tabernae, non est praedium, non sunt hortulaniae. Item sunt ibi sex lanei alii cmethonales ad proprietatem ..... pertinentes, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Przemankow. Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae S. Jacobi in Casimiria.

Stanislawycze, villa sub parochia de Przemankow sita, cuius haeredes.... nobiles de domo Prussy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Przemankow, et valor eius aestimatur ad ....

Malikowycze, villa sub parochia de .... sita, cuius haeredes nobiles de domo Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item

tabernae, item praedium, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow, cuius valor aestimatur ad .....

Jawiczowycze, villa sub parochia de Raphalowicze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium non est, de quibus vario modo decimatur, nam pro una medietate solvitur decima in Przemankow, pro altera vero in Raphalowicze, cuius valor aestimatur ad .....

Philipowicze, villa sub parochia de Raphalowicze sita, cuius haeres Nicolaus Coth de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow, et valor eius aestimatur ad .....

Rachwalowycze, villa habens in se parochialem ecclesiam ...... cuius haeres Thomas Rachwalowsky de domo Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow, praeter duos laneos cmethonales, de quibus decimatur in Raphalowicze.

Jadowniki, villa sub parochia de Dzyethrzychowycze sita, cuius haeres Stanislaus Pyenyązek de domo Gyelitha. In qua sunt septem lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow, cuius valor ......

Biczycze, villa sub parochia de .... sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium regium, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Przemankow, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Pyotrowycze, villa sub parochia de Przemankow sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua non sunt lanei, solum hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Przemankow, et valor eius aestimatur ad ....

Syedlisska, villa sub parochia de Przemankow sita, cuius haeres ..... In qua est una taberna, item duo nautae habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae in Przemankow, cuius valor aestimatur ad ....

Stirkowecz, villa sub parochia de Przemankow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua est taberna una, item molendinum unum habens agros ad eam pertinens, de quibus decimatur in Przemankow.

Molendinum in Lawy et duae tabernae per se stantes, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow.

Zaborowicze, villa sub parochia de Sczurowa sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przemankow, et valor eius aestimatur ad ....

Duae tabernae iuxta fluvium Nidzicza sitae, et ad proprietatem plebani et ecclesiae de Przemankow pertinentes, quarum quaelibet solvit plebano ibidem duas marcas, quarum tabernatores nihil laborant, solum pratum plebani falcastrare tenentur.

Hortulaniae quatuor etiam de prope Nidzicza consistentes, et ad dictam ecclesiam et plebanum eius in Przemankow pertinentes, quae nihil solvunt, solum quaelibet in septimana laborat unum diem, praeter tempora messis.

Molendinum post Vislam in flumine Uschew situm, non habens agros, solum hortum et pratum continens, ad proprietatem plebani et ecclesiae de Przemankow pertinens, quod eidem plebano metretas solvit.

Nyegardow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem Sancto Jacobo Apostolo dicatam, iuxta fluvium Srzenyawa sitam, cuius proprietas ad moniales de Stanyathky pertinet, et eiusdem ecclesiae in Nyegardow iuspatronatus et collatio. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; sed eius perceptio diversificatur, nam de certis laneis percipit illam ecclesia praefata in Nyegardow, de aliis vero laneis percipiunt illam mansionarii de Ruscza. Item plebanus et ecclesia in Nyegardow habent ibi agros et prata, pro suo praedio et necessitate, et unam tabernam habentem agros, et plebano pro censu solvit duas marcas. Item praedium ibi coenobiale, de quo nulli decimam dat, sed eam pro se tollit.

Glogoczicze, villa sub parochia de Nyegardow sita, cuius medietas ad monasterium sanctimonialium de Stanyathky pertinet. In qua medietate, sunt quatuor lanei cmethonales et duae hortulaniae habentes agros, ad monasterium de Stanyąthky pertinentes, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Topolska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item altera medietas praefatae villae Glogoczicze iure haereditario pertinet ad Zegotham et Raphaelem de Rither, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur praebendae Cracoviensi, quae Bossuthowska appellatur, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi duo praedia, unum coenobiale sanctimonialium de Stanyąthky, de cuius agris non solvit monasterium alicui decimam, sed eam pro se tollit; non tamen ex omnibus agris, quoniam aliqua pars agrorum praedialium

et agri duarum hortulaniarum solvunt decimam manipularem pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae Topolska appellatur, aliud autem praedium militare praefatorum Zegothae et Raphaelis, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Nyegardow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Pyotrkowycze, villa sub parochia de Nyegardow sita, cuius haeres Spithek Melsthinsky de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis plebano in Nyegardow pro tempore existenti. Item est ibi praedium militare quod decimat ......

Czechy, villa sub parochia de Nyegardow sita, cuius proprietas pro una parte ad praebendam Cracoviensem, quae Czechowska vocatur pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus pro censu et decima et omnibus daciis solvunt praebendae Cracoviensi, sedecim cum media marcas; alteram autem partem villae habent Jacobus Slupowsky et Falislaus de domo Lelywa, quae de duobus praediis suis decimat ecclesiae Omnium Sanctorum, mediae partis ligneae in Cracovia; et sunt in eadem parte militari quatuor lanei cmethonales, quatuor hortulaniae et una taberna, de quibus decimatur ecclesiae in Nyegardow, cuius valor ad decem marcas.

Budzyeowicze, villa sub parochia de Nyegardow sita, cuius haeres Spithko Melsthinsky. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Zakrzowska, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi alii quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis in Nyegardow, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item non est praedium.

Dalowycze, villa sub parochia de Nyegardow sita, in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis .... Item plebanus de Nyegardow nihil ibi habet, praeter columbationem.

Monyaczkowicze, villa sub parochia de Nyegardow sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Sancti Adalberti in Cracovia, et valor eius aestimatur ad .... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Nyegardow.

Lyuborzicza.

Villa habens ecclesiam parochialem Sanctae Cruci dicatam, et coctili latere per magistrum Nicolaum Rinczowicz canonicum Cracoviensem et plebanum tunc in Lyuborzicza muratam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, ius vero patronatus et collatio, ad rectorem, doctores et magistros universitatis Cracoviensis, vigore incorporationis eis per sedem apostolicam factae. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales,

item quinque hortulaniae habentes agros, item quatuor tabernae habentes agros, item praedium episcopale optimum, item tria molendina habentia agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Luborzycza, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item plebanus habet proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Wolya Luborzyczska, villa sub parochia de Luborzycza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei et una taberna, habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Sulyechow villa sub porochia de Luborzicza sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Lyuborzycza, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Kosmyerzow, villa sub parochia ecclesiae de Lyuborzicza sita, cuius proprietas pro una parte ad episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, item taberna, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Luborzycza, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi unus nobilis Koszmyerzowsky dę domo Griffonum, qui habet unum praedium et unam tabernam, habentem agros iuxta stratam publicam; item habet et hortulanias et laneos cmethonales, et de omnibus decimat ecclesiae in Mislowice, et valor ad septem marcas aestimatur.

Marszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et una taberna habens agrum, quorum proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet; item de omnibus agris praefatae villae cmethonalibus, praedialibus et tabernatoris, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, cui eandem decimam Johannes Rzeszowsky episcopus Cracoviensis perpetuo donavit, et valor eius aestimatur ad . . .

Pobyednyky.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sancto Adalberto dicatam, cuius proprietas ad sanctimoniales in Zwyerzynyecz pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item scoltetia habens duos laneos pro suo praedio, item praedium unum coenobiale, item hortulaniae sex habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et ipsius plebano in

Pobyednyky, et valor aestimatur decimae ad sedecim marcas. Item plebanus habet ibi speciales agros et prata, pro suo praedio et necessitate. Item est ibi unus laneus scolteti, qui arendatus, solvit pro scolteto quatuor marcas, et pro plebano quintam marcam. Item plebanus consvevit arendare pascua pro bobus, et a quolibet bove accipit sex denarios pro pastura.

Parva Pobyednyk, villa sub parochia de Pobyednyky sita, cuius proprietas ad moniales Zwyerzynenses pertinet. In qua sunt octo hortulaniae, et quaelibet solvit decimam manipularem pro plebano in Pobyednyky. Item habet ibi plebanus unam hortulaniam pro sua proprietate, de qua solvitur sibi unus ferto pro censu, et unus dies in septimana laboratur.

Wrozenycze, villa sub parochia de Pobyednyky sita, cuius proprietas ad monasterium Mogilnense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales largi, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, et de omnibus decimatur manipulo ecclesiae in Pobyednyky, et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris monasterium pro se capit decimam.

Msczanczin, villa sub parochia de Pobyednyky sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei indistincti, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Pobyednyky, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Bothurzinek, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius proprietas ad Johannem Bothurzinsky archidiaconum Sandecensem et fratres suos de domo Vschewya pertinet. In qua est praedium militare, de cuius duobus laneis solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Pobyednyky, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Proschowycze.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam latere cocto muratam, Sanctae Mariae Assumptioni et Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt quatuordecim lanei oppidanorum, item unum praedium regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Proschowycze, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas et plus. Item plebanus et ecclesia habet ibi sex domos in oppido, de quibus sibi pro censu solvitur de quolibet per novem scottos ad quartale. Item habet ibi plebanus unum pratum proprium et liberum; non habet tamen agros, sed hortum cum allodio: item plebanus habet columbationem post sex villas, et eius vicarii post quatuor.

Sczythnyky, villa sub parochia ecclesiae de Proschowycze sita, cuius haeredes Pyelgrzym de armis Nabra alias Waldorf, Jacobus Kula de Woiczechowycze et Johannes Nyemstha de domo

Accipitrum. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Sczythnyczska: item tres tabernae, item hortulaniae novem, et omnia habent agros, de quibus etiam solvitur et conducitur decima manipularis pro eadem praebenda Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item villa praefata consvevit habere duo praedia militaria, et de utroque solvitur decima ecclesiae et plebano in Proschowicze, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Unum praedium est pro vicariis litatum, alterum pro plebano ibidem.

Kowary, villa sub parochia de Proschowycze sita, cuius haeres Johannes Kowarsky de domo Druzyna. In qua sunt bipartiti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria Cracoviensi, quae vocatur Czechowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Proprietas autem villae huius bipartita est; nam habet medietatem palatinus Cracoviensis pro tempore, quae habet praedium et quatuor laneos cmethonales, et tabernam unam, et hortulaniam habentes agros, alteram autem medietatem habet praefatus Johannes Kowarsky, in qua etiam sunt quatuor lanei cmethonales, una hortulania et una taberna habentia agros, de quibus etiam decimatur vicariae praefatae in *gonithwam*; habet etiam praedium, de cuius agris decimat pro ecclesia in Proschowycze, et valor utriusque decimae praedialis aestimatur ad quinque marcas.

Gnyazdowycze, villa sub parochia de Proschowicze sita, cuius haeres Johannes Skawinsky de domo Dolywa. In qua sunt lanei duo cmethonales, sive campi, de quibus decima manipularis solvitur pro praebenda Cracoviensi Czechowska, canapalis vero per quatuor ierugas solvitur eidem praebendae, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item de aliquibus campis solvitur decima pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item de aliquibus agris solvitur ecclesiae in Pobyodr. Item est ibi curia una, quae decimat ecclesiae et plebano in Proschowycze.

Makoczicze, villa sub parochia de Proschowycze sita, cuius medietas pertinet ad proprietatem sanctimonialium de Stanyanthky, medietatis vero alterius est haeres Goworek de domo Rawa. In qua sunt decem lanei cmethonales, item una hortulania, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi dictae Czechowska, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas et solvunt decimam canapalem per quatuor iuncturas canapi. Item est ibi unum praedium militare habens agros, de quibus solvitur decima pro altarista in Proschowicze.

Clymunthow, villa sub parochia de Proschowicze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales in Stanyanthky pertinet. In qua sunt viginti

quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Lanthkowska, exceptis certis partibus agri, quae vocantur *przymyarky*, quae diversificantur in duas praebendas Cracovienses, videlicet, in Lanthkowska et in Gosthczyczska, ita, quod una percipit uno anno aestivalia et altero hyemalia. Est etiam in eadem villa taberna habens agros, de quibus decimatur praebendae Gosthczyczska; item sunt certi agri alias *przymyarky*, de quibus decimatur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gonowska. Item est in eadem villa praedium coenobiale, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur praebendae Lanthkowska, partem autem aliquam percipit coenobium. Item in eadem villa Clymunthow sunt certi agri cmethonales, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi. Item iuxta eandem villam Clymunthow est alia villa dicta Ostrow, etiam de proprietate sanctimonialium de Stanyanthky, sub parochia de Proschowycze. In qua etsi episcopatus Cracoviensis percipit decimam manipularem post omnes fere incolas, habet tamen praefata villa Ostrow certas partes agrorum, qui *przymyarky* dicuntur, de quibus decima cedit praebendae Cracoviensi dictae Lanthkowska, et aestimatur valor decimae totius, quae spectat ad praefatam praebendam, ad triginta marcas. Item est ibi unum molendinum supra fluvium Srzenyawa, habens multos et optimos agros, de quibus decima solvitur praebendae praefatae Lanthkowska. Item de aliquibus laneis villae praefatae cedit decima alteri praebendae Cracoviensi, quae vocatur Rzemyandzyczska, cuius valor aestimatur ad . . .

Gorka, villa sub parochia de Proschowycze sita, quae est unicus fundus praebendae Sancti Aegidii, ratione cuius Goreczska dicitur. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi una taberna, et tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi dictae Goreczska, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi molendinum unum in flumine Srzenyawa, item est ibi praedium canonicale in tres campos divisum, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum ducit.

Oppathkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Proschowycze sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna, item quinque hortulaniae, de quibus omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczensi, cuius valor aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est molendinum ibi in flumine Czeglecz. Item est ibi unum praedium coenobiale optimum, de cuius agris monasterium percipit decimam pro se.

Langanow, villa sub parochia de Proschowycze sita, cuius haereditas

ad . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima . . .

Jakubowicze, villa sub parochia de Proschowycze sita, cuius proprietas ad ... Jakubowsky de armis Bippennium pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . item hortulaniae, item tabernae, item est ibi unum praedium militare, de quibus agris decimatur ecclesiae et eius plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad . . .

Sthognyewycze, villa sub parochia de Proschowycze sita, cuius haeres Erasmus Crydlar de armis . . . . In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Goschczyczska, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium militare est ibi, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Tluczany, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item quatuor hortulaniae, item una taberna habentes agros, de quibus decima solvitur praebendae Cracoviensi in *gonythwam.*

SANCTUS PANCRATIUS.

. . . .

Uscze.

Oppidum habens ecclesiam in se parochialem ligneam, Sancto Paulo dicatam, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei oppidanorum, de quorum una medietate solvunt decimam . . . pro ecclesia ibidem in Uscze, et valor eius ad novem marcas aestimatur; de alia vero medietate laneorum solvitur pro ecclesia et plebano eius in Sczepanow, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Myodari, villa sub eadem parochia de Usczye sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . . Item ibi est unum praedium regium, de cuius etiam agris decima datur pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Barczkow, villa sub eadem parochia sita, cuius haereditas ad Jacobum Barczkowsky de armis . . . pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus pro una medietate decima solvitur pro ecclesia et plebano in Xanznycze, cuius valor ad . . . marcas aestimatur; pro altera vero medietate solvitur in Sczepanow ecclesiae et plebano eius, et valor eius ad . . . . marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris

decimatur pro ecclesia et plebano eius in Usczye, et valor eius aestimatur ad . . .

CAPELLA CZERKYEW

tituli Sancti Laurentii martyris, lignea, de possessione militari, dotata ab antiquo tribus laneis, duobus ex opposito molendini, habentibus unum in postico parvum pratum, alias *othlok*, et tertio laneo ex opposito tabernae villae Benssow cum prato etiam parvo, dicto *othlok*, et habens ab antiquo tria prata magna, iuxta sylvam quercinam haereditariam, quorum unum vocatur Olszyny, habens angulos virgultis non extirpatum, aliud pratum eidem vicinum, dictum Curuwka, et tertium sibi contiguum in haereditate villae Benssow: decimae huius capellae post haeredes et cmethones omnes eiusdem villae pro capella fundatae. Secunda decima post omnes cmethones villae Benssow. Tertia decima post omnes agros villae Dambrowka. Quarta decima post omnes agros villae Bratuczycze et post curiam similiter. Quinta in villa Wrzapya post omnes nobiles et cmethones ex ista parte stagni demorantes, et in Baczkow decima post duos hortulanos: eadem capella gaudet libertate fluvii Raba, omni genere piscandi; ligna in sylva haereditaria sunt libera plebano pro foco et reparatione domestica, sicca tantum, et pro septione domus alias *tynyow*.

IGOLOMYA MAIOR.

Villa habens ecclesiam parochialem latere cocto muratam in se, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeredes Stanislaus et Johannes fratres germani de Bothurzyn de armis Czewya, qui etiam sunt eiusdem ecclesiae collatores unici et patroni. In qua sunt viginti tres lanei cmethonales, item sex hortulaniae, item tabernae quinque habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Igolomya, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item ecclesia ibidem habet quatuor cmethones, in duobus laneis, qui solvunt plebano pro censu per tres fertones et decimam de agris; item tres hortulanos habet, de quibus solum per unum diem in septimana habet labores, et quilibet cmetho laborat unum diem in septimana proprio curru vel aratro ..... Item ibi duo praedia militaria, de quibus etiam decimatur plebano ibidem in Igolomya.

IGOLOMYA MINOR, villa sub parochia ecclesiae de maiori Igolomya sita, cuius proprietas pertinet ad fundum custodiae Sancti Floriani in Cleparz. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item quatuor hortulaniae, item duae tabernae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sancti Floriani; valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium custodiae habens prata et laneos,

de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit, et in horreum suum inducit.

Bothurzyn, villa sub parochia de Jgolomya sita, cuius haeredes Johannes et Stanislaus Bothurzynsczy de armis Czewya. In qua habentur tria praedia bona, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Igolómya, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Vocatur autem Bothurzyn, ubi sedent duo milites in duobus praediis, Bothurzynek vero vocatur, ubi sedet tertius miles cum quatuor hortulaniis.

Glewyecz, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius proprietas ad monasterium de Mogyla pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae et una taberna habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi vocata Karnyowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium. Item cmethones pro iure ecclesiae non solvunt *meschne* sed *kolandam.*

Glew, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius haeres Paulus Dmosczyczsky de armis Ostoya. In qua sunt decem lanei cmethonales, item taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Karnyowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item haeres depositis quatuor cmethonibus, sive quatuor laneis, adiunxit agros praedio, solvit tamen de ipsis laneis ipsi praebendae Karnyowska decimam in *gonithwam.*

Czyrnyechow, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius haeredes Johannes Czuliczsky de domo Czewya, Boxa de domo Oxa et Johannes Wylk Dzewyanczsky de domo etiam Oxa, qui habent in dicta villa tria praedia, de quibus decimant ecclesiae in Igolomya, et valor eius aestimatur ad septem marcas. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae septem habentes agros, item tabernae duae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro eodem plebano.

Carwyn, villa sub parochia de Poborowycze sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet, salvis duobus laneis nobilium de Sarbye, de quibus decimatur ecclesiae in Raczechowycze, et taberna una plebani de Czulicze. In qua sunt tres lanei cmethonales olim militares, item unum praedium, quod fuit militare; de quibus omnibus solvitur decima manipularis in Raczechowycze, et etiam de quatuor hortulaniis olim militaribus. Item sunt ibi decem lanei antiqui cmethonales, et quatuor

hortulaniae etiam antiquae, et una taberna olim militaris, de quibus omnibus ecclesiae solvitur in Igolomya, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unum praedium coenobiale, de quo non solvitur alicui decima, sed coenobium ipsam pro se percipit.

Sarbye, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius haeredes Nicolaus Polanowsky, Petrus et Stanislaus Sarbsczy et Petrus Slupowsky de armis Bippennium, habentes quatuor praedia, item quinque hortulanias habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Igolomya, et valor eius ad decem et septem marcas aestimatur. Item sunt ibi duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Brzesko alias in Chebdow, et valor eius ad ....

Dropyschow, villa sub parochia de Igolomya sita, cuius proprietas ad monasterium de Stanyanthky pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item hortulaniae septem, tabernae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro sanctimonialibus in Stanyanthki, cuius valor aestimatur ad .... Item ibi unum praedium coenobiale, de quo nulli decimat, sed eam pro se tollit et in horreum suum ducit.

Praebenda in Igolomya

habet pro fundo duas tabernas ibidem in Igolomya, et de qualibet sibi solvuntur duae marcae, de quibus solvit mediam marcam vicariis in Igolomya, qui agunt pro quibuslibet quatuor temporibus cantum vigiliarum et unam missam in cantu, pro fundatoribus et benefactoribus ecclesiae in Igolomya: item habet praebendarius domum bonam pro sua praebenda, item habet decimam praedialem in Glewyecz, cuius valor ad unam marcam aestimatur: item tenet vicarium in Igolomya propter tenuitatem praebendae, et plebanus solvit sibi duas tantummodo marcas, aliis autem vicariis solvit per quatuor marcas.

Notandum autem quod ecclesiam praefatam in Igolomya, cum esset lignea a primordio suae fundationis, senex et putrida, magister Szwanthoszlaus decretorum doctor, tunc eius plebanus, nobilis ut fertur genere de domo et familia Prussy, ipsam anno Domini 1385 muro coctili fabricavit, et pluribus ornamentis extulit, opulentam mercedem a clementi Deo recepturus. Qui morte non vulgari concidit; dum enim ad senilem aetatem pervenisset, et caliginem incurrisset oculorum, sedebat in stubella privata, solus, nullos habens secum familiares, et interim casualiter accidit, vir delirus quidam, qui dementiam incurrerat, qui furore repletus, arrepto viatico, qui in mensa

ante virum bonum et simplicem iacebat, ipsum in verticem aliquoties percussum exanimavit. Item notandum, quod villa Igolomya maior erat quondam tota monasterii Tincziensis, sed cambivit eam monasterium Thynncziense pro maiori medietate villae Charwin.

POBOROWYCZE.

Villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Crucis honori dicatam, cuius haeredes Johannes Poborowsky de domo Antiquorum Equorum, Stanislaus et Johannes de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. . . . . Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios et prata, pro suo praedio, usu et necessitate.

CHARWIN, villa sub parochia de Poborowicze sita, cuius proprietas etsi solummodo pro medietate maiori ad monasterium Thyncziense pertinebat ex antiquo, medietatem tamen eius minorem Matthias Abbas Thyncziensis anno Domini 1474 de consensu Casimiri tertii Poloniae regis, pro quadringentis quinquaginta marcis communis, apud Dobeslaum Charwinsky nobilem coemit, praeter duos laneos nobilium de Szarbye, et unam tabernam habentem agros, ecclesiae de Czulicze. In qua sunt sex lanei, qui ex antiquo monasterium Thyncziense pertinebant, et illi plus de censu solvunt. Item sunt alii quatuor lanei, qui minus solvunt. Item taberna una monasterii habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali in Igolomya, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium antiquum coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum ducit. Item sunt ibi tres lanei cum medio militares olim, et hortulaniae quatuor, de quibus decimatur ecclesiae in Raczechowycze manipulari et canapali decima, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sciendum, quod praefata villa Charwin erat quondam tota militaris; sed monasterium Thyncziense data villa Igolomya, quae erat suae proprietatis, cambivit eius maiorem partem.

ANTIQUA BRZESZKO.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto Petro et Paulo Apostolis dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuor hortulaniae habentes agros et prata, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Antiqua Brzeszko, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item ibi praedium. Item plebanus et ecclesia habent ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

PLAWOWYCZE, villa sub parochia de Antiqua Brzeszko sita, cuius haeres Stanislaus Wanthobka de domo Oxa. In qua sunt octo lanei

cmethonales, item tres tabernae, item quinque hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis archidiaconatui Cracoviensi, canapalis vero solvitur per quatuor iuncturas, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi curia militaris habens agros, de quibus decimatur ecclesiae et eius plebano in Lopyszno.

Cuchari, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Brzeszko sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per quatuor iuncturas canapalis archidiaconatui Cracoviensi, et valor eius ad decem et octo marcas aestimatur. Item est ibi praedium regale, de quo decima datur cum aliquibus agris, etiam duabus tabernis adiunctis, ecclesiae et eius plebano in Jadownyky prope Bochnya.

Praebenda Sancti Pancratii in Antiqua Brzessko, cuius patronus et collator est abbas cum suo conventu in Chebdow, ordinis Praemonstratensis: ad eandem praebendam dantur decimae manipulares cuiuslibet grani et seminis praebendario pro tempore existenti, ex villis Syroslawicze et Maczeyowicze, necnon post curiam konve *) de uno laneo, qui fuit cmethonalis, abstractus tamen et adiectus praedio militari in Syroslawicze existenti. Ex quibus omnibus agris dictarum villarum Syroslawicze et Macyeowicze, et ex laneo dicto *Konwenczsky*, et ex aliis omnibus agris praedictarum villarum, conducitur decima manipularis in commune, alias in *gonithwam*. Quae quidem decima ad praebendarium Sancti Pancratii spectans, dicitur decima magna.

Bobyn.

Villa habens in se parochialem ligneam, Sanct . . . . . . dicatam, cuius haeres Rey, de armis . . . . . . In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi; et valor eius aestimatur ad . . . . .; item est ibi una taberna ad plebani proprietatem pertinens, quae pro censu solvit duas sexagenas plebano; item decimam de agris suis quos habet, etiam plebano solvit; item est ibi septimus laneus cmethonalis, de quo decimatur pro plebano; item habet ibi ecclesia et plebanus agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

Mykluschowycze.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanct . . . . . dicatam, cuius haeres Nicolaus Czykowsky de domo Radwan. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae, una plebani non habens agros,

*) conventus (?).

altera haeredis quae habet agros, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Mikluschowycze; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros, pro suo usu et necessitate.

Dzyewyn, villa sub parochia de Mykluschowycze sita, cuius haeres praefatus Nicolaus Czykowsky de domo Radwan. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur sed diversimode; nam maiorem partem percipit episcopatus Cracoviensis una cum totali decima canapi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, minorem vero partem percipit archidiaconatus Cracoviensis, absque aliqua parte canapi. Item praedium non est, neque hortulania aliqua in eadem villa.

Wolya, villa sub parochia de Mykluschowycze sita, cuius haeres Dobeslaus Kmytha de armis Szrenyawa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiacono Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item non est ibi praedium, neque hortulaniae.

Wyzycze, villa sub parochia de Mykluschowycze sita, cuius haeres Petrus Wyzyczsky de domo Radwanorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiacono Cracoviensi, cuius valor ad decem marcas aestimatur: item hortulaniae, item tabernae, item praedium etiam militare, de cuius agris decimatur ......

Pleschow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Vincentio martyri dicatam, cuius haeres Johannes de domo Cygnorum. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Rzemyandzyczska, et valor eius ad viginti quatuor marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia et eius plebano in Pleschow, exceptis duobus laneis, qui quondam erant cmethonales, et quos propter fertilitatem et ubertatem curia pro se usurpavit, de quibus solvit decimam praebendae Cracoviensi praebendae dictae Rzemyandzyczska in *gonythwam*. Sunt etiam ibi duo lanei, qui quondam erant curiales, quos nunc colunt cmethones, de quibus decimam percipit ecclesia et plebanus in Pleschow, et valor eius una cum decima praediali aestimatur ad duodecim marcas. Item prope dictam villam Pleschow est taberna, vocata

Pleschowsky brzeg, cuius haeres Vernerus de Sledzeyowycze dictus Wyerzynk de domo .... habens agros amplos, de quibus decimat praebendae praefatae Rzemyandzyczska. Item est ibi alia taberna, habens agros, cuius proprietas pertinet ad plebanum et ecclesiam in Pleschow, de cuius agris solvit decimam plebano. Item censum .... Item dicta ecclesia in Pleschow habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Krzeslawicze, villa sub parochia de Pleschow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item septem hortulaniae habentes agros, item molendinum in flumine Dlubnya habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Krzeslawska, cuius valor aestimatur ad triginta sex marcas. Item est ibi praedium optimum coenobiale, de cuius agris non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item omnes cmethones solvunt plebano *meschne*.......

Lubocza, villa monasterii sanctimonialium de Zwierzyniecz, sub parochia ecclesiae de Pleschow....

Nyepolomycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam in honorem decem millium militum Sanctorum dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Nyepolomycze, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item habet ibi plebanus et ecclesia duas *niwas* et unum pratum, pro suo praedio et necessitate. Item plebanus et ecclesia habet in zuppis Bochnensibus pro quibuslibet quatuor temporibus unum lapidem sepi, unum lapidem cerae, unam mensuram salis minuti, et unum centenarium de maiori. Item ipse plebanus habet in proprietate sua unam tabernam ibidem in Nyepolomycze, quae pro censu solvit sibi annuatim per mediam alteram marcam, diem autem non laborat. Item habet unum hortulanum, qui laborat unam diem in septimana, solvit autem pro censu ......

Msczanczyn, villa sub parochia de Nyepolomycze sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ....

Wolya, villa sub parochia de Nyepolomycze sita, cuius haeres Bothurzynsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item ibi praedium unum, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Nyepolomycze.

Klay, villa sub parochia de Nyepolomycze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur ..... cuius valor aestimatur ad sedecim marcas. Item non est ibi praedium.

Pothlanze, villa sub parochia eadem de Nyepolomycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item non est ibi praedium.

Wyelka Poramba, villa in qua est parochialis ecclesia murata, Sancto Bartholomaeo dicata, cuius haeres Melschtinsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Nyepolomycze, cuius valor ad viginti marcas aestimatur.

Szedlecz, villa sub parochia de Chelm sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium unum regium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Nyepolomycze.

Cosczyelyecz.

Villa habens in se parochialem ecclesiam quam Vislaus Cracoviensis tunc episcopus de armis Zabawa nobilis, pulchro lapide quadro fabricavit et Sancto dedicavit Alberto, cuius plebanus nunc Stanislaus Swiradzsky, canonicus et officialis Cracoviensis de armis Zabawa. Cuius haeres Jakubik de armis Pobodze. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Cosczyelyecz, et valor eius aestimatur ad viginti, aliquando ad triginta marcas. Item habet plebanus in eadem villa pro dote sua curiam, in qua residet, et aream cum horto circa coemeterium. Item habet agrum, unum bonum laneum valentem, de quo ut interdum fiunt ducentae capenae hyemalium. Item habet praedicta ecclesia, seu plebanus eius, duas piscinas bonas in haereditate Coszczyelyecz, habet et gayum in haereditate villae Swyradzicze satis amplum de rubetis, vocatum Popowyecz.

Szwyradzicze, villa sub parochia ecclesiae de Coszczyelyecz sita, cuius haeres Pyelsz nobilis de domo Zabawa. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Cosczyelyecz, et valor eius aestimatur ad viginti, aliquando ad triginta marcas,

Lyexicze, villa sub parochia de Koszczelecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro . . . . . Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Coszczelyecz, cuius valor ad quatuor marcas.

Possilow, villa sub parochia de Cosczelyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis . . . . . Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Coszczelyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Nadolyani, villa sub parochia ecclesiae de Coszczyelyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro . . . . . Item praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Coszczelyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Pyekari, villa sub parochia de Coszczyelyecz sita, cuius haeres Wyrzbyantha Pyekarsky nobilis de domo Nyesobya. In qua sunt duo lanei cum medio et decimatur de eadem villa pro archidiaconatu Cracoviensi.

Czyborowicze, villa sub parochia de Coszczelyecz sita, cuius haeredes, Vladislaus pro una medietate villae, et Sigismundus Loobowsky de armis Griffonum pro altera medietate. . . . .

Przezwodi, villa sub parochia de Cosczelyecz sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus decimatur archidiaconatui Cracoviensi. Item est ibi praedium, de quo monasterium Sanctae Crucis decimam pro se tollit.

Ostrow, villa sub parochia ecclesiae de Coszczelyecz sita, cuius proprietas ad monasterium monialium de Stanyątky pertinet et decima manipularis ad episcopatum Cracoviensem.

Camyenczycze, villa sub parochia de Coszczelyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.

Cadzicze, villa sub parochia de Cosczyełyecz sita, cuius proprietas ad monasterium deBrzessko pertinet, decima vero manipularis ad praebendam Cracoviensem, quae vocatur Gonowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Mislawczicze, villa sub parochia de Coszczyelyecz sita, cuius proprietas ad praepositum Sancti Michaelis in castro Cracoviensi pertinet, decima vero totalis ad archidiaconatum Cracoviensem.

Marczynkowycze, villa sub parochia de Koszczyelyecz sita....
Nagorzany, villa sub parochia de Coszczelyecz sita....
Wyelgus, villa sub de Coszczyelyecz sita....
Cothowycze, villa sub parochia ecclesiae de Koszczyelyecz sita, cuius proprietas ad monasterium de Stanyąthky pertinet, decima vero manipularis ad vicariam praebendae Cracoviensis, quae Poszanczska appellatur.....

Borunycze, villa sub parochia ecclesiae de Koszczelyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, decima vero manipularis ad praebendam Cracoviensem, quae vocatur Posenczska de undecim laneis cmethonalibus, de praedio vero solvitur ecclesiae parochiali in oppido Usczye.

Lankawa, villa sub parochia de Cosczyelyecz sita, cuius proprietas.....

Xyangnicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Stephano Hungariae regi dicatam, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thyniczìense pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus superioribus temporibus percipiebat plebanus in Xyagnicze decimam manipularem et canapalem; hodie autem, quo pacto nescitur, tollit eam monasterium Thyncziense et in horreum suum inducit, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi taberna ad proprietatem plebani pertinens, de qua sibi pro censu solvuntur quatuor marcae. Item sunt ibi quatuor hortulaniae ad plebanum pertinentes, et quaelibet solvit plebano per fertonem. Item post praedictas tabernam et hortulanias plebani, quae omnes habent agros, solvitur decima manipularis plebano in Xangnicze. Item habet plebanus pro dote sua praedium bonum et prata tria, de quibus proveniunt sibi pro quolibet anno ultra sex acervi foeni. Item habet et piscinas duas. Item plebanus habet ibi et rubeta sufficientia, quae vocantur vulgariter *plebanye rzechti*. Item est in eadem villa praedium bonum abbatis et monasterii, de quo nulli dat decimam, sed eam pro se tollit. Item columbatio quam plebanus post totam parochiam percipit, extendit se ad quinque marcas

Parva Xyangnicze, villa sub parochia de Xągnicze sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thyniczìense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, item molendinum coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Xągnicze, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas, aliquando ad viginti marcas.

Modrzani, villa sub parochia ecclesiae de Xągnicze sita, cuius

proprietas ad abbatem et conventum Thyniczienseme pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus decima variatur; nam uno anno episcopus Cracoviensis capit decimam hyemalem, et plebanus in Xągnicze aestivalem, secundo vero anno tollit episcopus aestivalem et plebanus hyemalem, tertio autem anno episcopus tam aestivalem quam hyemalem pro se tollit, plebanus nil. Valor hyemalis decimae ad octo marcas aestimatur, aestivalis ad quatuor.

Dolyani, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius proprietas ad abbatem et conventum Thyniczienseme pertinet. In qua non sunt lanei cmethonales, sed tantummodo octo hortulaniae habentes agros, item taberna una habens agros, item praedium coenobiale bonum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Moykowycze, villa sub parochia de Xagnicze sita, cuius haeres... Przeczyesky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Xyangnicze, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium non est ibi.

Zdzyslawycze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius haeredes Gomolka, Martinus Spilak, Nicolaus Grzegoszkowicz, Nicolaus Abramkowicz, nobiles de armis ..... post quorum agros et post duos cmethones domini Slanka, qui est etiam in parte praedictae villae haeres, solvitur decima manipularis et canapalis plebano in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Wroczkow, villa sub parochia ecclesiae de Xagnicze sita, cuius haeredes Barczkowsczy germani de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item sunt in eadem villa aliqui agri speciales, de quibus tollit decimam plebanus in Xagnicze, cuius valor ad unam sexagenam aestimatur.

Barczkow, villa superioribus et antiquis temporibus sub parochia de Xagnicze, modernis tamen nescitur qua conditione vel causa, sub parochia de Usczye sita, et illi unita et subiecta, cuius haeredes Barczkowsczy. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... item sunt in eadem villa quidam agri, de quibus datur decima ecclesiae in Usczye, de nonnullis etiam certis agris solvitur decima in Xagnicze plebano.

Yaxicze, villa sub parochia ecclesiae de Xagnicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei

cmethonales, minus quarta, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; columbatio et S. Petri denarius pro Xagnicze; item praedium ibi episcopale, de quo nulli decimat, sed solus pro se tollit....; item una taberna habens unum laneum, item sex hortulaniae, de quibus omnibus decimatur episcopo Cracoviensi.

Macziczina, villa sub parochia de Xyangnicze sita, cuius haeredes Barczkowsczy de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ....: item de certis agris in eadem villa consistentibus, solvitur decima manipularis plebano in Xyangnicze.

Plaschow, villa sub parochia de Xyagnicze sita, cuius haeredes Sląka de domo Kopaszina et Szalyewsky de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius aestimatur ad ...... Item plebanus de Xagnicze non habet ibi, nisi columbationem.

Biskupicze, villa sub parochia ecclesiae de Xangnicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad viginti marcas. Item plebanus de Xagnicze non habet ibi nisi columbationem et denarium S. Petri. Item praedia non sunt. Item sunt ibi duae tabernae, item hortulaniae, de quibus decimatur pro episcopo.

Jankowycze, villa sub parochia de Xangnicze sita, cuius haeredes Johannes Konwa et ... Chmyestha nobiles de armis ... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Xangnicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Malyeschow.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sanct ..... dicatam, cuius haeres Johannes Kurozwanczsky de domo Rosa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... et valor eius aestimatur ad .... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Conyuscha.

Villa habens in se parochialem ecclesiam lapide muratam, Sancto Petro Apostolo dicatam, quae quidem villa libera est ab omnibus daciis, laboribus, decimationibus, censibus et quibuscumque aliis exactionibus; item habet ibi plebanus agros proprios et prata, item gayum unum.

Poszątndza, villa sub parochia de Konyuscha sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et conducitur pro praebenda Cracoviensi, quae dicitur .... Item est ibi unum praedium episcopale, de cuius agris pro eadem praebenda Cracoviensi decimatur, et valor totius undecim marcarum.

Gorky, villa sub parochia de Konyuscha sita, cuius haereditas ad Matthiam Poborowsky de armis Antiquorum Equorum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus decima solvitur et conducitur pro vicario praebendae Lanthkowska, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Wyrzbno, villa sub parochia de Conyuscha sita, cuius pars ad proprietatem Petri Maszlowsky, et pars ad proprietatem Johannis et Stanislai ...... pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum quibusdam decimatur pro collegiatura Cracoviensi: item sunt ibi duo praedia, de quibus et de reliquis agris cmethonalibus decimatur pro plebano in Conyuscha, et valor eius aestimatur ad novem marcas.

Szedlyszka, villa sub parochia de Conyuscha sita, cuius haeres Johannes Szyedlyeczsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam de quibusdam agris pro collegiatura Cracoviensi, de quibusdam vero plebano in Conyuscha. Item est ibi praedium unum, de cuius agris etiam decimatur pro ecclesia in Conyuscha, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Lyskowicze, villa sub parochia eadem, cuius haeres Stadnyczsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quorum quibusdam decimatur pro praebenda ibidem in Conyuscha, cuius valor aestimatur ad octo marcas; de quibusdam vero pro plebano etiam in Konyuscha, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium unum, de cuius agris decima pro plebano in Conyuscha, cuius valor aestimatur ad....

Polucarcze, villa sub parochia de Conyuscha sita, cuius haeres Sbigneus Cracoviensis de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decimatur pro praebenda in Conyuscha: item sunt ibi duo praedia, de quibus etiam decimatur pro eadem praebenda, et valor totius aestimatur ad sedecim marcas.

Gnathowicze, villa sub eadem parochia sita, cuius proprietas ad Sbigneum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur pro praebenda Cracoviensi quae vocatur ...., et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Thanczin, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Randzina, villa sub eadem parochia, cuius proprietas ad .... In qua non sunt lanei cmethonales, sed praedium tantummodo unum et hortulania

habentes agros, de quibus omnibus decima pro ecclesia in Chroberz, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

PRZECZSLAWYCZE, villa sub parochia de Conyuscha sita, cuius proprietas ad Sbigneum Crakowczyk pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi praedium eiusdem Sbignei, de quo et laneis cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Conyuscha, et valor totius ad tredecim marcas aestimatur.

PYOTRKOWICZE, villa sub eadem parochia sita, cuius haeres Petrus Szobyensky de domo Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Conyuscha. Item est ibi praedium unum militare, de cuius etiam agris pro plebano eodem decimatur, et valor utriusque ad decem marcas aestimatur.

DAMYANICE, villa sub parochia de Conyuscha sita, cuius haeres Johannes Pelcz de armis Schachownycza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus et praedio quod est ibi, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano et ecclesia in Conyuscha, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur.

JAZDOWICZE, villa sub eadem parochia sita, cuius haeres .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Conyuscha. Item est ibi unum praedium, de cuius etiam agris, decimatur pro plebano eodem, et valor totius, cmethonalis videlicet et praedialis, ad sex marcas aestimatur.

KAMPA, villa sub parochia eadem sita, cuius haeres Dyonisius Monyaczkowsky de armis Srzenyawa. In qua non sunt cmethones, sed est praedium, de cuius agris decimatur plebano in Conyuscha, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

CHORANZICZE, villa sub eadem parochia de Conyuscha sita, cuius haeres Johannes Wyrzbyantha de armis Griffonum pro una medietate, pro altera vero Colaczkowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et conducitur pro ecclesia et praebenda Cracoviensi, quae vocatur ..... Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus etiam decimatur pro ecclesia et praebenda Cracoviensi .... et valor totius novem marcarum.

RZYANDOWICZE, villa sub parochia eadem, cuius haeres pro una parte Lubonyn, de armis ..... pro altera vero parte Kowarsky de armis ... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et conducitur ... cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi praedium, de quo decimatur pro ecclesia et plebano in Conyuscha, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

N o s̈ z e k nona area sive domus unam marcam.

Matthias N a s t k a decima area unam marcam.

Bartholomaeus S t o c h undecima area solvit unam marcam.

B y e r n a s t h duodecima domus sive area unam cum media marcam.

Johannes O s s y e c z e k tredecima area unam marcam.

R e g u l k a quartadecima domus unam marcam.

Quintadecima area, quinque grossos et unum diem in septimana.

Sextadecima quinque grossos et unum diem in septimana.

Decima septima . . . . . .

Decima octava area solvit . . . .

Balneator decima nona domus solvit et de taberna, et de hortulania tres fertones, et singulis septimanis duabus plebano, vicariis et eorum familiaribus et scholaribus absque pretio balneum procurare.

Item omnes tenentur falcastrare unum diem pratum plebani, et tam tabernatores, quam eorum inquilini rastrare. Item quilibet tabernator, tenetur proprio curru adducere... foeni, dum est in B r o d l o aut duas cassulas, quando non est in B r o d l o. Item habent libertatem scindendi in sylvis, rubetis, pro sua necessitate episcopalibus, et ob eam libertatem tenentur molere sua frumenta et brasea in molendinis episcopalibus, qua violata non tenentur. Item omnes tabernae et hortulaniae plebanales, tenentur ad duas *powabas*, pro episcopo Cracoviensi. Item L y a s z n y a est praedium post V i s l a m sub parochia de W a w r z i n c z i c z e, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet, de quo et eius agris solvitur decima manipularis et ecclesiae in W a w r z i n c z i c z e, et valor eius ad . . . . . .

Wignanowycze, villa et fundus ecclesiae et plebani in W a w r z i n c z i c z e, cuius universa proprietas ad praefatum plebanum pertinet, sub parochia de W a w r z i n c z i c z e sita. In qua sunt sex lanei cmethonales, tres colunt cmethones et quilibet solvit plebano pro censu duas marcas, duos capones, caseos vero et ova non solvunt, alios vero tres plebanus, cmethonibus amotis; de omnibus tamen sex laneis absque diminutione solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae Wawrzynyeczska appellatur. Item quilibet laborat duos dies in septimana, proprio curru aut aratro.

Zlothniky, villa sub parochia ecclesiae de W a w r z i n c z i c z e sita, cuius proprietas ad monasterium Syeczyechoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae Sanctae Mariae Magdalenae in W a w r z i n c z i c z e, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est ibi praedium coenobiale, quod nulli dat decimam, sed eam pro se tollit.

Wawrzinczicze alias Dlugawyesz, villa sub parochia de Wawrzinczicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti sex lanei cmethonales, item viginti hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, medietas pro ecclesia de Wawrzinczicze, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas; de altera vero medietate praefatae villae, percipit illam praebenda Cracoviensis dicta Wawrzynyeczska, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas. Item est ibi praedium episcopale optimum, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Wawrzinczicze.

Zabyerzow, villa sub parochia de Wawrzinczicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur décima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Wawrzynyeczska, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item est ibi laneus unus custodiae Cracoviensis, qui solvit custodi Cracoviensi unam marcam pro censu. Item est ibi scoltetia habens duos laneos et prata et lacum, et decimat de agris.... Item est ibi unus laneus militaris haeredis de Igolomya, de quo decimatur.....

Wolya Zabyerzowska, villa sub parochia de Wawrzinczicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro vicaria praebendae Cracoviensis, quae vocatur Wawrzynyeczska, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item non est ibi praedium, neque scoltetia, neque molendinum, non sunt hortulaniae.

Strogoborzicze, villa sub parochia de Wawrzinczicze sita, cuius proprietas ad Johannem Labąncz de domo Cignorum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda ...... Item est ibi praedium militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano in Wawrzinczicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Zidow, villa sub parochia de Wawrzinczicze sita, cuius haeredes Andreas Zidowsky de armis ...... et Petrus Wilkowsky de armis Srzenyawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item praedium unum militare, taberna una habens agros, hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wawrzinczicze, et valor eius aestimatur ad ...... praeter unum laneum Ottonis, de cuius agris decimatur in Nova Brzeszko. Valor decimae totius ad quatuordecim marcas extenditur.

Mogilani.

. . . .

ZYRAWA.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctae Trinitati et Omnibus Sanctis dicatam, cuius serenissimus Poloniae rex est collator et haeres et patronus. In qua sunt viginti sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi quatuor tabernae ad proprietatem ecclesiae de Zyrawa pertinentes, et duae quidem habent agros, duae vero non habent, et una habens agros, solvit tres marcas, duae vero per duas marcas, tertia mediam secundam marcam, et de omnibus agris tabernarum decimatur ecclesiae in ibidem; cuius ecclesiae plebanus modernus est magister Martinus de Wyelun. Item ecclesia praefata habet agros proprios liberos et prata, pro suo praedio, usu et necessitate. Item habet et piscinas pro suo usu. Item quilibet cmetho de laneo solvit plebano in Zyrawa ratione *meschne* per tres grossos.

KRZECZOW, villa sub parochia de Zyrawa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium regium, de cuius omnibus agris solvitur decima manipularis plebano in Zyrawa, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi quatuor tabernae et quinque hortulaniae, sed non habent agros, nisi prata tantum. Item ratione *meschne* quilibet laneus solvit tres grossos ecclesiae et plebano in Zyrawa.

OSTROW regia, villa sub parochia de Zyrawa sita. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decimatur manipulo et canapo praebendae Cracoviensi Zyrawskey, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium regium, de quo decima datur plebano in Zyrawa. Item quilibet cmetho de laneo ratione *meschne* solvit tres grossos ecclesiae et plebano in Zyrawa.

OSTROW altera militaris, sub parochia ecclesiae de Zyrawa sita, cuius haeres Stanislaus Wąntrobka de domo Oxa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Zyrawa, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item quilibet cmetho de laneo solvit ratione *meschne* tres grossos ecclesiae in Zyrawa.

JODLOWKA, villa sub parochia de Zyrawa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei

cmethonales et duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem, pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska. Item est ibi scoltetia, quae habet tres laneos et duas tabernas, quarum una ante Jaszyen habet agros, et de agris tabernae et scoltetiae, solvit scoltetus tres fertones pro decima pecuniali ecclesiae et plebano in Zyrawa. Item ratione *meschne* solvit quilibet laneus tres grossos pro ecclesia et plebano in Zyrawa.

Borek, villa sub parochia de Zyrawa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Zyrawska, per unum fertonem communis pecuniae. Item est ibi scoltetia habens tres laneos, de quibus pro decima pecuniali solvuntur ecclesiae et plebano tres fertones. Item in eadem villa habet ecclesia de Zirzawy unum laneum proprium, de quo solvitur census. Item unam hortulaniam, quae sibi censuat. Item ratione *meschne* solvit quilibet laneus tres grossos.

Wrzamp, villa sub parochia de Sancto Laurentio in Czyrkew sita, cuius haeredes de Milosthin de domo Oxa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam una pars cedit pro episcopatu Cracoviensi; altera pro plebano ad Sanctum Laurentium in Czyerkew; tertia pro plebano in Zirzawa. Item sunt ibi tria praedia militaria, unum solvit decimam ecclesiae in Zirzawy, duo pro ecclesia Sancti Laurentii in Czyerkew.

Sulkowycze.

. . . .

Glogoczow.

. . . .

Villa regis alias Krolewka.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Jacobo Apostolo dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi una scoltetia habens agros proprios, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Krolewka. Item habet ecclesia et plebanus de praefata villa *meschne* per . . . . . mensuras siliginis et per totidem avenae. Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Zakliczyn, villa sub parochia de Krolewka sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per . . . . . . episcopo Cracoviensi. Item plebanus et ecclesia habet ibi ratione

meschne, de quolibet laneo cmethonali per .... mensuras siliginis et per ...... avenae.

Czychawa, villa sub parochia ecclesiae de Krolewka sita, cuius etiam proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi. Item ecclesia et plebanus habet ibi ratione *meschne*, a quolibet cmethone de laneo per ..... mensuras siliginis et per ..... avenae .....

Trzszczana.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto .... dicatam, cuius proprietas ad monasterium eiusdem loci in Trzsczana pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ... Item ibi praedium habens agros et prata, de quo ipsummet monasterium decimam percipit.

Rdzawa, villa sub parochia de Trczana sita, cuius haeres Johannes Rdzawsky de domo .... In qua septem lanei, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro altari Sancti Antonii in ecclesia Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item ibi praedium militare, de cuius agris decimatur praeposito seu plebano in Trczana, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Kamyona, alias Ossykowa, villa sub parochia de Trczyana, cuius haeres Urbanus Lapka de domo Druzyna. In qua sedecem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sancti Antonii in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae, neque molendinum. Item praefatus Urbanus haeres ex agris cmethonum praedium sibi constituit, solvit tamen decimam pro altari praefato in *gonythwam*.

Mislimycze.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, per consules et cives Mislimicenses anno Domini 1465 lapide muratam, et Nativitati Sanctae Mariae dicatam, cuius plebanus et rector Johannes de Srzem; cuius proprietas et dominium ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis. Item habet plebanus in praedicto oppido duos laneos agrorum. Item non habet prata neque piscinas. Item est ibi advocatia habens latos campos et prata, de quibus et de agris solvuntur quolibet anno ecclesiae et plebano in Myslimicze pro decima tres marcae. Item quilibet oppidanus hospes tenetur dare plebano in Mislimicze annuatim unum grossum, inquilinus medium. Item habet advocatus in Mislimicze tria m endina in flumine Raba, in

quibus plebanus de Mislimicze liber est a metreta molendini. Item est ibi theloneum ad castellanum Cracoviensem pertinens, de quo plebanus in Mislimicze percipit pro quibuslibet quatuor temporibus unum florenum. Item est ibi in eodem oppido in campo ecclesia lignea, matrix recenter muratae, in honorem Sanctae Mariae etiam dicata, quae nonnisi festivis et dominicis diebus officiatur. Taxa ecclesiae quinque marcarum.

Dolna wyesz, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, praebendae Cracoviensi, quae vocatur Marchoczska, de quolibet laneo per ....

Borzantha, villa sub parochia de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quolibet solvuntur pro decima .... praebendae Cracoviensi, quae vocatur Marchoczska.

Polyanka, villa sub parochia de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit pro decima praebendae Cracoviensi dictae Marchoczska ......

Bissina, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo pro .... praebenda Cracoviensi dicta Gonowska.

Bissinka, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de quolibet quilibet cmetho tenetur solvere pro decima .... praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gonowska.

Gorna, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis praebendae Cracoviensi nominatae Gonowska, de quolibet laneo per .....

Stroza, villa sub parochia de Mislimicze sita, cuius proprietas ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et de quolibet solvitur pro decima ......

Passimyechi, villa sub parochia ecclesiae de magna Kazimirza sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mislimicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Praebenda ibidem in honorem Sancti Stanislai dicata, cuius praebendarius Johannes Gorka, cuius patronus advocatus Mislimiczensis. Item

praefata praebenda habet quatuor marcas, census in Wyeliczka, item habet molendinum habens agros et prata, de quo ..... Item habet pomerium bonum et hortum. Tenetur autem dictus praebendarius singulis septimanis legere duas missas.

LIPNIKY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinquaginta septem cmethones, habentes parvas quantitates agrorum, praeter quatuor, qui habent quatuor laneos, caeteri virgas et quartas. Item est in eadem villa scoltetia, habens duos laneos, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopatui Cracoviensi, de quolibet laneo per fertonem latorum grossorum. Item plebanus eiusdem ecclesiae habet de quolibet laneo ratione missalium alias *meschne*, unam mensuram siliginis et alteram avenae mensurae planae. Item ecclesia et plebanus eiusdem villae habet agros et prata, pro suo praedio .....

TRZEMESCHNA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres ......

BRZEZYE.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se Sanct .... dicatam, cuius proprietas pertinet ad Stanislaum et Johannem germanos, Marsalkowicze vocatos, de domo Zadora. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, tres tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Wyanczkowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris, et duodecim sulcis, quos haeres de suo praedio adiunxit tertiae hortulaniae, solvitur decima manipularis plebaniae in Brzezye, cuius valor ad quatuor marcas. Item plebania habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

DAMBROWA, villa sub parochia de Brzeszye sita, cuius proprietas ad eosdem Stanislaum et Johannem Marsalkowiczi pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales et duae tabernae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Wyanczkowska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unus campus unius tabernae, de quo decimatur ecclesiae in Brzesze. Item non est ibi praedium, neque molendinum, non sunt hortulaniae.

STANYANTHKY, villa sub parochia de Brzezye sita, cuius proprietas ad abbatissam et monasterium in Stanyanthky ibidem pertinet, et villa

praefata est fundus monasterii eiusdem in Stanyanthky. In qua sunt sex lanei cmethonales, duae hortulaniae et duae tabernae in strata publica sitae, habentes amplos agros, item ibi sunt duo molendina; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Stanyantheczska, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas, praeter agros, qui dicuntur *przymyarky*, de quibus decima cedit praebendae Cracoviensi dictae Roszyeyowszka. Item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris nulli solvitur decima, sed eam monasterium pro se tollit et percipit.

Chroschcz, villa sub parochia de Brzezye sita, cuius proprietas ad sanctimoniales in Stanyanthky. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali in Brzezye, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non sunt ibi hortulaniae, non tabernae, neque molendinum. Item est praedium coenobiale, de quo nulli moniales solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt.

Sczythnyky, villa sub parochia de Brzezye sita, cuius proprietas ad custodiam Cracoviensem pertinet. In qua sunt quinque lanei sanctuariorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Czechowska, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi alii quamplures lanei cmethonales sanctuariorum, de quibus non solvunt alicui decimam, sed quilibet illam pro se tollit. Item sunt ibi quatuor lanei non sanctuariorum, sed Johannis Kwyathonywsky, de quibus etiam datur decima praebendae Cracoviensi in *gonythwam*.

Gorka, villa sub parochia de Brzezye sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Stanyanthky pertinet. In qua est praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae, sed tantum quatuor lanei cmethonales de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae dicitur Stanyantheczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Brzesznycza.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius proprietas et ius patronatus ad monasterium sanctimonialium de Stanyąthky pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae hortulaniae, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro canonicatu et praebenda Cracoviensi, quae vocatur Lazowska, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi veteres agros speciales et prata, liberos a censu et laboribus et a decima, habet et alios duos laneos, qui erant cmethonales, novissimis temporibus per sanctimoniales

de Staynyanthky sibi donatos et perpetuo inscriptos, solvere tamen de illis decimam manipularem tenetur et canapalem praebendae Cracoviensi praefatae Lazowska. Item non est aliquod praedium in eadem villa.

GORZKOW, villa sub parochia de Brzesznycza sita, cuius proprietas ad sanctimoniales praefatas in Staynyanthky pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros, item unum praedium coenobiale sed parvum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Lazowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item ecclesia et plebanus de Brzesznycza post partem agrorum unius tabernae villae praefatae et eius tabernatoris, qui dicitur Mykschar, et post partem duorum laneorum et ex agris, qui illis ea praedio adiuncti sunt, percipit annis singulis decimam pro se, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

LAZY, villa sub parochia de Brzesznycza sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Stanyanthky pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales et duae tabernae habentes agros largos, item tres hortulaniae habentes agros, item unum molendinum quod habet bonos agros; item est ibi praedium coenobiale, de quo sanctimoniales solae percipiunt decimam et nulli eam solvunt; cmethonales vero agri tabernae et hortulaniae et molendinum, solvunt eam et conducunt manipulo et canapo praebendae Cracoviensi, quae vocatur Lazowska, a praefata villa denominationem sumens, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

LOSOSSINA.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeredes plures nobiles videlicet Slupsky . . . . De omnibus autem agris et praediis praefatorum nobilium solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Lyoszossina, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

WYSZNYOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per unum fertonem pro abbate Czyrzyczensi; item sunt ibi duae tabernae habentes agros, et solvunt pro decima per quatuor grossos; item ratione *meschne* solvitur plebano de quolibet laneo una mensura siliginis et alia avenae. Item habet ibi plebanus proprium agrum et prata, pro suo praedio et necessitate, et duas piscinas.

POZNACHOWYCZE INFERIOR, villa sub parochia de Wysznyowa sita,

cuius haeres Raczechowsky de armis. . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Czyrzyczensi. Item praedium ibi non est. Item ratione *meschne* solvitur de quolibet laneo pro plebano una mensura siliginis et una avenae.

Lypnyk, villa sub parochia de Wysznyowa sita. In qua sunt novemdecem lanei cmethonales et una taberna, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de quolibet laneo, monasterio Czyrzyczensi. Item est ibi scoltetus, habens agros proprios, de quibus etiam decimat monasterio Czyrzyczensi. Pro plebano autem in Wysznyowa solvit quilibet de laneo unam mensuram siliginis et unam avenae.

Kobyelnyk, villa sub parochia de Wysznyowa sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, item scoltetus habens proprios laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per unum fertonem pro abbate Czyrzyczensi praefato. Item est ibi molendinum, habens agros speciales, de quibus decimat . . .

Irzmanowa, villa sub parochia de Wysznyowa sita, cuius haeres Stanislaus de Dobzycze de armis . . . . In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de laneo, praefato monasterio Czyrzyczensi; item ratione *meschne*, de quolibet laneo solvitur una mensura siliginis et una avenae; item scoltetus est ibi, et habet quatuor laneos et unum molendinum, quod plebano solvit unum fertonem in Wysznyowa.

Droginya.

Villa habens in se ecclesiam parochialem Sancti Adalberti, cuius proprietas ad monasterium Czyrzyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . Item ecclesia habet in eadem villa proprios agros et prata, pro suo usu et praedio. Item iuspatronatus ecclesiae in Droginya habet praepositus Sanctae Hedvigis in Stradomya, cum abbate et conventu Czyrzyczensi in solidum vicibus alternatis, ratione villae Jugowicze ad monasterium Sanctae Hedvigis pertinentis, de qua et post cmethones et post praedium solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Droginya.

Brzosczowicze, villa sub parochia de Droginya sita, cuius proprietas ad Petrum Ossowsky de domo Ulyna pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Goreczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, quod haeres per depositionem cmethonum augmentavit, et cum iniuria praebendae Cracoviensis decimat ecclesiae in Droginya.

Jugowycze, villa sita sub parochia de Droginya, cuius proprietas

ad praepositum et monasterium Sanctae Hedvigis in Stradomya pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Droginya, et valor eius aestimatur ad .... marcas. Ratione cuius villae praepositus Sanctae Hedvigis habet ius praesentandi alternatis vicibus in Droginya.

Popowicze maior, villa sub parochia de Droginya sita, cuius haeredes plures nobiles et pauci cmethones, et solvunt omnes et singuli decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Goreczska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Popowicze minor, villa sub parochia ecclesiae de Droginya sita, cuius haeredes plures nobiles et pauci cmethones, et omnes et singuli solsunt decimam manipularem pro praebenda Cracoviensi praefata, Goreczska dicta, cuius valor ad duas tantummodo marcas aestimatur.

Gay.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius haeres ... rzowsky de domo Griffonum. In qua sunt decem lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Gay. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Chorowicze, villa sub parochia de Gay sita, cuius proprietas ad canonicum Cracoviensem praebendae eius, quae vocatur Wangrzeczska pro maiori parte; item alia pars, videlicet unus laneus, ad custodiam Cracoviensem pertinet. Item alii lanei eiusdem villae pertinent ad Johannem Skawynsky de domo Dolywa; item taberna, item hortulani, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...

Lussyna, villa sub parochia de Gay sita, cuius haeres Przedborius de Conyeczpolye, nobilis de domo Pobodze. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item una taberna, quae non habet agros, item septem hortulaniae et unum molendinum, quae omnia habent agros, de quibus diversificatur decima manipularis; nam una medietas villae solvit eam et conducit praebendae Cracoviensi, quae vocatur Roszeyowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, alia autem med'a pars villae, solvit eam praebendae Cracoviensi, quae vocatur Goreczska. Item praedium unum, de quo decimatur ecclesiae in Gay.

Lubyerthow, villa sub parochia ecclesiae de Gay sita, cuius haeres Stanislaus Dambsky de domo Rolya. In qua sunt decem lanei cmethonales, item taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus

solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Laurentii in Casimiria, quae unita est monasterio Corporis Christi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium est ibi militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Gay.

BRZYNA MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Gay sita, cuius haeres Stanislaus Dambsky cum filiis suis de domo Rolya. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapàlis pro plebano Sancti Nicolai extra muros Cracovienses. Valor duarum marcarum.

BRZYCZYNA MINOR, villa sub parochia de Gay sita, cuius haeres praefatus Stanislaus Dambsky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano Sancti Nicolai extra muros Cracovienses. Valor duarum marcarum.

DOBSZICZE.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se muro fabricatam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt triginta sex lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Mogylnensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta, aliquando ad quinquaginta marcas. Item est ibi praedium regium, de cuius agris noviter extirpatis, decima datur ecclesiae in Dobschycze. Item sunt ibi quidam agri in montibus, de quibus decimam manipularem percipit praebenda Cracoviensis, quae vocatur Gorzyczska. Item est ibi advocatia, sed non habet agros. Item quilibet oppidanus in Dobszycze de laneo tenetur ecclesiae in Dobschycze solvere unam mensuram siliginis et unam avenae, ratione *meschne*. Item habet ibi ecclesia et plebanus agros speciales, pro suo praedio, solvit tamen decimam manipularem de duobus suis laneis praedialibus, monasterio Mogylnensi in *gonithwam*, iure spirituali in eo conquisitam. Item ex compositione arbitrali et perpetua, ecclesia et plebanus in Droginya non participat aliquid de decima in Dobszycze, in qua se dicebat ius habuisse, sed monasterium Mogilense solvit ei annis singulis duas marcas et octo mensuras siliginis, et integre decimam percipit.

KAMYK, villa sub parochia ecclesiae de Dobszycze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogylensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium ibi non est, item non sunt hortulaniae, neque tabernae.

KRZYNKY, villa sub parochia de Dobszycze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt tredecim

lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mogilensi, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item hortulaniae non sunt, neque praedium. Item est ibi taberna scolteti, quae decimat in *gonythwam* pro monasterio. Item scoltetia est ibi habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis in *gonythwam*, pro monasterio in Mogyla. Item quilibet cmetho de laneo tenetur ecclesiae parochiali in Dobszycze et eius plebano, duos choros siliginis et tres avenae.

WISZNICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct . . . dicatam, cuius haeres Dobeslaus Kmytha palatinus Sandomiriensis de domo Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item est ibi praedium militare unum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wysznycze, cuius valor aestimatur ad . . . Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

POLOMYA, villa sub parochia de Wysznycze sita, cuius haeres Dobeslaus Kmytha de domo et familia Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae..., item tabernae non sunt, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctae Dorotheae in ecclesia Cracoviensi. Valor duarum marcarum. Item praedium ibi unum militare.

LOMNA, villa sub parochia de Wysznicze sita, cuius haeres praefatus Dobeslaus Kmytha. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctae Dorotheae in ecclesia Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item est ibi una scoltetia, habens duos laneos agrorum, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Wysznicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

CUROW, villa sub parochia ecclesiae de Wysznycze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes de Pylcza, de armis Lelywa. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Lazowska, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wysznycze, et valor aestimatur ad quatuor marcas. Item habet etiam plebanus de Bochnya decimam manipularem post quendam campum villae praedictae, vocatum Uyazd, qui fertur fuisse alienatus ab oppido Bochnensi circa limitationem.

SOBOLOW.

. . . .

NOVA RUDEL.

. . . .

Decanatus Slawcoviensis alias in Bithom.

SLAWKOW.

Oppidum iuxta fluvium Byala Przemscha situm, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, habens ecclesiam parochialem, honori Sanctae Crucis dicatam et muro partim ex petra, partim ex latere fabricatam; cuius unus patronus et collatór est cantor Cracoviensis quilibet pro tempòre; ex proventibus enim ecclesiae Slawcoviensis cantoria Cracoviensis fundata et dotata est, et cantori Cracoviensi ecclesiae Slawcoviensis collatio est reservata. In quo oppido sunt triginta sex lanei civiles, dè quibus omnibus solvitur decima manipularis cantori Cracoviensi, quinquaginta marcarum valoris, et proprio curru cantor illam conducit, et incolae non solvunt decimam canapi. Item est ibi praedium episcopale, de quo decimatur ecclesiae in Slawkow. Item est ibi theloneum, cuius proprietas ad cantoriam Cracoviensem pertinet, cuius valor ad viginti marcas aestimatur, de quo ecclesia Slawcoviensis pro suo iure octo marcas. Item ecclesia Slawcoviensis habet ibi agros proprios, videlicet unum laneum et duas *nywas*, item duas hortulanias et duas piscinas.

STRMYESCHYCZE MAIOR, villa sub parochia de Slawkow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales et hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi scoltetia habens laneos, de quibus episcopo Cracoviensi solvit ratione decimae, duos fertones latorum grossorum.

STRMYESCHYCZE MINOR, villa sub parochia de Slawkow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, duae hortulaniae, scoltetia habens duos laneos et tabernam, de quibus omnibus tam scoltetialibus quam cmethonalibus, solvunt decimam manipularem aequaliter episcopo Cracoviensi, et valor eius ad viginti marcas.

THUCZNOBABA, villa sub parochia de Slawkow, cuius proprietas ad Cracoviensem episcopum pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales de quibus pecunialis decima per octo grossos latorum Pragensium solvitur pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi scoltetia, quatuor laneos habens, duos solus colit, duos locavit cmethonibus, de quibus plebano Slawcoviensi per octo grossos pro decima solvere tenetur.

BUKOWNO, villa sub parochia Slawcoviensi, proprietas episcopi Cracoviensis. In qua viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus decimatur can toriae Cracoviensi manipulo, cuius valor ad quindecim marcas; de duobus

autem laneis scoltetiae, taberna et hortulania, decimatur manipulo ecclesiae in Slawkow. Valor duarum marcarum.

Okradzonow, villa episcopalis sub parochia de Slawkow. In qua novem lanei cmethonales, tres hortulaniae, duo lanei advocati, de omnibus decimatur ecclesiae in Slawkow. Valor decem marcae.

Golonog, villa episcopalis sub parochia de Slawkow. In qua undecim cmethonales lanei, duae hortulaniae, de quibus decimatur manipulo pro episcopo Cracoviensi. Valor octo marcarum. Scoltetia non est, neque taberna.

Zambkowicze, villa episcopalis sub parochia de Slawkow. In qua septem lanei cmethonales, duae hortulaniae, una taberna, de quibus decimatur episcopo manipulo. Valor septem marcae. Scoltetia non est ibi.

Biczina, villa sub parochia de Slawkow, episcopalis. In qua decem lanei cmethonales, et quilibet pro decima manipulari episcopo solvit duas siliginis, duas tritici, et duas avenae mensuras. Item scoltetus est ibi, qui habet duos laneos de quibus decimat......

Lossyen, villa episcopalis sub parochia de Slawkow. In qua viginti lanei, de quibus decimatur episcopo manipulo. Valor decem marcae. Scoltetia est ibi habens duos laneos, una taberna, una hortulania, de quibus etiam decimatur pro episcopo manipulo.

Czyangowycze.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctis Nicolao et Bartholomaeo dicatam, cuius haeres Johannes Pyleczsky de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item praedium, item tabernae.

Rokythno, villa sub parochia ecclesiae de Czyangowycze sita, cuius haeres Salomon consul Cracoviensis, nobilis de domo Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Cyangowycze, et valor eius aestimatur ad ...... marcas.

Wyeszolka, villa sub parochia de Czyangowycze sita, cuius haeres Salomon praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Czyangowycze, cuius valor aestimatur ad .....

Tres fabricae, in quibus laboratur ferrum, sub parochia ecclesiae de Czyangowycze sitae, quarum haeres Pyleczsky de domo Lelywa, et pro iure parochiali solvunt omnes fabricae ecclesiae in Czyangowycze per unam marcam.

Woykowycze Kosczelne.

Villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, et Sancto Martino

dicatam, cuius haeres Johannes Dzaleczsky pro una medietate, et Matthias, Andreas et Nicolaus pro altera medietate. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ...... Item praefata ecclesia habet agros speciales, pro suo praedio et necess...

UYESZDZECZ ULTERIOR, villa sub parochia de Woykowicze Kosczelne sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes Grabowsky. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et praedia, de quibus decima manipularis ecclesiae in Schewior. Item villa praefata solvit ecclesiae in Woykowicze columbationem et Sancti Petri denarium.

UYEZDZECZ PROXIMIOR, villa sub parochia de Woykowicze Kosczelne sita, cuius haeredes Matthaeus, Andreas et Nicolaus de domo Nowina; quae habet duos laneos cmethonales, de quibus decima manipularis ecclesiae in Schyewyor. Item villa praefata solvit ecclesiae in Woykowycze columbationem et Sancti Petri denarium.

DAMBYE, villa sub parochia de Woykowicze sita, cuius haeredes Nicolaus Dambsky de domo Sternbark, Johannes Golansky de domo Sternbark et Johannes Ugyeszdzsky de domo Nowina. In qua sunt sex lanei cmethonales, item scoltetiales duo lanei, de quibus omnibus decima .... Item duo praedia, de quibus decimatur ecclesiae praebendatae Sancti Johannis Baptistae Cracoviae sitae, qui sunt patroni ..... Item villa praefata solvit in Woykowicze ecclesiae columbationem et Sancti Petri denarium.

GOLYANSCHA, villa sub parochia de Woykowicze sita, cuius haeres Nicolaus Dambsky iudex terrae Schyewyeriensis, de armis Sternbark, Johannes Golansky de armis Sternbark. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, sed perceptio eius diversificatur; uno enim anno tollit illam episcopus Cracoviensis, alio vero ecclesia et plebanus de Czyelyadz, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item duo praedia, de quibus decimatur ecclesiae Sancti Johannis in Cracovia.

MALNYOWICZE, villa sub parochia de Woykowicze sita, cuius haeredes Johannes Golansky, Nicolaus Dambsky et Andreas....; in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima...... Item villa praefata solvit ecclesiae in Woykowicze columbationem et denarium Sancti Petri.

BANDZYN.

Oppidum regium habens in se ecclesiam parochialem lapide muratam, et Sancto ..... dicatam. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis pro ecclesia et plebano in Bandzyn. Item plebanus et ecclesia habent ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Pogonya, villa sub parochia de Myslowice sita, cuius haeres Stephanus Kowacz de domo Serpentum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecuniaria per octo grossos de laneo, plebano in Myslowicze.....

Malobandz, villa sub parochia de Bandzyn sita, cuius haeres Nicolaus Schestrzenyecz, nobilis de domo Kornicz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis......

Sarnow, villa sub parochia de Bandzyn sita, cuius haeredes Matthias et Jacobus de armis Nowina in terra Szewyerinensi. In qua sunt quinque lanei cmethonales et duae hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis......

Lagyscha, villa sub parochia de ....

Syemunya.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius unicus patronus et collator est episcopus Cracoviensis pro tempore; prisci enim patroni et haeredes villae praefatae, et signanter Urbanus et Johannes Swirczina de domo Nowina, et alii, Paulo Sczirba plebano in Schemunya interfecto et undis suffocato, amisso iure collationis, ius providendi ad episcopum Cracoviensem deinceps est devolutum. Cuius haeredes nunc sunt Johannes Swircznia de domo Nowina, Gregorius, Jaszko, Stanislaus et Nicolaus Capusta, de domo Streparum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quatuor hortulaniae habentes agros, item quatuor praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Syemunia, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas latorum grossorum Pragensium.

Korzysthky, villa sub parochia de Szemunye sita, cuius proprietas ad Johannem Swyrczyna de Syemunya nobilem de domo Nowina pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, tres hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia de Szemunya, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

Gora, villa sub parochia de Szemunya sita, cuius haeredes Matthias Uyesthky de domo Nowina, Nicolaus et Petrus dicti Rogozowye de domo Streparum. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quorum duobus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi; de duobus vero laneis, et duobus praediis militaribus, solvitur ecclesiae in Szemunya, et valor decimae plebanalis ad quatuor marcas aestimatur.

Thwardowycze, villa sub parochia de Szemunya sita, cuius proprietas ad Casimirum Thwardowsky nobilem de armis, quae portant duo cornua cervina pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus

perceptio decimae diversificatur; nam de medietate villae et praedii, decima manipularis solvitur ecclesiae in Szemunya, et valor eius aestimatur ad quatuor marças, de altera autem medietate agrorum et praedii solvitur ....

Gawschycze, villa sub parochia de Szemunya sita, cuius haeres pro media parte Johannes Szestrzenyecz, et pro altera parte Matthias Mokrsky. In qua sunt octo lanei cmethonales, et duo praedia militaria, et decimatur episcopatui Cracoviensi, de agris cmethonum; de uno vero praedio militari et uno agro cmethonali, pro ecclesia in Szemunya, et valor eius ad unam marcam.

Dobeslawycze, villa sub parochia de Szemunya sita, cuius haeres Stanislaus Rudsky de domo Pylawa. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo sex grossi lati, pro episcopo Cracoviensi; item pro *meschne* ecclesiae in Szemunya, una mensura siliginis et una avenae, de quolibet laneo.

Brznykowycze, villa sub parochia de Thargoschycze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem totalis pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et una hortulania, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Szemunya, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Non est ibi praedium aliquod, neque scoltetus.

Lubyanky, villa sub parochia de Szemunya sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ecclesiae de Szą̨ndczow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Strzezowycze, villa sub parochia de Szemunya sita, episcopalis. In qua de septem laneis cmethonalibus decimatur pro episcopo Cracoviensi, de tribus vero praediis militaribus videlicet, Stanislai, Martini et Pauli, pro ecclesia in Szemunya.

Myszlkowycze, villa de parochia Szemunya, cuius haeres Johannes Myslkowsky de domo Pylawa; lanei decem cmethonales, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi.

Cozyeglowi.

Oppidum et castrum in terra Syewyeriensi, habens in se parochialem ecclesiam, corpus ligneum, chorum vero muratum habentem, et in honorem Corporis Christi dicatam, cuius haeres Johannes Cozyeglowsky de domo Vulpium; cuius ecclesiae plebanus Swanthoslaus de Pothok. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per octo grossos latos Pragenses, praebendario in Pelcznicza, et summa facit duas marcas. Item ecclesia et plebanus in Cozyeglowi habet duos laneos pro praedio suo, et prata et hortum. Item de quolibet laneo oppidanorum habet plebanus unam mensuram siliginis et alteram avenae. Item

est ibi praedium militare sive castrense, de cuius agris cedit decima manipularis presbytero castrensi. Item est ibi advocatia, habens duos laneos agrorum in oppido, de quibus solvit decimam pecunialem cum oppidanis praebendario in Pelcznicza: item plebanus in Cozyeglowi habet columbationem post oppidanos et offertorium; item sunt ibi quinque molendina, de quibus solum duo habent agros, de quibus solvitur decima.....

Czinkow, villa sub parochia de Cozyeglowy sita, cuius haeres Johannes Cozyeglowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Cozyeglowi, et valor eius aestimatur ad .....; item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, neque praedium.

Woyslawycze, villa sub parochia de Cozyeglowy, cuius haeres Johannes Kozyeglowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Cozyeglowi, et valor eius aestimatur ad .....

Fabrica ferri alias Kamyenycza, sub parochia de Kozeglowy sita ....

Gnyazdow, villa sub parochia de Kozyeglowy sita, cuius haeres Johannes Cozyeglowsky. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit praebendario in Pelcznicza per octo grossos latos; item non sunt tabernae, neque hortulaniae, neque praedium. Item advocatus de Cozyeglowy habet ibi unum laneum proprium. Item plebanus de Cozyeglowi habet ibi piscinam unam.

Fabrica ferri Pawlowska, alias Warczska, taberna sub parochia de Kozyeglowi sita.........

Stare Kozyeglowi.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, per Cristinum Cozyeglowsky palatinum Sandomiriensem lapide muratam, et honori Sanctorum Nicolai et Alberti dicatam, cuius plebanus Clemens; cuius haeres Johannes Kozeglowsky de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in antiqua Kozyeglowy, et valor eius aestimatur ad ..... item plebanus habet ibi duas piscinas, item habet agrum proprium et prata. Non est ibi praedium, neque tabernae, neque hortulaniae.

Pyenczicze, villa sub parochia ecclesiae de Stare Kozyeglowy sita, cuius haeres Nicolaus Mirzowsky de armis Griffonum. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in antiqua Cozyeglowi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item non sunt tabernae,

neque hortulaniae; item praedium est ibi, de quo pro decima solvitur media marca ecclesiae in Mislowicze.

ZYELISLAWYCZE, villa sub parochia de Syewyor sita, cuius haeres Stanislaus Bąduschky de armis Ostoya, et Petrus de domo Pylawa. In qua quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in antiqua Cozyeglowi; item est ibi praedium unum militare, item scoltetus habens duos laneos, quae omnia decimant pro plebano in Cozyeglowi, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

MARKOWYCZE, villa sub parochia de Syewyor sita, cuius haeres Bądusch. In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Cozyeglowy.

VINOWNO, villa sub parochia de Syewyor sita, cuius haeres Johannes Kozeglowsky. In qua sunt septem lanei cmethonales, et scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima pecunialis et canapalis pro ecclesia in Plysczyna, et valor eius aestimatur ad . . . .; item non est praedium, neque taberna, neque curia.

RZEWNYSCHOW, villa sub parochia de Syewyor sita, cuius haeres Badusch. In qua sunt lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Rzewnyschow, et valor eius aestimatur ad . . . . . . Item duae fabricae Przedmyesczska Poludnyowska videlicet et Jurgowska, sunt de parochia Stare Kozyeglowi.

LGOTHA, villa sub parochia in antiqua Kozeglowy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Stare Kozyeglowy. Item habet ibi altarista Sanctae Mariae quinque marcas census in agris, pro altari.

MISLOW, villa sub parochia de Antiqua Kozyeglowi sita, cuius haeres Johannes Kozeglowsky. In qua sunt viginti septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pecunialis et canapalis pro ecclesia in Targoschicze; valor eius ad octo marcas latorum grossorum aestimatur, nunc tamen solummodo marcae sex provenirent, dum iuste extraderetur decima.

GANSCHIN, villa sub parochia de Nova Kozyeglowi sita, cuius haeres Johannes Kozeglowsky de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Nova Kozeglowi, et valor eius aestimatur ad . .

SYEDLYECZ, villa sub parochia ecclesiae de Nova Cozyeglowi sita, cuius haeres Johannes Kozeglowsky de armis Vulpium. In qua sunt

lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Nova Cozyeglowy.

KROSSIN, villa sub parochia de Nova Kozyeglowy, cuius haeres Johannes Kozeglowsky de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Nova Kozeglowy. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur presbytero castrensi.

Ecclesia praebendalis Sanctae Crucis,

cuius praebendarius Petrus de Cronulow, cuius patronus ....: item habet piscinam in Kozyeglowi oppido ... Item praebendarius habet ibi unum laneum, de quo sibi solvitur pro annuo censu ....., item habet et unam piscinam.

MROSZOW, villa sub parochia de Mirow sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendario Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad ......

POSTAWCZICZE, villa sub parochia de Mirow sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis praebendario Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad .... Item praebendarius tenetur legere tres missas in septimana, die videlicet dominica Sanctae Trinitati, feria secunda pro peccatis, et sexta feria Sanctae Cruci.

Altare in nova Kozyeglowi Sanctae Mariae dicatum, et per Johannem Kozieglowsky fundatum.

CHROSCHCZEBROD.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam in honorem Beatae Virgini Mariae, Sancto Stanislao et Sancto Bernardino dicatam, et per Thomam Strzempynsky, olim episcopum Cracoviensem, fundatam; cuius proprietas pertinet ad Nicolaum Myrzowsky de armis Griffonum, ad cuius instantiam et petitionem humilem erecta et fundata est ex duabus ecclesiis, tanquam matricibus, Slawcoviensi videlicet et Szyewycrensi. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Chroschczebrod, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius etiam agris decimatur ecclesiae in Chroschczebrod, et valor eius ad sex marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi duos laneos cum pratis, item duas piscinas, quod et quas donavit ei in usum et proprietatem praefatus Nicolaus Myrzowsky, primarius fundator.

THUCZNOBABA, villa sub parochia de Chroschczebrod, cuius haereditas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per octo grossos mediorum grossorum. Item

scoltetia est ibi, habens quatuor laneos, et de quolibet laneo pro decima solvebantur olim plebano Slawkoviensi octo grossi, nunc autem iam solvuntur ecclesiae in Chroschczebrod.

ZAMBKOWYCZE, villa sub parochia de Chroschczebrod sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item non est praedium, neque taberna.

SZYKORKA, villa sub parochia de Chroschczebrod sita, cuius haeres Matthaeus iudex Szewyerensis, de armis Nowyny. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, sed pro nunc in toto deserti, de quibus si colerentur, solverentur de quolibet laneo sex grossi lati pro decima pecuniali, pro ecclesia et plebano in Chroschczebrod; scoltetia est ibi, habens duos laneos, inclusos in praefatis duodecim.

MYRZONYCZE, villa sub eadem parochia ecclesiae de Chroschczebrod sita, cuius proprietas ad Nicolaum Myrzowsky de armis Griffonum pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur ecclesiae in Plschyna, de quolibet laneo per tres grossos latorum grossorum Pragensium. Item ecclesia in Chroschczebrod tantummodo ibi habet columbationem, quam olim habebat ecclesia in Szyewyor.

WYSSOKA, villa sub parochia de Chroschczebrod sita, cuius proprietas ad Salomonem consulem Cracoviensem de armis Cygnorum. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per sex grossos ecclesiae et plebano in Chroschczebrod, quae alias solvebatur ecclesiae in Szyewyor.

CHECHEL.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeredes in toto milites de armis diversis Pylawy, Ostoya, et nobiles de armis Przegynya. In qua sunt lanei cmethonales, sed haeredes occupant illos, et soli per se arant; de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano eius in Chechel, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item taberna una ecclesiae tres marcas solvit et duo vasa cervisiae Pylcensis, et unum lapidem sepi, et servit quod mandatur; item hortulaniae duae plebani unum fertonem, et servit quod mandatur quaelibet. Item plebanus habet pro dote sua tres laneos agrorum, habet et prata sufficientia et copiosa, item habet et molendinum, de quo plebano pro censu solvuntur duae marcae, et duo porci nutriuntur; item plebanus habet duas piscinas bonas, in fluvio dicto Carthoria, de quibus praeter usum suum, per singulos tres annos poterit vendere pisces pro quindecim marcis; item habet libertatem piscandi pisces in quatuor fluviis, Carthoria, Przemsza, Byala, Chechelyecz; item

habet tabernam propriam in Chechel, quae pro annuo censu solvit sibi tres marcas et duo vasa Pilczensis cervisiae; item habet sylvas amplas et latas pro dote sua. De columbatione tollit plebanus pro quolibet festo Paschae, tres marcas de universa parochia.

Grabowa, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeredes Czebrzik Laurentius, Procopius, Gregorius, Martinus Loszgerius, de armis Pylawa, Przeginia, Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia militaria, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chechel, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Blandow, villa sub parochia ecclesiae de Chechel sita, cuius haeredes Florianus de tribus Tubis et alii octo de Pylawa. In qua sunt quindecim lanei cmethonales et praedia nobilium, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Chechel, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item episcopatus Cracoviensis habet ibi sex laneos cmethonales, cum censu et decima manipulari.

Nyegowanycze, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeredes Przedborius Starzinsczi de armis Helm et alii. In qua sunt hortulaniae habentes agros, et lanei cmethonales, quos haeredes arant, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Quasznyow, villa sub parochia ecclesiae de Chechel sita, cuius haeres Johannes de armis Stary Kon. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad sex marcas . . . Item est ibi praedium militare, item hortulaniae quinque habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Riczowyek, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeres Johannes Quasznyowsky de Equis Antiquis. In qua sunt septem hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . .

Riczow, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeres dominus rex illustrissimus Poloniae quilibet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sedecim grossos communes, episcopatui Cracoviensi. Item est ibi scoltetia habens agros, de qua solvitur una marca plebano in Chechel, pro decima manipulari, aliquando una sexagena.

Rodaky, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeredes Salo-

mon et Petrus, consules Cracovienses de Cygnis. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi scoltetia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Golczowycze, villa sub parochia ecclesiae de Chechel sita, cuius haereditas pertinet ad illustrissimum Poloniae regem. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi. Item in eadem villa est scoltetia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas; item hortulaniae etiam solvunt manipulo pro ecclesia in Chechel.

Kanky, villa sub parochia de Chechel sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

Czeslin, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeres Martinus nobilis de armis Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Chechel, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Chechel.

Krzywoplathi, villa sub parochia de Chechel sita, cuius haeres quilibet palatinus Cracoviensis. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius .....; item quatuor hortulaniae, quatuor habentes agros pro episcopo Cracoviensi .....

Grodzyecz.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad monasterium et praepositum monialium de Zwyerzynyecz, prope Bandzin sita. In qua sunt octuaginta lanei cmethonales, minus duobus, de quibus omnibus decima .... Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Grodzecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia et plebanus habent ibi agros proprios, pro suo praedio et necessitate.

Grodkow, villa sub parochia de Grodzecz sita, cuius proprietas ad Gawrusch de armis, quae gladium et duas lunas portant, pertinet. In qua sunt lanei cmethonales .....

Pszary, villa sub parochia de Grodzecz sita, cuius proprietas ad Derslaum de Sternberg, Nicolaum Wythkowsky iudicem terrae Bythomiensis etiam de armis Sternberg, pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales et duae hortulaniae, de quibus solvitur decima ....,

BISKUPYCZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct .... dicatam, cuius proprietas ad episcopum Wratislaviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ..... Item habet ibi ecclesia et eius plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

KAMYEN.

Villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sanct ..... dicatam, cuius haeredes Albertus et Johannes nobiles de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales de quibus solvitur ...... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos, pro suo usu, praedio et necessitate.

CZELYADZ.

Oppidum in terra Szevyeriensi situm, habens ecclesiam parochialem ligneam, honori beatissimi Stanislai pontificis et martyris dicatam, cuius proprietas ad Cracoviensem episcopum pertinet. In quo triginta minus uno lanei oppidanorum censuales, item sunt tres ultra illos lanei liberi, unus advocati de Czelyadz, duo vero Prelaysky, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos latorum grossorum Pragensium. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

DAMBYE, villa sub parochia de Woykowycze sita, cuius proprietas ad Nicolaum iudicem Szyevyeriensem, et ad Matthiam dictum Macz et ad Byerth et Gołąschsky pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam uno anno solvitur pro episcopo Cracoviensi, altero vero ecclesiae et plebano in Czeladz, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Ibidem sunt duo praedia militaria, quae solvunt decimam ecclesiae Sancti Johannis Baptistae in Cracovia.

MILEOWICZE, villa sub parochia de Czeladz sita, cuius proprietas ad praepositum et monasterium Sanctae Margarethae extra muros Bythomienses pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales et duae hortulaniae, de quibus solvitur decima. Item est ibi scoltetia, habens tres laneos et unum molendinum, et unam tabernam habentem agros, et solvit decimam......

ZAGORZE, villa sub parochia de Myslowicze sita, cuius haeredes .... de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Czeladz, cuius valor ad sex marcas aestimatur; de praedio vero, tabernis et hortulanis solvitur et datur ad Myslowicze.

ILKUSCH,

oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, et Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius proprietas ad Serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima

manipularis et canapalis pro .... Item est ibi praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Chrzanow; item ecclesia et plebanus in Ilkusch habent agros et prata pro praedio suo, item habet domum et hortum extra et in suburbio oppidi, de quibus pro annuo censu solvitur sibi una sexagena; item de alia domo, ratione areae, solvitur sibi ferto: item habet et hortum alium, de quo etiam pro annuo censu capit sedecim grossos.

Chrzanow, oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, et Sancto ...... dicatam, cuius haeres Stanislaus Liganza. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Ilkusch. Et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Boguczin, villa sub parochia de Ilkusch sita, cuius haeres Salomon civis de Cracovia. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Ilkusch, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Clucze, villa sub parochia de Ilkusch sita. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Ilkusch, et valor eius aestimatur ad mediam quartam marcam.

Pomorzani, villa sub parochia de Ilkusch sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt . . . lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Ilkusch.

Parcze, villa sub parochia de Ilkusch sita, cuius haeres serenissimus rex Poloniae. In qua sunt lanei emethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Ilkusch, et valor eius aestimatur ad .....

Sczurada, villa sub parochia de Ilkusch sita. In qua sunt lanei cmethonales de quibus . . . Item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Ilkusch, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Zyglyn maior.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct . . . dicatam, cuius proprietas ad ducem Bythomiensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur . . . . Item habet ibi ecclesia et plebanus eius proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Zyglyn minor, villa sub parochia de Zyglin maiori sita, cuius haeres Nicolaus Podgolya de domo Czaczkonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus . . .

Gorinicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeredes Nicolaus, Hinek et Petrus fratres germani de armis Stary Kon. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . ., praeter medium laneum cmethonalem, de quo decima plebano in Gorinycze; item plebanus eiusdem villae habet ibi *meschne*, de quolibet laneo quatuor choros tritici et quatuor avenae. Item est ibi scoltetia, habens unum laneum, de quo plebano solvitur decima pecunialis per sedecim grossos. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Gorinicze; item habet ibi plebanus agros pro praedio suo.

Zagorzany, villa sub parochia de Ostrowyecz sita, cuius haeres Matthias Zagorzansky de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item est ibi praedium militare, post cuius unum laneum decimatur ecclesiae in Zagorzany.

Karnyowicze, villa sub parochia de Trzebinya sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis..., praeter unum laneum, de quo decimatur in Gorynicze.

Syewyor.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se, Sancto Matthiae Apostolo dicatam, cuius chorus est lapide muratus, corpus vero ligneum; cuius proprietas ad Cracoviensem episcopum pertinet, qui est illius ecclesiae unicus collator et patronus. In quo sunt triginta lanei oppidanorum, item est ibi advocatia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro ecclesia et plebano in Szewyor, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum; item ecclesia in Szewyor habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate; item habet duas piscinas optimas, quarum una in biennio potest vendi pro viginti florenis.

Goluchowycze, villa sub parochia de Szyewyor sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item scoltetia habens unum laneum liberum, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Sanczow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa praedium episcopale sive castrense, largum et largos habens campos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Szyewyor, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Lagiza, villa sub parochia de Szewyor sita, cuius proprietas ad

episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt triginta tres lanei cmethonales, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, et quilibet solvit sex grossos latorum grossorum Pragensium. Item est ibi scoltetia habens septem laneos, de quibus solvit decimam . . .

Woykowycze Komorne, villa sub parochia de Szyewyor, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, quae habet tres laneos cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum; item est ibi una hortulania, item est ibi scoltetia habens duos laneos liberos, item unum molendinum et hortulaniam, de quibus solvitur decima ecclesiae in Mislowicze; item est in eadem villa unus laneus, qui cum omni iure spectat ad proprietatem ecclesiae et plebaniae in Szewyor, de quo sibi solvitur una marca latorum grossorum Pragensium; decima autem de eodem laneo pecunialis solvitur episcopo Cracoviensi, unus ferto latorum grossorum.

Szulikow, villa sub parochia de Szewyor sita, cuius haeredes Johannes et Micossius nobiles de domo Prawditarum. In qua sunt duo lanei et quatuor hortulaniae habentes agros, item est ibi unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Trzebislawicze, villa sub parochia de Szewyor sita, cuius haeredes Paulus Spargalth de domo Wyenyawa et Nicolaus Myrzowsky de domo Griffonum et Marcissius Grabowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima . . . . . Item in praefata villa non est scoltetia.

Dzewki, parochia in Szewyor, haeres N . . . Mirzowsky, novem lanei cmethonales, decima manipularis totalis solvitur ecclesiae et plebano in Targoschicze, et valor eius ad duos florenos aestimatur.

Zelislawicze, villa sub parochia de Szewyor sita, cuius haeredes Stanislaus Banduszky de armis Osthoya et Petrus de armis Pylawa, quae habet quindecim laneos, item scoltetiam, quae habet unum laneum, item praedium militare, de quibus omnibus, manipularis tantummodo non canapalis decima, solvitur pro ecclesia in Antiqua Kozyeglowi, et valor eius ad decem marcas aestimatur.

Warązin, parochia Szevyerensis, proprietas villae plebani de Szewyor, quae habet sex laneos, et de quolibet solvitur plebano . . .; item est ibi taberna plebani, quae solvit pro censu . . .

Repti.

Villa habens parochialem ecclesiam, muro lapideo pulchro opere, per Henricum de Repti canonicum Cracoviensem una cum coemeterio fabricatam,

et Sanct . . . . . dicatam . . . . . in se, cuius haeres Wroczslaus de domo . . . . . .

SANCZOW.

Villa habens parochialem ecclesiam, lapide albo fabricatam, et Beato Jacobo dicatam in se, cuius haeredes Matthias et Derslaus fratres. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus decima manipularis datur episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item sunt ibi agri quidam, qui vocantur *poszwąnthni*, de quibus duobus annis et duobus campis solvitur decima manipularis ecclesiae in Szemunya: item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

THOMKOWYCZE, villa sub parochia de Sanczow, cuius haerès Stanislaus Rudsky de armis Pylawa. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, decima pecunialis per sex grossos latos pro episcopo Cracoviensi, item pro *meschne* una mensura siliginis et altera avenae, ecclesiae in Sanczow.

PYRZOWICZE, villa sub parochia de Sanczow sita, cuius haeres Stanislaus Ruczsky de armis Pylawa. In qua duodecim lanei, decima pecunialis per sex grossos pro episcopo Cracoviensi; item pro *meschne* mensura siliginis et altera avenae ecclesiae in Sanczow.

OZOROWICZE, villa sub parochia de Sanczow sita, cuius haeredes Matthias et Derslaus Ozorowsczy, quae habet undecim laneos, de quibus decimatur . . . Ibidem sunt lanei tres episcopales, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Thargoschicze.

PLAZA.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanctae Cruci dicatam, cuius haeres Johannes Plaszsky de armis Thopori. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima . . . . . Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et eius plebano in Plaza, et valor eius aestimatur ad . . . . Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos, pro suo usu et necessitate.

BOLECZYN, villa sub parochia de Plaza sita, cuius haeres Johannes Plasszky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Ilkusch, cuius valor aestimatur ad . . . Item est ibi praedium unum, de cuius agris decimatur ecclesiae in Plaza, et valor decimae aestimatur ad . . .

NOVOMONCZE alias NOWA GORA.

Oppidum habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Spiritui dicatam, cuius haeres Andreas Thanczynsky de armis Bippennium. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima vario modo . . .

KOSCZYELECZ.

Villa habens ecclesiam parochialem muratam, Sancto Johanni Baptistae

dicatam, cuius haeres Stephanus Pogorszky de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano ibidem in Kosczyelecz, et valor eius aestimatur ad . . .; item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Lybyansch maior, villa sub parochia ecclesiae in Cosczelecz, cuius haeres Stanislaus Ligąza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Oszwanczim, cuius valor aestimatur ad . . . Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Kosczeliecz.

Lybyansch minor, villa sub parochia de Cosczelecz sita, cuius haeres idem Stanislaus Lyganza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Oszwanczim; et valor eius aestimatur ad . . .

Balylyna, villa sub parochia de Kosczelecz, cuius haeres Balynsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Slawkow, cuius valor aestimatur ad . . . . . Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Kosczelecz.

Pogorzicze, villa sub parochia ecclesiae de Coszczeliecz sita, cuius haeres Stephanus Pogorsky de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . .

Chrzanow.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sancto Nicolao dicatam. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Chrzanow, cuius valor aestimatur ad . . ., item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu, praedio, et necessitate.

Bithom.

Oppidum habens parochialem ecclesiam muro fabricatam in se, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius proprietas et collatio pertinet ad monasterium Sancti Vincentii ordinis praemonstratensis. In quo sunt quinquaginta lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, per unum fertonem latorum grossorum de quolibet laneo, pro parochiali ecclesia et eius plebano ibidem in Bythom; item habet ibi ecclesia et eius plebanus praedium et pratum, pro usu suo et necessitate. Item in suburbio sunt multi haeredes, habentes agros speciales.

Mislowycze.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam lapide, Sanctae

Mariae Nativitati dicatam, cuius haeres dux de Plczyna. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecuniaria plebano in Myslowice quae prius erat manipularis, cuius valor ad sex cum media marcas aestimatur; item ecclesia et plebanus ibi habet proprios agros liberos, pro suo usu, praedio et necessitate; item est ibi praedium militare, de quo datur decima manipularis, cuius valor quatuor marcarum.

Porambka, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item una taberna et hortulania habentes agros, de quibus pro una medietate solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Myslowycze, cuius valor ad septem marcas aestimatur; pro altera autem medietate, solvitur et conducitur decima pro ecclesia et eius plebano in Jaworzno, et valor eius ad septem marcas aestimatur.

Brzezynka, villa sub parochia de Mislowicze, cuius proprietas ad haeredem de Pczyna. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima pecuniaria .....; columbationem et denarium Sancti Petri solvit ecclesiae in Mislowice.

Brzanczkowice, villa sub parochia in Myslowice, cuius proprietas ad dominum Pczynensem pertinet. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima pecuniaria; item est ibi scoltetia, de qua scoltetus plebano in Mislowice ratione decimae, singulis annis pro festo Sancti Martini solvit sedecim grossos.

Roszdzyen, villa sub eadem parochia, cuius proprietas ad dominum de Plsczina spectat. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima manipularis per medium ad Czelandz et medium ad Myslowice, quam tollit minister ecclesiae in Mislowice.

Kożyniecz, villa deserta sub eadem parochia. In qua sunt lanei, qui seminantur, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Myslowice, valoris unius marcae.

Szyepyeniecz, villa deserta sub eadem parochia, praefati domini Pczynensis. In qua est scoltetia, de qua datur decima manipularis ecclesiae in Myslowice, quam tollit minister.

Szyedlecz, villa sub parochia de Mislowice, cuius proprietas ad dominum Jaroczky pertinet. In qua sunt quindecim lanei, de quibus datur decima manipularis ad Czeladz, item ibi est praedium militare, ... de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Mislowice, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur; item in eadem villa plebanus de Mislowice habet tabernam propriam cum agris.

Zagorze, villa sub eadem parochia, cuius haeres Johannes Zagorsky et dominus Jaroczky. In qua sunt quindecim lanei, de quibus solvitur

decima manipularis ad Czeladz; cuius valor aestimatur ad sex marcas; item praedia militaria habentia sufficientes agros, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Myslowicze, valoris duarum marcarum.

Clymuntow, villa sub parochia de Mislowice, cuius proprietas pertinet ad dominum Jaroczky. In qua sunt sedecim lanei, de quibus solvitur decima ..... Item est ibi scoltetia, de qua conducitur manipularis decima ad Mislowice, cuius valor aestimatur ad duos florenos.

Pogonya, villa sub parochia de Mislowice. In qua sunt septem lanei, et de quolibet laneo datur per octo grossos polonicales, ratione decimae, plebano in Mislowice; item est ibi scoltetia, de qua datur decima manipularis plebano in Mislowice, et hortulanus unus solvit per quatuor grossos eidem.

Porambka, villa sub parochia de Mislowice .... Item est ibi scoltetia cum agris, de quibus datur decima manipularis ad Mislowice, cuius valor ad mediam marcam.

Villae parochiales: oppidum Mislowice, et villae Brzezinka, Brzanczkowice, Kozyniecz, Szepenicza, Roszdzyen, Zagorze, Szyedlecz, Clymunthow, Pogonya et Porambka, de quibus omnibus et singulis datur columbatio et denarium Sancti Petri, quilibet hospes per unum grossum, et inquilinus per medium grossum, cuius valor ad tres marcas.

Extra parochiam proventus:

Woykowicze Komorne, villa sub parochia de Szyewyor prout supra, sub eadem parochia latius continetur. Ubi inter caetera, est scoltetia habens duos laneos liberos, unum molendinum et hortulaniam, de quibus solvitur manipularis decima ecclesiae in Myslowicze, valoris duorum florenorum.

Pyenczicze, villa sub parochia villae Stare Kozyeglowi supra signata, sed est sub parochia de Woykowicze Kosczyelne, prout supra ibidem. In qua villa est praedium militare, de quo decima solvitur media marca ecclesiae in Myslowice.

Coszmyrow, villa sub parochia de Luborzycza, cuius haeres Janussius Koszmyrowsky. In qua sunt lanei ....., de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Luborzycza, item praedium habens agros, tabernam et hortulanos, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Myslowice, cuius valor ad septem marcas.

Gosszycze, villa sub parochia de Luborzycza, cuius proprietas spectat ad dominam Hedvigim de Thanczyn, consortem domini Petri Opalensky. In qua sunt lanei, de quibus datur decima manipularis pro canonicatu Cracoviensi ...... Item est ibi unum notabile praedium, habens

tabernam et hortulanos, de quibus omnibus datur decima manipularis ecclesiae in Myslowice, cuius valor ad sex marcas.

Rawolowice, villa sub eadem parochia Luborzycza, cuius haeres praefata domina Hedvigis. In qua sunt.... lanei, de quibus datur decima manipularis....; item praedium egregium, quod habet agros notabiles, tabernam et hortulanos, de quibus, ac certis agris desertis eiusdem praedii, datur decima manipularis ad Myslowice, cuius valor ad sex marcas ..... Cuius quidem ecclesiae parochialis in Mislowice sunt patroni, dominus Alexius Turzo, modernus haeres Pczynensis, primus collator de Myslowice, dominus Jaroczky de Sziedlecz, Pogonya et Clymunthow secundus, tertius dominus Zagorsky de Zagorze, quartus domina Hedvigis Opalenska de Gossicze et Rawolowicze, et quintus dominus Janussius Koszmyrowsky de Coszmyrow haeredes. Item praefata ecclesia in Mislowice et ipsius rector, habet tres laneos seu mansos agrorum et duo prata, unum circa laneos, et aliud magnum penes mericam suam propriam. Item habet fluvium Przemscha, cum utraque ripa per totam haereditatem villae Szyedlecz et oppidi Myslowice; item duas piscinas egregias: insuper habet quatuor hortos satis amplos.

Praebenda in Mislowice in honorem Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, per haeredem et plebanum de Myslowice fundata, pro cuius fundatione dominus plebanus dedit et donavit hortulaniam suam propriam, in qua aedificata est domus praebendarii, et unum laneum agri cum prato et tribus piscinis: et dominus haeres de Myslowice dedit et donavit similiter unum laneum seu mansum agri, et tres piscinas. Insuper idem dominus Mislowsky, eidem praebendario pro tempore existenti, locum aedificandi molendinum pro sua utilitate, in piscina magna in villa Roszdzyen sita. Qui quidem praebendarius tenetur singulis septimanis in ecclesia praefata in Mislowicze duas missas ..... Insuper tenetur quolibet festo celebri, esse in ecclesia et interesse turificationibus, ac cum domino plebano cantare psalmodiam in vesperis et matutinis, sub privatione panis et vini ab ecclesia praedicta. Cuius praebendae collatores et patroni, dominus plebanus pro tempore existens, et dominus Mislowsky sunt et debent esse.

Decanatus de Jrzandz nunc de Lelovia.

Irzandz.

Villa habens ecclesiam parochialem in se muratam, Sanct ..... dicatam, per Szwanthopelconem de domo Vulpium, cuius proprietas

pertinet ad Stephanum Swanthopelconem. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro ecclesia in Irzandz. Item sunt ibi duo praedia, unum Szwanthopelconis, aliud Johannis Pukarsky, de quibus etiam decima solvitur in Irzandz.

MIKOLAYOWYCZE, villa sub parochia de Irzandz sita, cuius proprietas haereditatis ad Szwanthopelconem pertinet de domo Vulpium. In qua lanei, de quibus solvitur decima in Irzandze, cuius valor aestimatur ad . . . . ; item non est ibi praedium.

WYLGOSCHA, villa sub parochia de Irzandz sita, cuius haereditas ad Johannem Pukarzowsky pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pro ecclesia in Irzandze, et valor eius aestimatur ad . . . . . .

WIGELZOW, villa sub parochia de Irzandz sita, cuius haeres Stanislaus Pucarowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima praeposito in Mszthow, et valor eius aestimatur ad . . . . . marcas.

ZAWATHKA, villa sub parochia de Irzandze sita, cuius haeres Johannes Pukarowsky de domo Srzyenyawa. In qua lanei cmethonales, de quibus decima solvitur episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item non est ibi aliquod peaedium.

ZAWADA, villa sub parochia de Irzandze sita, cuius haeres Swanthopelko Stephanus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus medietas decimae episcopo Cracoviensi, et medietas plebano in Irzandze solvitur, et valor ad marcas . . . . . aestimatur. Item est ibi praedium unum, de quo decimatur pro plebano suo, cuius decimae valor aestimatur ad . . . . .

SADOWYE, villa sub parochia de Irzandze sita, cuius haeres Paulus Sadowsky de domo . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro una parte episcopo, et pro altera plebano, et valor eius aestimatur . . . .

WOZNYKY, villa sub parochia Irząndze, cuius haeres Jacobik de domo Pobodzye. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima episcopo, et valor eius aestimatur ad . . . . marcas. Item est ibi praedium, de quo decima plebano in Irzandze . . . .

OLUDZA, villa sub parochia de Irzandze sita, cuius haeres est praepositus Myechovyensis, in qua sunt lanci cmethonales, de quibus solvitur decima pro . . . . .

GOLUCHOWYCZE, villa sub parochia de Irzandze sita, cuius haeres.... Goluchowsky de domo Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales . . . .

SLUP.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . . . dicatam, cuius haeres Stephanus Szwanthopelconis de domo Vulpium.

In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur. Item plebanus et ecclesia habet ibi speciales agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Raschkow, villa sub parochia de Slup sita, cuius haeredes Johannes, Petrus et Nicolaus, nobiles de domo Odrowansch. In qua viginti unus laneus cmethonalis, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur pro praepositura Cracoviensi, et valor eius ad quindecim marcas aestimatur; item taberna; item hortulani, item ibi sunt duo praedia militaria et duae curiae, quae iure parochiali pertinent in Sczekoczini, de quorum agris solvitur decima manipularis in Sczekoczini.

Zarnowyecz.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet; cuius plebanus magister Matthias de Cobylino. In quo sunt lanei oppidanorum, et de agris, qui Studzenniczno vocantur, solvitur decima pecunialis pro monasterio in Imramowicze; de aliis autem agris oppidi solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia. Item plebanus eiusdem oppidi habet tres laneos agrorum, dictorum Gorzkow, pro praedio suo, et prata sufficientia; item habet et columbationem ex oppido, item habet hortulanias in oppido in loco, qui vocatur Morawka; item in alia vero parte laneorum habet plebanus certas partes agri, alias *niwy*, penes publicam viam iacentes; item est ibi ecclesia in laneis praedicti oppidi sita, honori Sancti Adalberti dicata, matrix praedictae ecclesiae noviter fundatae, quam plebanus singulis diebus dominicis et festivis tenetur officiare, item est advocatia in eodem oppido, habens tres laneos agrorum, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Zarnowyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item est in eodem oppido advocatia, habens speciale molendinum in flumine Unyeowka; item est ibi praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis.......

Notandum autem quod ecclesia parochialis Sancti Adalberti in Antiqua Zarnowyecz, quae nunc appellatur de laneis, fuit ventrosa et in proventibus et decimis manipularibus abundans; sed omnes decimae eius meliores applicatae et unitae sunt monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, per Boleslaum pudicum ducem Cracoviensem et monarcham regni Poloniae, et eius ducissam Sanctam Kingam, tempore, quo moniales de Zawichosth in Skalam transtulit; relicti autem proventus infrascripti ecclesiae:

DOBRA, villa sub parochia Pilczensi sita, cuius haeres Johannes Pilyeczsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zarnowyecz, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur.

KAMPYE, villa sub parochia de Unyeow sita, cuius haeredes nobiles de armis Kozlya rogi. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Zarnowyecz. Item plebanus de Zarnowyecz habet unum hortum inter hortos oppidi Zarnowyecz, in loco Morawka, de quo solvitur sibi pro censu annuo una marca.

MALOSZICZE, villa sub parochia de Sancto Adalberto in suburbio oppidi Zarnowyecz sita, cuius haeres.... Sczekoczsky de armis Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur....

JEZYOROWYCZE, villa sub parochia ecclesiae Sancti Adalberti in suburbio Zarnowyecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium non est ibi.

WYRZBICZA, villa sub parochia Sancti Adalberti in suburbio Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro monasterio monialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ..... Item est in eadem villa praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis altari Sancti Vladislai in ecclesia Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Adalberto de laneis, sive de suburbio oppidi Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio monialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad ....

KORZICZANI, villa sub parochia Sancti Adalberti de laneis sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sancti Andreae in Cracovia. Item est ibi praedium regium, de cuius agris decimatur in

gonithwam pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad .....

Dobrakow, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius haeredes Przedborius, Sbigneus, Johannes fratres de Syethcza de armis Gelithonum. Iu qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, item duo praedia militaria, et quodlibet praedium nonnisi unum laneum continet, et de universa villa solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Zarnowyecz, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur.

Hotolya, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item praedium regium unum, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio monialium Sancti Andrae in Cracovia, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

Malischicze, villa sub parochia de Zarnowyecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, item molendinum unum habens agros, item praedium unum regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item de praedio datur decima ad ecclesiam in Zarnowyecz, similiter de taberna.

Cromolow.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem Sancto Nicolao Confessori dicatam cuius chorus, albo lapide muratus est, corpus vero ligneum, cuius haeres pro maiori parte Stanislaus Kromolowsky nobilis de armis Griffonum. In quo sunt lanei oppidanorum, ad praefatum Kromolowsky pertinentes, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Praeter autem hos laneos, est ibi unus laneus praepositi et monasterii de Msthow, et una hortulania, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Cromolow. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro plebano in Cromolow. Item praepositus et conventus monasterii Mstoviensis habet pro una medietate iuspatronatus, pro altera vero haeres. Item plebanus habet ibi agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Zirkowycze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius proprietas ad monasterium Mstoviense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur monasterio Mstoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item praedium, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum .....

Morsko, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius proprietas ad monasterium Msthoviense pertinet; in qua sunt decem lanei cmethonales, et una scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Mstoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas, aliquando ad decem. Praedium non est.

Skarzicze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius proprietas ad monasterium Msthoviense pertinet. In qua non sunt lanei distincti, sed hortulaniae in agris praedialibus locatae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Item sunt ibi hortulaniae septem.

Bzow, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeredes Janotha et Matthias de armis Ostoya, Masz et frater suus Jacobus de armis eisdem, Joannes Czebrzyk et Laurentius frater suus, Woyschyk et Jaschek de armis ..... Item tres hortulaniae, sed non habent agros; item tabernae non sunt, et omnes haeredes praefati decimant pro ecclesia et eius plebano in Cromolow, et valor eius aestimatur ad .....

Carlyn, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeredes .... de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Cromolow, cuius valor aestimatur ....

Losznycze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeres Johannes Pyleczsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro .....

Bylanowycze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeres...

Pomrozycze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeres ....

Dupycze, villa sub parochia de Cromolow sita, cuius haeres .....

Przyestan.

Przyesthan, villa habens in se ecclesiam ligneam Sanctae Cruci dicatam, cuius haeres Mykolayowsky de armis Wyssowye. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, et valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Przyesthan; item pro *meschne* de laneo quolibet solvuntur plebano tres chori siliginis et tres avenae.

Dankowycze, villa sub parochia de Clobuczko sita, sed propter distantiam longam, audiunt divina in Krzepycze. In qua sunt lanei, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi. Item fabrica dicta Przestanszka solvit *stolowe*, per unum grossum de qualibet domo, pro ecclesia et plebano in Przyesthan.

Notandum autem quod dicta villa Przesthan sita est post oppidum Krzepycze, et citra fluvium Liswarta, filia ecclesiae de Clobuczsko, in eius cura consistebat, arguens fortissimo et evidentissimo argumento,

quod oppidum Krzepycze ad Cracoviensem dioecesim pertinet, et quod oppidum Krzepycze archiepiscopatus Gneznensis per vim et iniuriam ad suam traxit, et trahit dioecesim.

CLOBUCZSKO.

Oppidum, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, vetus et antiquum. In quo ecclesia a Petro de Skrzyn comite lapide quadro murata, et Sancto Martino Confessori atque pontifici, atque Beatae Margarethae virgini dicata, quae per operam Johannis Dlugosch ex saeculari, in regularem canonicorum regularium Sancti Augustini translata est; propter quod, eius próventus hic non describimus, eo quod illos in regestro monasteriorum satis clare et plene scimus nos descripsisse. Asserunt autem veteres, propter galeam, quae in loco oppidi inventa est, dum oppidum conderetur, quam poloni suo lingvagio *klobuczek* vocant, Clobuczsko fuisse appellatum.

KRZYEPYCZE.

Oppidum regium, iuxta fluvium Lyswartha situm, in quo ecclesia conventualis canonicorum regularium Sancti Augustini per Hynczam de Rogow nobilem de domo Dzaloscha, murata. In quo sunt lanei non distincti oppidanorum, de quorum quolibet solvuntur pro decima pecuniali sex grossi et duae mensurae siliginis; item advocatia est ibi, habens octo laneos, de quibus solvit decimam pecunialem etiam per sex grossos de quolibet, siliginem autem non dat. Item est ibi praedium regium, de cuius agris decimatur in Antiqua Krzepycze. Item ecclesia praefata Krzepiczensis sita est in dioecesi Cracoviensi, sed Iaroslaus archiepiscopus Gnesnensis, per potentiam Casimiri regis secundi, abstraxit eam a dioecesi Cracoviensi, et sibi usurpavit, datis duabus decimis in utraque Zayąnczky pro ecclesia in Krzepycze, et haec ecclesia translata est de parochiali in conventualem, per operam praefati Hyncze, qui etiam de bonis haereditariis duabus villis Popow et Rąmbyelicze, dedit monasterio censum utriusque, laboribus tantummodo exceptis.

MYEDZWNO.

Villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales quadraginta quatuor, item sunt ibi quatuor scoltetiae habentes proprios laneos, item una taberna etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi; item habet ibi ecclesia et plebanus proprium agrum, pro suo usu et necessitate.

OSTROWI, villa sub parochia de Myedzwno sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per fertonem de quolibet laneo, pro epi-

scopo Cracoviensi: item ibi solvunt pro plebano in Myedzwno *meschne*, per duos choros siliginis et per duos avenae.

BYALA MINOR.

Villa, habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Stanislao dicatam, cuius haeres Benedictus Wyerusch de domo Wyeruschonum. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio in Clobuczsko; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Byala; item pro *meschne* solvitur de quolibet laneo per duos choros siliginis et per duos avenae.

BYALA MAIOR, villa sub parochia de Byala minori sita, cuius haeres Trepka de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis per sex grossos solvitur monasterio in Klobuczsko; item solvitur *meschne*, de quolibet laneo per duos choros siliginis et per duos avenae; item est ibi unus laneus praedialis, de quo decimatur ecclesiae in Byala; item molendinum dictum Merschanow ad eandem parochiam pertinet, quod habet agros speciales, de quibus decimat monasterio in Clobuczsko.

PODLESZYE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Aegidio dicatam, cuius haeredes Jacobus Konyeczpolsky et Clemens Korzensky de domo Streparum. In qua sunt viginti tres lanei cmethonales, de quibus decima manipularis plebano in Lelow, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item sunt ibi duo praedia, de quibus decima solvitur in Podleszye; item ibi sunt tres tabernae, una Jacobi, alia Clementis, tertia plebani, habentes agros; de plebani taberna pro censu solvuntur tres fertones.

ZALESZYE, alias WYETRZYCZA, villa sub parochia de Podleszye sita, cuius haeredes Pyaschyczsky Albertus de Boguchwal, de domo Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pro episcopo; item est ibi praedium militare, item una taberna, item molendinum, de quibus decima in Podleszye, et valor eius aestimatur ad . . . . . .

SCHIGANTHKA, villa sub parochia de Podleszye sita, villa regia. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima solvitur pro episcopo: item non sunt ibi praedia, nec hortulaniae, neque tabernae, et tantum istae tres villae pertinent ad ecclesiam in Podleszye.

SCZEKOCZYNY.

Oppidum, in quo ecclesia murata, Sancto Bartholomaeo dicata, cuius proprietas ad . . . . . Sczekoczsky pertinet de domo Odrowansch. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur

decima ibidem pro plebano in Sczekoczyn, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia sua ibidem; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Bunowycze, villa sub parochia de Sczekoczin sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro eisdem monialibus, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item est ibi praedium, de quo etiam decimatur pro eisdem monialibus, et valor eius ad mediam marcam aestimatur. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae in Sczekoczyny.

Grabyecz, villa sub parochia de Sczekoczin sita, cuius proprietas est sanctimonialium Sancti Andreae. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus decima pro eisdem monialibus, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item scoltetus de Bunowycze habet in Grabyecz unam tabernam habentem agros, quae decimat pro ecclesia in Sczekoczini.

Raschkow, villa sub parochia de Slup sita, cuius haeredes Johannes, Petrus et Nicolaus de domo Odrowansch. In qua sunt viginti unus laneus cmethonalis, de quibus decimatur praeposituræ Cracoviensi, et aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi duo praedia et duae curiae militares, pertinentes iure parochiali ad ecclesiam in Sczekoczini, de quorum agris decimatur ecclesiae in Sczekocini, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Wywla, villa sub parochia de Sczekoczin sita, cuius haeres Stanislaus Kosczen de domo Accipitrum. In qua lanei cmethonales sunt duodecim, de quibus decima solvitur pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium et una taberna habens agros, de quibus agris decima pro ecclesia in Sczekoczin solvitur, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Wsprowa, villa sub parochia de Sczekoczin sita, cuius haeres Pyenyązek de domo Odrowansch. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et conducitur manipularis pro praepositura Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium, de cuius agris decima pro ecclesia in Sczekoczin solvitur; item ibi octo hortulaniae et duae tabernae habentes agros, de quibus solvunt decimam etiam pro praepositura Cracoviensi.

Przerow.

Oppidum iuxta fluvium Wyerczyna situm, habens in se ecclesiam ligneam, Sanctae Dorotheae dicatam, cuius proprietas ad regem pertinet et iuspatronatus. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus decima pro episcopo

Cracoviensi solvitur, et valor eius aestimatur ad . . . . et solvitur per sex grossos de quolibet laneo . . .; item habet ibi plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Zarąmbycze, villa sub parochia de Przerow sita, cuius haereditas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei, de quibus decima pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad triginta marcas aestimatur. Item est ibi praedium regale, de quo decima plebano in Przerow.

Wyerczicza, villa sub parochia de Przerow sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus medietas decimae pro episcopo Cracoviensi, et medietas pro plebano in Lelow solvitur.

Zoraw.

Villa habens in se parochialem ecclesiam lapide muratam, et Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius haeres Johannes Zaramba de armis Zaramba. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposito monasterii Msthoviensis, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi tabernae habentes agros, item praedium militare, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Zoraw.

Lipnik, villa sub parochia ecclesiae de Zoraw sita, cuius haeres . . . Gorzkowsky de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item sunt in eadem villa duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Zoraw.

Wolya, villa sub parochia de Zoraw sita, cuius haeredes Johannes et Nicolaus Mokresscy de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per . . . monasterio in Msthow . . . Item praedium non est.

Kobilczicze, villa sub parochia de Zoraw sita, cuius proprietas ad praepositum Msthoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis eidem praeposito in Msthow, et valor eius aestimatur ad . . . Praedium non est.

Zagorze, villa sub parochia de Zoraw sita, cuius haeres Johannes Pothoczsky de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Msthoviensi; item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pothok.

Luslawicze, villa sub parochia ecclesiae de Zoraw sita, cuius haeres Johannes Żaramba. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposito

Msthoviensi, praeter duos laneos, post quos decimatur in Zoraw: valor decimae aestimatur ad . . .

Mokrzeschа, villa sub parochia ecclesiae de Zoraw sita, cuius haeredes Johannes et Nicolaus de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima praeposito Msthoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Zoraw.

Wlodowicze.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam Sanct . . . dicatam, cuius haeredes Salomones de domo Cygnorum. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas, Item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos, pro suo usu, praedio et necessitate. Oppidum istud olim ad monasterium Msthoviense ex donatione Ivonis episcopi Cracoviensis pertinebat, sed Wladislaus primus dictus Loktek Poloniae rex, datis villis Komorniky, Morsko et Skarszyce, illud per commutationem accepit. 1327.

Podleszyany praedium optimum et largum sub parochia de Wlodowicze situm, cuius proprietas ad praefatos Salomones consules Cracovienses de domo Cygnorum pertinet, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wlodowicze, cuius valor ad quinque marcas.

Gora, villa sub parochia de Wlodowicze sita, cuius haeredes praefati Salomon et . . . . . Salomones consules Cracovienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad septem marcas aestimatur.

Zdow, villa sub parochia de Wlodowycze sita, cuius haeres Trzaska de armis Trzaszky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Wlodowicze, cuius valor aestimatur ad . . .

Parkoschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wlodowycze sita, cuius haeredes praefati Salomones cives Cracovienses de armis Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas.

Rudnyky, villa sub parochia de Wlodowycze sita, cuius haeredes praedicti Salomones. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Zagorzany, villa sub parochia de Wlodowycze sita, cuius haeredes

saepe dicti Salomones cives Cracovienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . .

MRZIGLOD.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct . . . . . dicatam, cuius haeres Johannes Pyleczsky de armis Lelywa. In quo sunt viginti septem lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima pecunialis; ubi medietas oppidi, quae habet agros steriles, et est minor medietas et in qua novem lanei, solvit de laneo tantummodo quatuor grossos, medietas autem maior, in qua sunt decem et octo lanei, solvit de laneo per octo grossos. Item habet ibi ecclesia et plebanus agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

NYWKY, villa sub parochia ecclesiae de Mrzyglod sita, cuius haeres idem Johannes Pyleczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali in oppido Plschyna, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

MRZYGLOD, villa sub parochia de Mrzyglod oppido sita, cuius haeres praefatus Johannes Pyleczsky de domo Lelywa. In qua . . .

BANDUSCH, villa sub parochia de Mrzyglod sita, cuius haeredes Stanislaus et Petrus fratres de armis . . . . . In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, de quibus solvitur . . .

POTHOK.

Villa habens ecclesiam parochialem, albo lapide fabricatam, et Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius haeredes Johannes, Petrus, Seraphin et Felix germani, de armis Srenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Pothok, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate; item habet et tabernam desertam, de qua ante annos plures solvebatur plebano una marca; item habet ecclesia ibi et unam hortulaniam, de qua pro annuo censu solvuntur plebano sedecim grossi, item habet in eadem villa ecclesia partem borrae cum mellificiis, pro suo usu et necessitate.

PYASSEK, villa sub parochia de Pothok sita, cuius haeredes Albertus et Boguchwal de armis Srenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae, item praedia duo militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Pothok, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

PABIANYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Pothok sita, cuius haeres Johannes Zaramba palatinus Calissiensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi.

Item sunt ibi nonnulli agri, qui antea fuerunt praediales, nunc autem redacti sunt et distincti in cmethonales, de quibus solvitur decima ecclesiae in Pothok, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

Szyedlyecz, villa sub parochia monasterii Msthoviensis, cuius haeredes Johannes, Petrus, Seraphin et Felix Pothoczsczy de armis Srenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Pothok: valor unius marcae.

Ponyk alias Wolya, villa sub parochia de Pothok sita, cuius haeredes Johannes, Petrus, Seraphin et Felix Pothoczsczy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Pothok, quam plebanus confert vicariis.

Czepurka, villa sub parochia de Pothok sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium militare; item taberna una, item hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Pothok.

Skowronow, villa sub parochia de Pothok sita, cuius haeres Johannes Zaramba palatinus Calissiensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi; de aliis autem agris cmethonalibus, qui quondam praediales fuerunt, decimatur ecclesiae in Pothok.

Syedlyecz, alia villa sub parochia de Pothok sita, cuius haeres Petrus de armis Srenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima ecclesiae in Pothok.

Kydow.

Villa habens ecclesiam parochialem in se muratam, et Sanct .... dicatam, cuius haeres Johannes Pyleczsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima praebendario in Moskorzow. Item ecclesia et plebanus eius habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Kbel.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sanc .... dicatam, cuius haeres Nicolaus ..... de armis Pobodze. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur ..... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Nakyel.

Villa habens ecclesiam ligneam in se, Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas ad Jakubikonem pertinet, cum Prandotha, et illi eius

ecclesiae sunt patroni. In qua quatuordecim lanei cmethonales sunt Jakubikonis, et octo Prandothae, de quibus decima pro .... Item sunt ibi duo praedia, de quibus decima pro .... Item sunt ibi duae tabernae, quae pro censu solvunt plebano per duas marcas. Item est ibi unus hortulanus non habens agros.

Szedliszka, villa sub parochia de Nakyel sita, cuius haeres Tągoborsky Stanislaus de domo Bylina. In qua sunt lanei undecim, de quibus decima in Nakyel. Item sunt ibi duae hortulaniae, item una taberna.

Thągoborz, villa sub Nakyel sita, cuius haeres Stanislaus Thągoborsky. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae, item unum praedium, de quibus omnibus decima solvitur pro ecclesia in Nakyel.

Wythow, villa sub parochia de Nakyel sita, cuius haeres Jakubyk. In qua sunt lanei cmethonales tredecim, de quibus decima solvitur pro ecclesia in Nakyel.

Starzini, villa sub parochia de Nakyel, cuius haeredes: Petrus, Wilhelmus, Abraham de domo Godząmba, Irzwoslaus de Griffonum. In qua sunt, septem lanei cmethonales, de quibus decima in Szczemyn: item ibi sunt quatuor praedia, de quibus decima ad suam ecclesiam solvitur.

Wolycza, villa sub parochia de Nakyel sita, cuius haeres Pyeczynsky Petrus. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus decima praeposito Cracoviensi; item est ibi praedium de quo decima .....

Wanszosche, villa sub parochia de Nakyel sita, cuius haeres Jakubik. In qua sunt tres lanei cmethonales, item una hortulania, item una taberna, item molendinum unum, de quibus omnibus decima datur in Nakyel.

Drochlin.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Sanctis Philippo et Jacobo Apostolis dicatam, cuius proprietas ad .... pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposituræ ..... Item habet plebanus agros pro praedio suo, et tabernam in eadem villa, quae pro annuo censu solvit plebano ...... Et haec villa unica ad parochiam istam pertinet.

Przibinow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct .... dicatam, cuius haeredissa Dorothea relicta olim domini Hyncze de domo Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur..... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Zaborze, villa sub parochia de Przybynow sita, cuius haeres Johannes Kozeglowsky de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales .....,

NYEGOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Nicolao Confessori dicatam, cuius haeres Jacobus Trzasska de armis Trzassky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Nyegowa, et valor eius aestimatur ad ..... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item est ibi praebenda, seu altare habens pro dote .....

MZUROW, villa sub parochia de Nyegowa sita, cuius haereditas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Nyegowa, et valor eius aestimatur ad .....

THOMYSCHOWYCZE, villa sub parochia de Nyegowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ......

BOBOLICZE, villa sub parochia de Nyegowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, una cum castro Bobolycze, per Casimirum secundum Poloniae regem muro fabricato, cui villa praefata nomen indidit, et tam castri, quam villae proprietas, ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, item taberna una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Nyegowa, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

CZANSTHOCHOWA.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Sigismundo dicatam, et monasterio Czansthochoviensi incorporatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos. Item est advocatia in eodem oppido, habens laneos agrorum, et de quolibet laneo ratione decimae, solvit per sex grossos, item *meschne*; item plebanus habet agros proprios et prata, pro dote sua.

KONOPISSKA, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus de Conyeczpolye. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus ratione *meschne* solvitur ecclesiae in Czansthochowa de quolibet per sex grossos, monasterio vero in Msthow per quatuor grossos.

RACZYEYOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

Dzbow, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ......

Wrzossowa, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus Trepka de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Czansthochoviensi.

Blyeschno, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus Trepka. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Czansthochoviensi.

Kyedrzin, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos, monasterio in Msthow. Item, de quolibet laneo solvitur monasterio Czansthochoviensi per sex grossos, ratione *meschne.*

Wirzchowissko, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos monasterio in Msthow. Item est ibi schola, habens agros, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Czansthochowa.

Wiczyrpi, villa sub parochia de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos monasterio in Msthow. Item de quolibet eorum laneorum solvitur ecclesiae in Czansthochowa ratione *meschne* per sex grossos.

Krowodrza, villa sub parochia de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur pecunialis decima, de quolibet laneo per octo grossos, pro monasterio in Msthow. Monasterio vero in Czansthochowa ratione *meschne*, de quolibet eorum solvitur per sex grossos.

Grabowka, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus ratione decimae, solvitur de quolibet per octo grossos, ratione vero missalium, per sex grossos monasterio in Czansthochowa.

Czansthochowka, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czansthochoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per octo grossos, ratione vero *meschne* solvitur per sex grossos de quolibet laneo, monasterio in Czansthochowa.

Fabrica ferri in Blyeschno.

. . . .

Fabrica ferri in Gwaschyn, cuius proprietas ad monasterium in Czansthochowa pertinet; cui solvit per sex grossos....

DLUSZECZ.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius proprietas ad Christopherum et fratres eius pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu praedio et necessitate; videlicet primum agrum lanei unius, circa domum plebanalem in longum et latum protensum, alium agrum dictum *domiarek trzi na rzedzinach*, tertium agrum cum prato *przy lącze* dicto, inter prata cmethonum et agros eorundem, versus villa Strzegowa protensum, qui cognominatur *domiarek*. Item ecclesia praefata et plebanus in Dluszecz pro tempore existens, habet tabernam et hortulanos ex antiquo ad dotem plebanalem pertinentes. Item habet decimam manipularem in villa Jezowka de agris praedialibus; item missalia in villa Dluszecz, de quolibet laneo per tres coretos siliginis et per tres avenae; habet etiam decimam manipularem in Dluszecz, de agris praedialibus *na rzedzinach* de primo videlicet agro, qui cognominatur *domiarek*, iacenti penes viam publicam, Cracoviam versus a Pilcza eundo; item etiam de alio agro *domiarek* dicto, iacenti penes rubetum, quod vocatur Jaskowkierz, similem habet decimam; item in villa Kąpiele et in Lgotha, habet praedicta ecclesia et plebanus in Dluszecz missalia pecuniaria, sicut et in villa Dluszecz; item in praedicta Kąpyele habet decimam pecuniariam quolibet anno per sex grossos, de agro tabernae, et tabernatore quolibet, pro tempore existenti.

SDRZAMBICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctis Omnibus dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una regia, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et eius valor aestimatur ad triginta marcas. Item habet plebanus pro dote sua agros proprios et prata et unam tabernam, de qua plebanus habet unam marcam pro censu annuo; item habet plebanus decimam post curiam, valoris duarum marcarum; item habet aliam decimam post scoltetum in villa, valoris unius marcae; item tertiam decimam habet in villa

Blizycze post curiam in Blizycze et post tabernatorem, valoris unius marcae; item habet quartam decimam in villa .....

LYUBZYNA.

. . . .

Decanatus Oszwyanczimensis.

OSZWYANCZIM.

Oppidum habens parochialem ecclesiam in se muratam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo quondam fuerunt duo rectores, alias duae plebaniae, quarum collationes et iuspatronatus ad milites de domo Zadora et de villa Brzezye pertinebant et pertinent. Sed sub aetate mea, in novissimis diebus de una ecclesia, praepositura fundata est, et eius praeposito cura animarum totius parochiae commissa, de alia autem plebania creata est praebenda et mansionariae manuales. In quo oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis praeposituræ Oszwanczimensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas ad minus, aliquando ad triginta marcas. Item habet praefata ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate; in praefato autem oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur .... Item est ibi praedium regale, de cuius agris solvitur decima eidem praeposito Oszwanczimensi.

BOBROWNYKY, villa sub parochia de Oszwyanczim sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

CHELMEK, villa sub parochia ecclesiae de Oszwyanczym sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad .... marcas aestimatur.

GORZOW, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur.

GROMYECZ, villa sub parochia de Oszwanczym sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad ..... marcas aestimatur.

DWORI, villa sub parochia de Oszwyanczim sita, cuius proprietas

ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura Oszwanczimensi, cuius valor aestimatnr ad sex marcas.

Wloszyenycza, villa habens ecclesiam ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam in se, de cuius parochia et proventibus fundata est ecclesia parochialis in Oszwanczim, quae villa iam pertinet iure parochiali ad Oszwanczim, cuius quidem villae proprietas ad praepositum Oszwyanczimensem pertinet, cum omnibus utilitatibus et iure. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros speciales, item habet duos cmethones habentes per ..... laneos. Item idem scoltetus habet tabernam et hortulaniam, de quibus omnibus solvitur praeposito praefato, ratione decimae, per unam mensuram siliginis et aliam avenae, quas quidem mensuras siliginis et avenae, tenentur ipsi cmethones seminare in ipsius praepositi agris, per eosdem cultis et dispositis; pro censu vero, solvit quilibet de laneo unum florenum praeposito, item gallos, item ova, ratione *barankowe* pro festo Paschae, per sex denarios; item scoltetus dat praeposito quatuor mensuras siliginis et quatuor avenae, sed non tenetur seminare, nisi eas in grano solvit, cmethones vero scolteti tenentur seminare unam mensuram siliginis et aliam avenae, sicut et cmethones praepositi.

Czarnyuchowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad ducem Plczynensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per ......

Brzezynka, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Johannes Brzezynsky de armis.... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per ...... Item est ibi unum praedium, quod nulli decimat.

Charmazi, villa sub parochia de Oszwanczym sita, cuius haeres Laurentius Charmaszky de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposito Oszwancimensi, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Brzeszcze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis mansionariis Oszwanczimensibus, cuius valor ad novem marcas aestimatur. Praedium ibi non est.

Przeczeschyn, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes Michael, Johannes et Marcus germani dicti Szkedzensczy de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per .....

Skyedzen, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes

praefati Szkedzenszcy. In qua sunt.... lanei, de quibus omnibus solvitur decima per unum tantummodo latum grossum, et per unum chorum avenae, praeposito Oszwanczymensi. Item ibi est praedium, de quo eidem praeposito decimatur.

Wylczkowycze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Michael Raysky. In qua sunt lanei cmethonales, cmethones autem non sunt, sed haeres eosdem colit, et pro decima solvit tres fertones praeposito Oszwianczimensi.

Raysko, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Michael Skedzensky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis in Oszwanczim, cuius valor ad octo marcas aestimatur.

Monyowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis scholastico Cracoviensi, de quolibet laneo per .....

Babicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis scholastico Cracoviensi, de quolibet laneo per ....

Zbroschkowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad monasterium in Oszwanczim pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis eidem monasterio in Oszwanczim.

Franciscowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Nicolaus Plassky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposito Oszwanczimensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Schparowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad praepositum Oszwanczimensem pertinet. In qua tantummodo est praedium praepositi et molendinum cum agris abundantibus, de quibus praepositus solus tollit decimam pro se.

Lanky, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Oszwanczimensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Byelany, villa habens in se oraculum, sub cura plebani de Kanthy et villa pertinet ad proprietatem regis Poloniae.....

Kopczowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes sunt quatuor de armis ...... In qua non sunt cmethones, decimam

autem iidem milites solvunt per quatuordecim grossos pro mansionariis Oszwanczimensibus.

Byesowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius duo haeredes de armis ...... In qua non sunt cmethones, sed tantummodo duo hortulani, habentes aliquantulum de agris, et de omnibus solvitur decima pecunialis per quatuor latos grossos pro mansionariis in Oszwanczim.

Zarky, villa sub parochia de Babycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis ......

Monsgrunt.

. . . .

Kanthi.

Oppidum iuxta fluvium Szola situm, et per Meslaum ducem Oszwanczimensem fundatum, habens in se parochialem ecclesiam latere muratam, Sanctae Margarethae dicatam; cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quadraginta lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis....; item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate, et quatuor piscinas; item est ibi advocatia, quae habet tres laneos, de quibus solvitur decima pecunialis.....

Kobyernycza, villa sub parochia de Kanthi sita, cuius haeres Melchior de Dambowyecz de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium, conversa est in pecunialem, et solvunt singulis annis tres marcas latorum grossorum Pragensium, et granum plebano in Kanthi, avenam et siliginem.

Porambka. . . . .

Czanyecz. . . . .

Nowa Wyesz. . . . .

Bulowicze. . . . .

Lyendzini.

Villa in ducatu Plczinensi sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Clementi dicatam, cuius proprietas una cum iurepatronatus, ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky pleno iure pertinet. In qua sunt viginti cum medio lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item praedium coenobiale, item hortulaniae tres, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Lyendzini, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item plebanus habet

agros iuxta ecclesiam in monte, habet et prata pro suo praedio et necessitate. Plebanus autem eius ecclesiae modernus est Gregorius de Oszwyanczim. Villa autem praefata erat quondam de proprietate episcopatus Cracoviensis; cambierat enim eam Cracoviensis episcopus Ivo et alteram villam Jakszicze prope Vislam sitam, ab abbate, una cum decimis manipularibus in utraque villa consistentibus, et monasterio Syeczyechoviensi, cui per Jaxam monasterii Myechoviensis fundatorem de armis Griffonum donatae erant, dando eidem monasterio Syeczyechoviensi duas villas mensae episcopalis, cum earum decimis, in villis Garna et Schawlowicze prope Syeczyechow monasterium sitis. Expost vero successor suus Prandotha Cracoviensis episcopus, cambivit dictam villam Lendzini, dando illam monasterio in Staniąthky una cum decima, et recipiendo a monasterio villas Lipowyecz, Jankowicze, Zagorze et Babicze.

Byerun, oppidum, cuius proprietas et dominium pertinet ad Nicolaum ducem Ratiboriensem. In quo est ecclesia lignea, Sancto Bartholomaeo dicata, filia ecclesiae matricis de Lendzini quam administrat plebanus de Lendzini. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus non solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, sed loco ipsius frumentarium tributum alias *syep* datur plebano in Byerun, alias in Lyendzini; ecclesia enim in Byerun noviter est erecta, et est filia ecclesiae in Lyendzini, et plebanus de Lendzini ambas ecclesias administrat; quilibet oppidanus de sua pecie agrorum tres choros siliginis et sex avenae .....

Boyschow, villa sub parochia de Lyandzyny sita, cuius haeres N. Piroszek Boyschowsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae ..... Item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere *syep* ecclesiae in Lendziny, per tres choros siliginis et sex avenae, item praedium est ibi.

Urbanowycze, villa sub parochia de Lyendzany sita, cuius haeres Johannes Urbanowsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae non sunt et hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... sed frumento solvitur: item praedium, item cmethones solvunt *syep* ecclesiae et plebano in Lyendzini, quilibet de laneo tres choros siliginis et sex avenae.

Jemyelenye, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et una taberna habens agros, item est ibi scoltetia habens aliquot laneos de quibus omnibus solvitur et conducitur medietas decimae manipularis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de altera autem medietate, quae ad Byenyassium Pogorsky pertinet, solvitur et

conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Landzyny, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur: item cmethones tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny, quilibet de laneo tres coros siliginis et sex avenae; item est ibi praedium militare de quo . . . . . .

Jaworzno, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Ląndzyny, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, tabernam et hortulanum habentes etiam agros, de quibus decimatur ecclesiae in Jaworzno, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Czeszkowycze, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas pro una medietate ad episcopum Cracoviensem pertinet, pro altera vero medietate ad Stephanum Pogorsky de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Landziny, et valor eius aestimatur ad . . . . .

Sczakowa, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis in summa duarum sexagenarum, ecclesiae et eius plebano in Landzyny.

Chelm, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua viginti duo lanei, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

Paproczyany, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad ducem Rathiboriensem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur . . . . . Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

Zathor.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sanct . . . . . . dicatam, cuius proprietas pertinet ad Casimirum et Venceslaum, Janussium et Vladislaum duces Zathorienses. In quo sunt lanei civiles, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi. Abstracta est autem perceptio decimae manipularis a scholastria Cracoviensi, et soli oppidani illam percipiunt manipulo, et summatim solvunt quinque marcas latorum grossorum Pragensium scholastico. Item praedium est ibi, quod alias nunquam fuit, per duces noviter erectum ex agris oppidanorum, in damnum decimae

scholastriae Cracoviensis. Item est ibi scoltetia habens laneos; item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

PODOLSZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Nicolaus Myschkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli percipiunt, et summatim solvunt pro illa scholastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum; item hortulaniae, item tabernae, item praedium .....

TRZEBYENCZYCZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes duces Zathorienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum dimidia marcam latorum grossorum Pragensium; item tabernae, item hortulani, item praedium ....

SZMOLYCZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes Nicolaus Szaschorsky de domo Fossorum et Johannes Radwan de domo Radwanorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; sed eius perceptio in manipulo abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, solvuntque pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum media marcam latorum grossorum Pragensium; item taberna, item hortulaniae, item praedium ....

LYASKOWA, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Michael Lyaszkowsky de Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi: huius etiam perceptio in manipulis abstracta est, et incolae sibi illam quilibet de agris suis percipiunt, et solvunt summatim pro ea unum fertonem scholastico Cracoviensi latorum grossorum Pragensium.

SPYTHKOWICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad duces Zathorienses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico octo marcas latorum grossorum Pragensium: item taberna una, item hortulaniae duae ad proprietatem plebani pertinentes, item praedium; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Landzyny, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur: item cmethones tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny, quilibet de laneo tres coros siliginis et sex avenae; item est ibi praedium militare de quo ......

JAWORZNO, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Lądzyny, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, tabernam et hortulanum habentes etiam agros, de quibus decimatur ecclesiae in Jaworzno, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

CZESZKOWYCZE, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas pro una medietate ad episcopum Cracoviensem pertinet, pro altera vero medietate ad Stephanum Pogorsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Landziny, et valor eius aestimatur ad .....

SCZAKOWA, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis in summa duarum sexagenarum, ecclesiae et eius plebano in Landzyny.

CHELM, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua viginti duo lanei, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

PAPROCZYANY, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad ducem Rathiboriensem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur ..... Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

ZATHOR.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sanct ...... dicatam, cuius proprietas pertinet ad Casimirum et Venceslaum, Janussium et Vladislaum duces Zathorienses. In quo sunt lanei civiles, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi. Abstracta est autem perceptio decimae manipularis a scholastria Cracoviensi, et soli oppidani illam percipiunt manipulo, et summatim solvunt quinque marcas latorum grossorum Pragensium scholastico. Item praedium est ibi, quod alias nunquam fuit, per duces noviter erectum ex agris oppidanorum, in damnum decimae

scholastriae Cracoviensis. Item est ibi scoltetia habens laneos; item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

PODOLSZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Nicolaus Myschkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli percipiunt, et summatim solvunt pro illa scholastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum; item hortulaniae, item tabernae, item praedium .....

TRZEBYENCZYCZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes duces Zathorienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum dimidia marcam latorum grossorum Pragensium; item tabernae, item hortulani, item praedium ....

SZMOLYCZE, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes Nicolaus Szaschorsky de domo Fossorum et Johannes Radwan de domo Radwanorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; sed eius perceptio in manipulo abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, solvuntque pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum media marcam latorum grossorum Pragensium; item taberna, item hortulaniae, item praedium ....

LYASKOWA, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Michael Lyaszkowsky de Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi: huius etiam perceptio in manipulis abstracta est, et incolae sibi illam quilibet de agris suis percipiunt, et solvunt summatim pro ea unum fertonem scholastico Cracoviensi latorum grossorum Pragensium.

SPYTHKOWICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad duces Zathorienses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico octo marcas latorum grossorum Pragensium: item taberna una, item hortulaniae duae ad proprietatem plebani pertinentes, item praedium; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

NYEGOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Nicolao Confessori dicatam, cuius haeres Jacobus Trzasska de armis Trzassky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Nyegowa, et valor eius aestimatur ad ..... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item est ibi praebenda, seu altare habens pro dote .....

MZUROW, villa sub parochia de Nyegowa sita, cuius haereditas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Nyegowa, et valor eius aestimatur ad .....

THOMYSCHOWYCZE, villa sub parochia de Nyegowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ......

BOBOLICZE, villa sub parochia de Nyegowa sita; cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, una cum castro Bobolycze, per Casimirum secundum Poloniae regem muro fabricato, cui villa praefata nomen indidit, et tam castri, quam villae proprietas, ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, item taberna una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Nyegowa, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

CZANSTHOCHOWA.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Sigismundo dicatam, et monasterio Czansthochoviensi incorporatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos. Item est advocatia in eodem oppido, habens laneos agrorum, et de quolibet laneo ratione decimae, solvit per sex grossos, item *meschne*; item plebanus habet agros proprios et prata, pro dote sua.

KONOPISSKA, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus de Conyeczpolye. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus ratione *meschne* solvitur ecclesiae in Czansthochowa de quolibet per sex grossos, monasterio vero in Msthow per quatuor grossos.

RACZYEYOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

Dzbow, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ......

Wrzossowa, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus Trepka de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Czansthochoviensi.

Blyeschno, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita, cuius haeres Jacobus Trepka. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Czansthochoviensi.

Kyedrzin, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos, monasterio in Msthow. Item, de quolibet laneo solvitur monasterio Czansthochoviensi per sex grossos, ratione *meschne.*

Wirzchowissko, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos monasterio in Msthow. Item est ibi schola, habens agros, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Czansthochowa.

Wiczyrpi, villa sub parochia de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per octo grossos monasterio in Msthow. Item de quolibet eorum laneorum solvitur ecclesiae in Czansthochowa ratione *meschne* per sex grossos.

Krowodrza, villa sub parochia de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur pecunialis decima, de quolibet laneo per octo grossos, pro monasterio in Msthow. Monasterio vero in Czansthochowa ratione *meschne*, de quolibet eorum solvitur per sex grossos.

Grabowka, villa sub parochia ecclesiae de Czanstochowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus ratione decimae, solvitur de quolibet per octo grossos, ratione vero missalium, per sex grossos monasterio in Czansthochowa.

Czansthochowka, villa sub parochia de Czanstochowa sita, cuius proprietas ad monasterium Czansthochoviense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per octo grossos, ratione vero *meschne* solvitur per sex grossos de quolibet laneo, monasterio in Czansthochowa.

Fabrica ferri in Blyeschno.

. . . .

Fabrica ferri in Gwaschyn, cuius proprietas ad monasterium in Czansthochowa pertinet; cui solvit per sex grossos....

DLUSZECZ.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius proprietas ad Christopherum et fratres eius pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu praedio et necessitate; videlicet primum agrum lanei unius, circa domum plebanalem in longum et latum protensum, alium agrum dictum *domiarek trzi na rzedzinach*, tertium agrum cum prato *przy lącze* dicto, inter prata cmethonum et agros eorundem, versus villa Strzegowa protensum, qui cognominatur *domiarek*. Item ecclesia praefata et plebanus in Dluszecz pro tempore existens, habet tabernam et hortulanos ex antiquo ad dotem plebanalem pertinentes. Item habet decimam manipularem in villa Jezowka de agris praedialibus; item missalia in villa Dluszecz, de quolibet laneo per tres coretos siliginis et per tres avenae; habet etiam decimam manipularem in Dluszecz, de agris praedialibus *na rzedzinach* de primo videlicet agro, qui cognominatur *domiarek*, iacenti penes viam publicam, Cracoviam versus a Pilcza eundo; item etiam de alio agro *domiarek* dicto, iacenti penes rubetum, quod vocatur Jaskowkierz, similem habet decimam; item in villa Kąpiele et in Lgotha, habet praedicta ecclesia et plebanus in Dluszecz missalia pecuniaria, sicut et in villa Dluszecz; item in praedicta Kąpyele habet decimam pecuniariam quolibet anno per sex grossos, de agro tabernae, et tabernatore quolibet, pro tempore existenti.

SDRZAMBICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctis Omnibus dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una regia, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et eius valor aestimatur ad triginta marcas. Item habet plebanus pro dote sua agros proprios et prata et unam tabernam, de qua plebanus habet unam marcam pro censu annuo; item habet plebanus decimam post curiam, valoris duarum marcarum; item habet aliam decimam post scoltetum in villa, valoris unius marcae; item tertiam decimam habet in villa

Blizycze post curiam in Blizycze et post tabernatorem, valoris unius marcae; item habet quartam decimam in villa .....

LYUBZYNA.

. . . .

Decanatus Oszwyanczimensis.

OSZWYANCZIM.

Oppidum habens parochialem ecclesiam in se muratam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo quondam fuerunt duo rectores, alias duae plebaniae, quarum collationes et iuspatronatus ad milites de domo Zadora et de villa Brzezye pertinebant et pertinent. Sed sub aetate mea, in novissimis diebus de una ecclesia, praepositura fundata est, et eius praeposito cura animarum totius parochiae commissa, de alia autem plebania creata est praebenda et mansionariae manuales. In quo oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis praepositurae Oszwanczimensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas ad minus, aliquando ad triginta marcas. Item habet praefata ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate; in praefato autem oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur .... Item est ibi praedium regale, de cuius agris solvitur decima eidem praeposito Oszwanczimensi.

BOBROWNYKY, villa sub parochia de Oszwyanczim sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

CHELMEK, villa sub parochia ecclesiae de Oszwyanczym sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad .... marcas aestimatur.

GORZOW, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur.

GROMYECZ, villa sub parochia de Oszwanczym sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad ..... marcas aestimatur.

DWORI, villa sub parochia de Oszwyanczim sita, cuius proprietas

ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura Oszwanczimensi, cuius valor aestimatnr ad sex marcas.

Wloszyenycza, villa habens ecclesiam ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam in se, de cuius parochia et proventibus fundata est ecclesia parochialis in Oszwanczim, quae villa iam pertinet iure parochiali ad Oszwanczim, cuius quidem villae proprietas ad praepositum Oszwyanczimensem pertinet, cum omnibus utilitatibus et iure. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros speciales, item habet duos cmethones habentes per ..... laneos. Item idem scoltetus habet tabernam et hortulaniam, de quibus omnibus solvitur praeposito praefato, ratione decimae, per unam mensuram siliginis et aliam avenae, quas quidem mensuras siliginis et avenae, tenentur ipsi cmethones seminare in ipsius praepositi agris, per eosdem cultis et dispositis; pro censu vero, solvit quilibet de laneo unum florenum praeposito, item gallos, item ova, ratione *barankowe* pro festo Paschae, per sex denarios; item scoltetus dat praeposito quatuor mensuras siliginis et quatuor avenae, sed non tenetur seminare, nisi eas in grano solvit, cmethones vero scolteti tenentur seminare unam mensuram siliginis et aliam avenae, sicut et cmethones praepositi.

Czarnyuchowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad ducem Plczynensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per ......

Brzezynka, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Johannes Brzezynsky de armis.... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per ...... Item est ibi unum praedium, quod nulli decimat.

Charmazi, villa sub parochia de Oszwanczym sita, cuius haeres Laurentius Charmaszky de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposito Oszwancimensi, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Brzeszcze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis mansionariis Oszwanczimensibus, cuius valor ad novem marcas aestimatur. Praedium ibi non est.

Przeczeschyn, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes Michael, Johannes et Marcus germani dicti Szkedzensczy de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per .....

Skyedzen, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes

praefati Szkedzenszcy. In qua sunt.... lanei, de quibus omnibus solvitur decima per unum tantummodo latum grossum, et per unum chorum avenae, praeposito Oszwanczymensi. Item ibi est praedium, de quo eidem praeposito decimatur.

Wylczkowycze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Michael Raysky. In qua sunt lanei cmethonales, cmethones autem non sunt, sed haeres eosdem colit, et pro decima solvit tres fertones praeposito Oszwianczimensi.

Raysko, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Michael Skedzensky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis in Oszwanczim, cuius valor ad octo marcas aestimatur.

Monyowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis scholastico Cracoviensi, de quolibet laneo per .....

Babicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis scholastico Cracoviensi, de quolibet laneo per ....

Zbroschkowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad monasterium in Oszwanczim pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis eidem monasterio in Oszwanczim.

Francischowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeres Nicolaus Plassky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposito Oszwanczimensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Schparowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad praepositum Oszwanczimensem pertinet. In qua tantummodo est praedium praepositi et molendinum cum agris abundantibus, de quibus praepositus solus tollit decimam pro se.

Lanky, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Oszwanczimensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Byelany, villa habens in se oraculum, sub cura plebani de Kanthy et villa pertinet ad proprietatem regis Poloniae.....

Kopczowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius haeredes sunt quatuor de armis ...... In qua non sunt cmethones, decimam

autem iidem milites solvunt per quatuordecim grossos pro mansionariis Oszwanczimensibus.

Byesowicze, villa sub parochia de Oszwanczim sita, cuius duo haeredes de armis ..... In qua non sunt cmethones, sed tantummodo duo hortulani, habentes aliquantulum de agris, et de omnibus solvitur decima pecunialis per quatuor latos grossos pro mansionariis in Oszwanczim.

Zarky, villa sub parochia de Babycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis ......

Monsgrunt.

. . . .

Kanthi.

Oppidum iuxta fluvium Szola situm, et per Meslaum ducem Oszwanczimensem fundatum, habens in se parochialem ecclesiam latere muratam, Sanctae Margarethae dicatam; cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quadraginta lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis....; item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate, et quatuor piscinas; item est ibi advocatia, quae habet tres laneos, de quibus solvitur decima pecunialis....

Kobyernycza, villa sub parochia de Kanthi sita, cuius haeres Melchior de Dambowyecz de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium, conversa est in pecunialem, et solvunt singulis annis tres marcas latorum grossorum Pragensium, et granum plebano in Kanthi, avenam et siliginem.

Porambka. . . . .

Czanyecz. . . . .

Nowa Wyesz. . . . .

Bulowicze. . . . .

Lyendzini.

Villa in ducatu Plczinensi sita, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Clementi dicatam, cuius proprietas una cum iurepatronatus, ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky pleno iure pertinet. In qua sunt viginti cum medio lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item praedium coenobiale, item hortulaniae tres, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Lyendzini, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item plebanus habet

agros iuxta ecclesiam in monte, habet et prata pro suo praedio et necessitate. Plebanus autem eius ecclesiae modernus est Gregorius de Oszwyanczim. Villa autem praefata erat quondam de proprietate episcopatus Cracoviensis; cambierat enim eam Cracoviensis episcopus Ivo et alteram villam Jakszicze prope Vislam sitam, ab abbate, una cum decimis manipularibus in utraque villa consistentibus, et monasterio Syeczyechoviensi, cui per Jaxam monasterii Myechoviensis fundatorem de armis Griffonum donatae erant, dando eidem monasterio Syeczyechoviensi duas villas mensae episcopalis, cum earum decimis, in villis Garna et Schawlowicze prope Syeczyechow monasterium sitis. Expost vero successor suus Prandotha Cracoviensis episcopus, cambivit dictam villam Lendzini, dando illam monasterio in Staniąthky una cum decima, et recipiendo a monasterio villas Lipowyecz, Jankowicze, Zagorze et Babicze.

Byerun, oppidum, cuius proprietas et dominium pertinet ad Nicolaum ducem Ratiboriensem. In quo est ecclesia lignea, Sancto Bartholomaeo dicata, filia ecclesiae matricis de Lendzini quam administrat plebanus de Lendzini. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus non solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, sed loco ipsius frumentarium tributum alias *syep* datur plebano in Byerun, alias in Lyendzini; ecclesia enim in Byerun noviter est erecta, et est filia ecclesiae in Lyendzini, et plebanus de Lendzini ambas ecclesias administrat; quilibet oppidanus de sua pecie agrorum tres choros siliginis et sex avenae .....

Boyschow, villa sub parochia de Lyandzyny sita, cuius haeres N. Piroszek Boyschowsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae ..... Item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere *syep* ecclesiae in Lendziny, per tres choros siliginis et sex avenae, item praedium est ibi.

Urbanowycze, villa sub parochia de Lyendzany sita, cuius haeres Johannes Urbanowsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae non sunt et hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... sed frumento solvitur: item praedium, item cmethones solvunt *syep* ecclesiae et plebano in Lyendzini, quilibet de laneo tres choros siliginis et sex avenae.

Jemyelenye, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et una taberna habens agros, item est ibi scoltetia habens aliquot laneos de quibus omnibus solvitur et conducitur medietas decimae manipularis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de altera autem medietate, quae ad Byenyassium Pogorsky pertinet, solvitur et

conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Landzyny, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur: item cmethones tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny, quilibet de laneo tres coros siliginis et sex avenae; item est ibi praedium militare de quo ......

Jaworzno, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Lędzyny, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, tabernam et hortulanum habentes etiam agros, de quibus decimatur ecclesiae in Jaworzno, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Czeszkowycze, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas pro una medietate ad episcopum Cracoviensem pertinet, pro altera vero medietate ad Stephanum Pogorsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Landziny, et valor eius aestimatur ad .....

Sczakowa, villa sub parochia de Jaworzno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis in summa duarum sexagenarum, ecclesiae et eius plebano in Landzyny.

Chelm, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua viginti duo lanei, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

Paproczyany, villa sub parochia de Landzyny sita, cuius proprietas ad ducem Rathiboriensem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur ..... Item cmethones eiusdem villae tenentur solvere *syep* ecclesiae in Lyendziny.

Zathor.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sanct ...... dicatam, cuius proprietas pertinet ad Casimirum et Venceslaum, Janussium et Vladislaum duces Zathorienses. In quo sunt lanei civiles, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi. Abstracta est autem perceptio decimae manipularis a scholastria Cracoviensi, et soli oppidani illam percipiunt manipulo, et summatim solvunt quinque marcas latorum grossorum Pragensium scholastico. Item praedium est ibi, quod alias nunquam fuit, per duces noviter erectum ex agris oppidanorum, in damnum decimae

scholastriae Cracoviensis. Item est ibi scoltetia habens laneos; item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

Podolsze, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Nicolaus Myschkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli percipiunt, et summatim solvunt pro illa scholastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum; item hortulaniae, item tabernae, item praedium .....

Trzebyenczycze, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes duces Zathorienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum dimidia marcam latorum grossorum Pragensium; item tabernae, item hortulani, item praedium ....

Szmolycze, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeredes Nicolaus Szaschorsky de domo Fossorum et Johannes Radwan de domo Radwanorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; sed eius perceptio in manipulo abstracta est a scholastria, et incolae illam percipiunt, solvuntque pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam cum media marcam latorum grossorum Pragensium; item taberna, item hortulaniae, item praedium ....

Lyaskowa, villa sub parochia de Zathor sita, cuius haeres Michael Lyaszkowsky de Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi: huius etiam perceptio in manipulis abstracta est, et incolae sibi illam quilibet de agris suis percipiunt, et solvunt summatim pro ea unum fertonem scholastico Cracoviensi latorum grossorum Pragensium.

Spythkowicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad duces Zathorienses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico octo marcas latorum grossorum Pragensium: item taberna una, item hortulaniae duae ad proprietatem plebani pertinentes, item praedium; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Bachowycze, villa sub parochia de Spythkowicze sita, cuius haereditas et dominium ad duces Zathorienses pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scolastria, et incolae soli illam, quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico quatuor marcas latorum grossorum Pragensium, item taberna, item hortulaniae, item praedium .....

Myeszcze.

Villa habens parochialem ecclesiam in se, Sanctae Mariae .... dicatam, cuius domini et haeredes duces de Zathor. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae illam soli quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi viginti scottos latorum grossorum Pragensium. Haeres Niklinus de Cracovia civis .....

Pyotrowicze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae ..... dicatam, cuius haeredes et domini duces Zathorienses praedicti. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulo abstracta est, et incolae sibi illam quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico Cracoviensi quatuor cum media marcas latorum grossorum Pragensium: item tabernae ..... item hortulani ..... item praedium: item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos, pro suo usu, praedio et necessitate.

Geralthowicze.

Villa in qua est ecclesia parochialis, Sanct ..... cuius haeres Nicolaus Schaschowsky de domo Fossorum, qui in polonico Kopaczowye appellantur. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastico Cracoviensi: huius etiam perceptio in manipulo abstracta est, et incolae soli illam quilibet de suo agro percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum Pragensium: item taberna, item hortulani, item praedium ....: item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros, et prata, pro suo usu et necessitate.

Przecziczow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct ...... cuius haeres Nicolaus Myschkowsky nobilis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis a scholastria abstracta est et incolae

soli, quilibet de suo agro illam percipiunt, et pro illa solvunt summatim eidem scholastriae Cracoviensi quatuor marcas latorum grossorum Pragensium› item tabernae .... item hortulani ...., item praedium ....: item ibi habet plebanus et ecclesia proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

FREDRICHOWYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanct ......, cuius haeres Alexander Fredrichowsky de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi: huius autem perceptio in manipulo abstracta est, et incolae illam quilibet de agro suo soli percipiunt, et solvunt pro illa solum mediam marcam in summa latorum grossorum Pragensium: item tabernae, item hortulani, item praedium .....; item ibi habet ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

PRZIBIRADZ, villa sub parochia de Fredrichowycze sita, cuius haeredes duo, Nicolaus Schaschowsky de domo Fossorum, et Alexandrow Fredrichowsky de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis a scholastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt pro illa summatim scholastico Cracoviensi octo scotthos latorum grossorum Pragensium.

BABYCZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct .... Cuius duo haeredes, Johannes et Stanislaus de Rudi nobiles de domo Karpye. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi, cuius etiam perceptio manipularis abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo pro se accipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi mediam marcam latorum grossorum Pragensium; item taberna, item hortulani, item praedium; .... item ibi ecclesia et eius plebanus habet proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

CLECZCZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sanct .... Cuius haeredes Spythek de domo ..... et Andreas Slupsky de domo .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae illam soli quilibet de suo agro percipiunt, et solvunt pro illa scholastriae Cracoviensi summatim sedecim scottos latorum grossorum Pragensium: item taberna ..., item hortulani ... item praedium ....: item habet ibi ecclesia proprios agros, et prata pro suo usu et necessitate

Strzyschow, villa sub parochia de Clecza sita, cuius haeredes .... nobilis de domo .... et Andreas Slupsky de domo .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae illam quilibet de suo agro soli percipiunt, et pro ea solvunt summatim tres fertones latorum grossorum Pragensium.

Palczowice.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sancto Jacobo dicatam, cuius haeres Nicolaus Myschkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulo a scholastria abstracta est, et incolae illam quilibet de suo agro soli accipiunt et solvunt summatim pro ipsa scholastico Cracoviensi duas marcas latorum grossorum: item taberna, item hortulani ...., item praedium ...., item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Chocznya.

Villa in qua est parochialis ecclesia, Sanct ....., cuius proprietas pro castro Barwald ad Casimirum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, cuius perceptio abstracta est in manipulo a scholastria et incolae soli illam quilibet de suo agro pro se accipiunt, et solvunt summatim pro ipsa scholastico Cracoviensi mediam marcam latorum grossorum Pragensium, item tabernae .... item hortulaniae .... item praedium ....: item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Wyeprz.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanct ...., cuius haeredes duo, Nicolaus Schachowsky, Nicolaus et Stanislaus de Weprz de domo Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, scholastriae Cracoviensi: sed eius perceptio in manipulis est abstracta a scholastria et soli incolae quilibet de agro suo illam pro se accipiunt, solvunt autem summarie scholastico Cracoviensi pro ipsa viginti scottos latorum grossorum Pragensium: item tabernae ... item hortulani ...: item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Jandrzychow, villa sub parochia de Wyeprz sita, cuius haeres Nicolaus Schachowsky nobilis de domo Fossorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae soli illam quilibet de suis agris pro se accipiunt, et solvunt pro illa

summatim scholastico Cracoviensi unum fertonem latorum grossorum Pragensium.

THLUCZAN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius haeres Johannes Strzeschkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio a scholastria in manipulis est abstracta, et incolae illam soli quilibet de suo agro accipiunt, et solvunt pro ea summatim . . . latorum grossorum Pragensium: item tabern..., item hortulani..., item praedium non est: item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item habet piscinulas quinque, item habet ibidem *meschne*, de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et per unam avenae.

GRABYSCHYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Tluczany sita, cuius duo haeredes Strzesz iudex de domo Kyczka, et Johannes Rudsky de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis abstracta est, et incolae soli ipsam quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi quatuordecim scothos latorum grossorum.

KOSSOWA, villa sub parochia de Thluczan sita, cuius haeres Andricus de Zegoczina Poramba, de domo et familia Waldorph. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro vicaria Cracoviensis praebendae, dictae . . . . Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur plebano et ecclesiae in Tluczany; item *stholowe* solvitur plebano, de quolibet laneo per duos grossos latos, item est ibi taberna plebani in Tluczany, quae pro censu solvit unam sexagenam.

CHRZANSTHOWYCZE, villa sub parochia de Tluczany sita, cuius haeres praefatus Andricus. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et quintus plebani de Tluczany, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis plebano in Czyrnyechow eo, quod ibi aliquando pertinebat villa ad parochiam; denarium autem Sancti Petri percipit plebanus de Thluczany: propter propinquitatem loci, et propter fluvium Vislam, qui dividit, pertinet iure parochiali et solvit mensalia in Thluczany.

BRODLA, villa sub parochia de Zegoczina Poramba sita, cuius haeres Pelcz de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi; cuius valor aestimatur ad . . . . item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Thluczany, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

STHOGNYEWOWYCZE, villa sub parochia de Proschowycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro . . . Item est ibi unum praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Thluczany.

LANTHKOWYCZE, villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Trinitati dicatam, cuius haeres serenissimus Poloniae rex. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Lanthkowska. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum uno solvitur decima manipularis ecclesiae in Lanthkowicze, de alio vero in Tluczany.

WOZNYKY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae gloriosae Virgini dicatam, cuius proprietas ad monasterium in Mogila pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; sed huius perceptio in manipulis est abstracta a scholastria, et incolae soli eam quilibet de agris suis pro se accipiunt, et solvunt pro ea summarie unam marcam latorum grossorum Pragensium; item tabernae . . . . item hortulani . . . . Item ibi ecclesia habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

ZDZYGODOWYCZE, villa sub parochia de Woznyky sita, cuius proprietas ad monasterium in Mogila pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum de laneo, episcopo Cracoviensi; item plebano suo solvitur *meschne*, de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et aliam avenae.

RYCZOW, villa sub parochia de Woznyky sita, cuius proprietas ad monasterium praefatum Mogilnense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, per unum fertonem latorum grossorum de laneo quolibet, episcopo Cracoviensi; item *meschne* solvitur de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et per unam avenae plebano suo in Woznyky.

DAMBOWDZYAL.

. . . .

Archidiaconatus Sandeczensis.

Sandecensis archidiaconatus non erat alias tempore priscorum pontificum Cracoviensium in numero archidiaconatuum dioecesis Cracoviensis; sed sanctae memoriae Sbigneus tituli S. Priscae, S. Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, et episcopus Cracoviensis, fundando ecclesiam collegiatam Sanctae Margerethae virginis in Sandecz anno Domini 1447, creavit in ecclesia

Sandecensi a se fundata archidiaconatum novum Sandeczensem, et aliquas decimas et proventus ecclesiae de Podgrodzye, eidem archidiaconatui univit. Aliquas quoque ecclesias parochiales ex archidiaconatu Cracoviensi, de consensu domini Derslai de Borzynow tunc archidiaconi Cracoviensis, aliquas vero ex praepositura Visliciensi, de consensu speciali Derslai de Krzyzanowicze tunc praepositi Visliciensis, quae versus Alpes Poloniam et Hungariam disterminantes sitae, remotam habebant et ab archidiaconatu Cracoviensi, et a praepositura Visliciensi, elongatam distantiam, eidem archidiaconi Sandeczensi annexuit, ut onus in plures partitum, levius ferri et portari posset. Primus autem eiusdem ecclesiae Sandeczensis fuit Johannes Johannis de Wyelyepolye, homo nobilis de domo Antiquorum Equorum; secundus vero fuit magister Johannes Stopka de Posnania; tertius fuit . . . de Bothurzyn, vir nobilis de domo Czewuya. Continet autem archidiaconatus Sandeczensis non paucas ecclesias parochiales sibi annexas, quae specialem archidiaconatum requirebant, quod prudens et solers pontifex Sbigneus animadvertens, non immerito plagam illam speciali archidiaconatu in suo pontificatu ornavit. Ne autem de ecclesiis parochialibus dicto archidiaconatui Sandeczensi per praefatum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem subiectis, unitis et incorporatis, aliqua dubitatio in posterum possit vel cavillatio suboriri, eas et quamlibet earum ex nomine, cum earum proventibus et introitibus universis describendas duximus, et describimus singillatim.

Sandeczensis ecclesia, in titulum Sanctae Margarethae dicata, quae quondam fuit parochialis, et in ecclesiam collegiatam translata est. Item ecclesia Sancti Jacobi parochialis in Podegrodzye eidem ecclesiae Sandeczensi, et praesertim archidiaconatui Sandeczensi incorporata, unita et inviscerata, descriptionibus non indiget; dum enim ecclesias collegiatas dioecesis Cracoviensis describebamus cum suis proventibus, sufficienter per nos descriptae sunt, cum earum proventibus, et expresse.

Antiqua Sandecz.

Oppidum, quondam nobile et frequens civibus et mercatoribus, nunc vero vicus ignobilis, habens in se ecclesiam parochialem muratam, ex latere et lapide fabricatam, Sancto . . . . dicatam, cuius iuspatronatus et praesentandi ad sanctimoniales de antiqua Sandecz pertinet, cuius plebanus modernus est. . . .: ecclesia autem praefata pro sua dote habet . . . Item in eodem oppido sunt lanei oppidanorum plus quam sexaginta, de quibus oppidani solvunt pro decima, ex pacto et foedere, episcopatui Cracoviensi annis singulis sexaginta marcas, non solvunt decimam canapalem; item in eodem oppido est monasterium muratum, in honorem Sanctae Trinitatis, in quo consveverunt stare moniales sexaginta Deo dicatae; item monasterium

fratrum minorum, virorum de ordine Sancti Francisci, quorum omnium descriptiones in regestro monasteriorum descripsimus; item ecclesia praefata et plebanus eius habet ibi proprios agros liberos, pro suo praedio, usu, et necessitate.

Czugynowycze villa sub parochia ecclesiae de antiqua Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctimonialium in antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad decem marcas aestimatur.

Moschczenycza inferior.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct.... dicatam, cuius proprietas ad sanctimoniales de antiqua Sandecz pertinet. In qua non sunt certi lanei neque dimensurati, sed sunt peties agrorum. Jam illam in alio loco descripsimus.

Barczycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct.... dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Pywniczna schya.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Virginis Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, iuxta quod currit fluvius Poprod. In quo non sunt agri distincti propter torrentem fluvium Poprod, qui illos frequenter devorat, sed sunt peties agrorum, hinc inde in locis variis, quae fluvius Poprod non occupat extirpatorum, et aestimantur ad unum laneum et tres virgas, et decima pecunialis in latis grossis solvitur pro episcopatu Cracoviensi, de uno laneo sex scotti, et de tribus virgis tres grossi latorum grossorum. Item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios liberos et prata; item habet curiam et hortum et pomerium; item habet liberam piscaturam in fluvio Poproth, item habet offertorium et denarium Sancti Petri; item habet *meschne*, decem mensuras siliginis et decem avenae de toto oppido: item est ibi advocatus habens duos laneos, de quibus solvit unum florenum ratione decimae, plebano et ecclesiae in Pywnyczna schya: item ex zuppa Bochnensi solvitur plebano una sexagena, et unus centenarius salis, in quibuslibet quatuor temporibus anni; item quolibet anno, decem ulnas panni mathelensis....

Dambrowa, villa sub parochia de nova Sandecz sita, cuius proprietas ad monasterium ordinis praemonstratensis in Nova Sandecz, cui

annexum est hospitale in eodem oppido, pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur........ Item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pywnyczna schya, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Gosthwycza, villa sub parochia de Pothgrodze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est ibi praedium regium, de quo decimatur ecclesiae in Pywnyczna schya, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Dambrowa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, in honorem..... dicatam, cuius proprietas ad monasterium Sancti Spiritus de nova Sandecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales....

Bobowa.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se lapideam, in honorem Omnium Sanctorum dicatam, cuius proprietas ad Nicolaum Johannem et Gyethka de domo Griffonum nobiles pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Proventus autem habet huiusmodi, censum videlicet qui vocatur *stolowe*, pro quo quilibet de laneo tenetur ecclesiae et plebano solvere medium alterum grossum. Item sunt in eodem oppido duo oratoria, seu duae ecclesiae ligneae; una Sanctae Zophiae, altera Sanctae Crucis honori dicatae.

Brzana, villa sub parochia de Bobowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum medietate decimatur ecclesiae in Szedlyszka; de altera vero medietate episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad....; item est praedium ibi, de cuius agris decimatur ecclesiae in Szedliszka.

Strosna, villa sub parochia de Bobowa sita, cuius haeredes Jacobus Trzeczaszky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis de laneo per unum fertonem latorum grossorum. Item est ibi praedium unum; de quo decima ecclesiae et eius plebano in Bobowa solvitur.

Kamyonka.

Villa in monte altissimo sita, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius haeredes Schykowschczy de armis Druzyna. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur decima.... Item plebanus et ecclesia habet ibi agros paucos, pro suo usu et necessitate.

Olchawa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Martino

dicatam, cuius proprietas pertinet ad monasterium Wanchoczense. In qua sunt viginti agri, sive lanei indistincti, item una taberna habens agros; item est ibi scoltetia habens duos laneos, unam tabernam et unum molendinum, habentes agros; de omnibus autem agris cmethonalibus solvitur decima manipularis et canapalis pro altari Sanctorum Petri et Pauli in ecclesia maiori Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas: item de agris scolteti, tabernae et molendini eiusdem solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Olchawa, et eius valor aestimatur ad .....

MAGNA LIPNYCZA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, lapide muratam, Visitationi Sanctae Mariae dicatam, cuius haeres Jacobus Trzeczyessky de domo Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item oppidani solvunt pro plebano *oszep* per unum chorum siliginis, per alium avenae: non est ibi praedium.

JASZYONA, villa sub parochia de Lypnycza sita, cuius haeredes Franczud, Domarath et Schrop nobiles de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros proprios, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimatur plebano in magna Lypnycza, cuius valor aestimatur ad ....

ZEBRACZKA, villa sub parochia de magna Lypnycza sita, cuius haeres Schrop praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de quolibet laneo, pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi una scoltetia, de qua decima etiam fertonalis latorum grossorum pro plebano in Lypnycza.

BUKOWYECZ, villa sub parochia de magna Lipnicza sita, cuius haereditas ad praefatum Schrop pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima fertonalis solvitur episcopo Cracoviensi; item non est ibi aliquod praedium.

IWKOWA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Crucis honori dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de quolibet laneo, pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi scoltetia una habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Iwkowa, et valor eius aestimatur ad ..... Item habet ibi plebanus in villa praefata Iwkowa *meschne*, a quolibet cmethone de laneo unam mensuram siliginis

et unam avenae; item habet plebanus et ecclesia proprios agros et prata et sylvam, pro suo usu et necessitate.

Czchow.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, et Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, cuius rector et plebanus Lucas de Wyeliczka de nobilitate Druzzyna. In quo ecclesia per cives et eorum sumptus lapide albo murata, et ab almanis civibus, qui ibi priscis et antiquis temporibus inhabitabant, Woyskyerche, id est alba ecclesia nuncupata; cuius patroni et collatores: serenissimus Poloniae rex, Johannes Melsthynsky de domo et familia Lelywa, episcopus Cracoviensis ratione villae Ruda, Johannes Philipowsky de armis Szarza, et Jacobus de Druszkow de armis Nowina. Item in eodem oppido sunt agri multi, varie et in diversis locis exculti, et non in laneos dimensurati, ex quibus solvitur et propriis curribus conducitur decima manipularis et canapalis, etiam et de hortis, per oppidanos seminatis frugibus campestribus, ecclesiae et plebano in Czchow, et valor decimae aestimatur ad quinquaginta marcas. Item est ibi praedium bonum plebanale, in quo est pomerium optimum, et duae piscinae, et quadraginta alvearia apum; item habet plebanus hortum humuli bonum et sufficientem; item habet pro dote sua et agros sufficientes, libertatos per Elisabeth Hungariae et Poloniae reginam sororem germanam Casimiri secundi Poloniae regis; item habet et duos hortos ecclesiasticos ad necessitatem suam sufficientes, item habet plebanus columbationem in tota parochia, quae se extendit ad quinque marcas cum duobus grossis; item habet plebanus censum de hortis civilibus, tres marcas pro festo Sancti Martini, et de avena quinquaginta mensuras Czchovienses confertas; item habet censum trium cum media marcarum et unum fertonem minus medietate, in certis domibus et areis; item quidam hortulani de certis agris solvunt ecclesiae undecim talenta cerae pro quolibet anno; item de denario Sancti Petri cedunt septem fertones pro plebano, soluto collectore apostolico, cui solvit ecclesia pro iure apostolico octo scottos.

Jurkow, villa sub parochia de Czchow sita, cuius haeres Nanayko nobilis de Antiquis Equis. In qua sunt novem lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, item molendinum est ibi in flumine Dunayecz, habens agros bonos et sufficientes, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Czchow.

Ruda, villa sub parochia ecclesiae de Czchow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de

quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi; item est ibi scoltetus habens duos laneos de agris, de quibus solvit pro decima plebano in Czchow unum fertonem latorum grossorum Pragensium.

Philipowicze, villa sub parochia de Czchow sita, cuius haeres Johannes Philipowszky de armis Szarza. In qua sunt lanei cmethonales, item tres hortulaniae, item tabernae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Czchow, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est ibi molendinum habens agros, de quibus cedit plebano in Czchow decima; ratione cuius villae et decimae Johannes Philipowsky haeres praedictae villae, est etiam patronus ecclesiae in Czchow.

Druszkow, villa sub parochia de Czchow sita, cuius haeres Jacobus Druszkowsky de armis Nowina, ratione cuius villae est quintus patronus. In qua sunt lanei cmethonales, item tria militaria praedia et totidem patroni, habentes quintum locum praesentandi, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Czchow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Item in praefato oppido Czchow fraternitas Beatae Mariae dat plebano annuatim duas marcas, solvendo pro quibuslibet quatuor temporibus mediam marcam, et plebanus tenetur quolibet sabatho cantare missam de Beata Virgine.

Phalyssowycze, villa sub parochia de Czchow sita, cuius haeres Spitko Melsthinsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium bonum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Czchow, cuius valor ad duodecim marcas.

Domaslowycze, villa sub parochia ecclesiae de Czchow sita, cuius haeres Spitko de Melsthyn de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium bonum militare habens agros sufficientes, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Czchow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Villae parochiales: Oppidum Czchow, Jurkow, Ruda, Philipowicze, Druszkow, Phaliszowycze, Domaslowicze.

Item in eodem oppido Czchow sunt duo altaria: unum quinque vulnerum Domini nostri Jesu Christi honori dicatum, et per Marcum plebanum in Czchow nobilem de domo qui deferunt cervum pro insigni, fundatum et dotatum; cuius patronus unicus et collator plebanus de Czchow pro

tempore, cuius altarista modernus Albertus de . . . . . Item altarista habet pro dote agrum cum pratis, liberum a censu, proprium, sed de illo solvit decimam plebano in Czchow; item habet unum hortum bonum, item habet aream et domum in circulo oppidi Czchow, de qua solvuntur sibi pro censu novem marcae; item tenetur quilibet altarista singulis hebdomadis tres missas feria videlicet sexta de quinque vulneribus, sabbatho de Beata Virgine, die vero dominico de Sanctissima Trinitate legere et explere.

Aliud altare est in eodem oppido Czchow Sanctis Petro et Paulo Apostolis dicatum, et quod Paulus Zlodzey nobilis de familia Nyeszoba, haeres de Biskupicze, miles hispanicus fundavit et dotavit, et dedit praefato altari et eius altaristis pro tempore, tres laneos cum omni iure et censu in villa Biskupicze; item tabernam in Biskupicze habentem agros et prata, quae solvit altaristae pro annuo censu octo marcas; item dedit praefato altari domum in Czchow cum pomerio et horto, in qua altarista manet; item dedit praefato altari et incorporavit braseatorium in civitate Czchow liberum, de quo solvuntur altaristae pro censu tres marcae, item in praefata villa Biskupicze sunt viginti duo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae octo non habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis altari Sancti Laurentii in ecclesia Cracoviensi, item et canapalis solvitur; valor decimae ad duodecim marcas: item in eadem villa Biskupicze est praedium militare, de quo et de aliquibus agris qui *nywy* appellantur, quos colunt cmethones, qui quondam erant curiae, solvitur decima praebendae Sanctorum Felicis et Adaucti in castro Cracoviensi. Tenetur autem dictus altarista, qui modernus est Clemens de Czchow, singulis septimanis duas missas, feria videlicet secunda pro defunctis benefactoribus, feria autem tertia pro vivis et pro peccatis perpetuo explere.

Ropczicze.

. . . .

Wysznycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Catherinae Virgini et Martyri dicatam, cuius haeres Petrus Kmytha de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . .; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Wysnycze, et valor eius aestimatur ad . . . .; item ibi plebanus et ecclesia habet agros proprios et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Doluzycze, villa sub parochia de Wysznycze sita, cuius proprietas ad abbatem Wanchoczensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item

taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; item est ibi scoltetia una habens .....

JAKUBKOWYCZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctis Petro et Paulo dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus pertinet ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus et de praedio, quod est ibi, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Jakubkowycze, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item plebanus habet ibi agros paucos et pratum, pro suo usu et necessitate.

ZDBYKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Jakubkowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item sunt ibi quatuor hortulaniae, item una taberna, item unum molendinum, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur; item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris non solvitur alicui decima.

STHANKOWA, villa sub parochia de Jakubkowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua quatuor lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros, item molendinum et una taberna scolteti, de quibus omnibus agris villae totius solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Non est hortulania aliqua, neque taberna coenobialis.

WOLYA STANKOWA, villa sub parochia de Jakubkowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua tres lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item ibi non sunt hortulaniae, non sunt tabernae, item molendinum etiam non, neque praedium.

LOSSOSYNA, villa sub parochia de Jakubkowycze sita, cuius haeres Wyernek de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, ad proprietatem plebani pertinens, quae solvit plebano pro censu...., de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Jakubkowycze, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item praedium ibi est unum haeredis, de quo etiam decimatur pro ecclesia in Jakubkowycze.

WRONOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Jakubkowycze sita, cuius haeres Wronowsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas, pro ecclesia et plebano in Jakubkowycze, cuius valor ad quatuor marcas

aestimatur. Item praedium unum haeredis, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Thangoborza, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Sadowa, villa sub parochia de Jakubkowycze sita, cuius haeres.. Zagorsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Jakubkowycze cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium similiter ecclesiae eidem decimat, cuius valor ad unam marcam.

Mychalczowa, villa sub parochia de Jakubkowycze sita, cuius haeredes Nicolaus, Stanislaus, Jacobus et Martinus fratres de armis ..... In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ct canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item sunt ibi quatuor curiae, quarum praedia depositis cmethonibus, -instituta sunt, de omnibus tamen solvunt decimam episcopo Cracoviensi.

Lanczna, villa sub parochia ecclesiae de Jakubkowycze sita, cuius haeres Nicolaus Wyernek de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una et hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . Item est ibi unum praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Thangoborza, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Uyanowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanc . . . dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ecclesia et plebanus habet laneos proprios et prata, pro suo usu et necessitate; item habet eadem ecclesia unam tabernam liberam habentem agros, et solvit sibi pro censu . . . . ., item habet unam hortulaniam, quae solvit sibi pro censu . . .

Kobilczyna, villa sub parochia ecclesiae de Uyanowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi scoltetus habens unum laneum, de quibus omnibus solvitur decima fertonalis pro episcopo Cracoviensi, latorum grossorum; item est ibi unum molendinum et una taberna scolteti eiusdem.

Trzeszycze, villa sub eadem parochia de Uyanowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis

pro episcopo Cracoviensi, et valor quinque marcarum. Item ibi non est praedium, neque molendinum, nulla taberna, nulla est hortulania.

Wznyacza, villa sub parochia de Uyanowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales praefatas pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per fertonem latorum grossorum pro episcopo Cracoviensi; item est ibi scoltetia habens agrum seu laneum unum tantummodo, de quo solvit decimam pro . . . Item habet ibi scoltetus idem unam tabernam et molendinum.

Schymanczowa, villa sub parochia de Uyanowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua est unus tantummodo laneus cmethonalis, item est ibi scoltetia habens agros proprios, de quibus omnibus solvitur pecunialis decima pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium.

Kamyonka, villa sub parochia de Uyanowycze sita, cuius haereditas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una scoltetia habens unum laneum liberum, de quibus omnibus solvitur pecunialis decima pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium; item est ibi unum molendinum scolteti; item non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Kroszna, villa sub eadem parochia ecclesiae de Uyanowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales praefatas Sandeczenses pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi una scoltetia, habens unum tantummodo laneum liberum, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, per unum fertonem de quolibet laneo, latorum grossorum Pragensium, episcopatui Cracoviensi; item est ibi unum molendinum scolteti et una taberna.

Schlana, villa sub parochia de Uyanowycze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad sanctimoniales Sandeczenses. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi unus scoltetus, habens agrum seu laneum unum liberum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor aestimatur ad sex marcas; item est ibi unum molendinum et una taberna scoltetiae eiusdem.

Schyedlyecz.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius proprietas et haereditas pertinet ad sanctimoniales de antiqua Sandecz. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor . . . . ., item ibi non est aliquod praedium, sed est scoltetia habens agros proprios, de quibus decimatur plebano ibidem in Szedlecz, cuius valor aestimatur ad . . .

Szlowykowa, villa sub parochia de Szyedlecz sita, cuius proprietas

ad sanctimoniales praefatas in Sandecz antiqua pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, et valor aestimatur ad . . .

Trzeczesz, villa sub parochia de Szyedlecz sita, cuius haeres Stanislaus Trzeczeszky de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Janczyna, villa sub parochia de Szyedlecz sita, cuius haeredes Jacobus et Stanislaus nobiles de domo . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad . . . . Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur plebano in Szedlyecz.

Milkowa, villa sub parochia de Szyedlecz sita, cuius haeres Clemens Korzensky de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebendario in Myelschtin, et valor eius aestimatur ad . . . .; item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur plebano in Szedlecz, cuius valor aestimatur ad . . .

Kamyenycza.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Mariae Virgini dicatam, cuius proprietas ad monasterium de antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, et duo scoltetiales, de quibus omnibus solvitur decima fertonalis latorum grossorum pro episcopatu Cracoviensi, et proveniunt ibi sex marcae latorum grossorum Pragensium. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decima solvitur pro episcopatu Cracoviensi; item habet ecclesia et eius plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

Zbludza, villa sub parochia ecclesiae de Kamyenycza sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item est ibi scoltetia habens unum laneum liberum, de quibus omnibus solvitur decima fertonalis latorum grossorum Pragensium pro episcopo Cracoviensi; item ibi non est praedium, item tabernae . . . ., item hortulaniae . . .

Przeczycza.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Michaeli dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium episcopale, de quo

solvitur decima manipularis ecclesiae in Przeczycza; item plebania habet agros et prata, pro suo usu et necessitate.

KAWYECZYN, villa sub parochia de Przeczycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus solvitur decima pecunialis pro monasterio Thynyeczensi, per sex grossos in moneta communi; item scoltetia est ibi habens duos laneos, et solvit decimam...; item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, neque molendinum; item columbatio, denarius Sancti Petri de eadem villa, solvitur ecclesiae de Przeczycza.

DAMBORZYN, villa sub parochia de Przeczycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus solvitur decima pecunialis monasterio Thynczensi per sex grossos; item scoltetia est in eadem villa, habens duos laneos, de quibus decimam . . . . . ., item est ibi praedium coenobiale, de quo nulli solvit decimam monasterium, sed eam pro se tollit; item columbatio et denarius Sancti Petri solvitur ecclesiae in Przeczycza.

ZAGORZYE, villa sub parochia de Przeczycza sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales et duae virgae, item una taberna habens agros, item hortulaniae, de quibus solvitur decima pecunialis per sex grossos communis pecuniae pro monasterio Thynczensi. Item ibi praedium non est.

RZYEPYENNYKY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Clementi dicatam, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per fertonem de quolibet laneo, pro episcopo Cracoviensi; item est ibi taberna, habens agros proprios, et solvit . . . Item est ibi unum molendiuum, item est ibi praedium episcopale, de quo datur decima pro ecclesia in Rzepyennyky.

COLCHOWA, villa sub parochia ecclesiae in Rzepyennyky, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, item est una scoltetia habens proprios laneos, de quibus solvitur pecunialis decima per sex grossos de laneo, pro dicto episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad mediam marcam.

BRZOSTHEK et KLYECZCZE.

BRZOSTEK oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci dicatam, quae est matrix et principalis, Klyeczcze autem est villa et filia ecclesiae de Brzostek, Sancto Leonardo confessori dicata etiam ecclesia lignea, olim famosa, nunc iam in oblivionem data, ad quam,

dum fieret magnus concursus hominum ex Polonia, Hungaria, Russia, Lithvania, propter prodigia, quae ad invocationem Sancti Leonardi in valetudinariis patrabantur, fiebant ibi maximae oblationes in aere, et cera, quas tollebat plebanus de Brzosthek, quorum summa extendebat se ad tricentos florenos. Nunc ibi est plebanus Szwyanthoslaus de Orzechowicza, nobilis de domo Pylawa, qui residet in Brzostek et per vicarium in Kleczcze filiam administrat; habet ecclesia proprios agros et prata prope Klyeczcze sita, pro suo praedio. Proprietas utriusque et oppidi Brzosthek, et villae Kleczcze, pertinet ad abbatem et monasterium Thynczense, et utriusque ecclesiae abbas Thyniczìensis cum conventu est collator et patronus. In quo oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis monasterio Thyncziensi. Item sunt ibi duo molendina, unum monasterii, aliud advocati; item advocatia est in eodem oppido, habens duos laneos, de quibus plebano in Brzostek decimat. Item praedium coenobiale non est in eodem oppido.

KLYECZCZE.

In Klyeczcze autem sunt quatuor lanei cmethonales ad monasterium Thyniczìense pertinentes, in ea parte villae, in qua sita est ecclesia, de quibus solvunt decimam monasterio Thyniczìensi, item praedium coenobiale non est in eadem villa, item in eadem parte sunt duo praedia militaria Czurilonum de armis Korczaky; sunt etiam ibi cmethones ad praedictos milites pertinentes, et tam milites quam cmethones eorum, tabernarii et hortulani et omnes incolae, solvunt decimam ecclesiae in Klyeczcze. Hanc autem partem villae anno Domini 1370. Casimiro secundo Poloniae rege mortuo, praefati milites et eorum parentes violenter monasterio Thyniczìensi abstulerunt et detinent iniuste occupatam ... Oppidum Brzosthek et villae parochiales: Klyeczcze, Januschkowycze, Kamyennicza, Brzosthkowska Wolya.

KAMYENYCZA, villa sub parochia de Brzosthek sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis per unum fertonem de quolibet laneo, latorum grossorum Pragensium, episcopo Cracoviensi. Item est ibi una scoltetia habens duos laneos, de quibus solvit decimam....; item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, sed est una taberna; item est ibi molendinum scolteti unum.

JANUSCHKOWICZE, villa sub parochia de Cleczcze sita, cuius tantummodo medietas pertinet ad monasterium Thynczense, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna monasterii habens agros, de quibus solvitur decima pecunialis pro monasterio Thyneczensi per .....: item est ibi scoltetia habens duos laneos liberos, de quibus decimat .... Medietatis

vero alterius proprietas pertinet ad Johannem Amor Tharnowsky de armis Lelywa.

BRZOSTHKOWSKA WOLYA, villa sub parochia de Brzosthek sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei tres cmethonales, et sex virgae cum media, de quibus solvitur decima....; item est ibi scoltetus, habens duos laneos, de quibus decimat.......

WOLYA circa BRZOSTHEK, villa sub parochia de Brzosthek sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ..... Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus solvit decimam....

WARZYCZE.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Beato Laurentio Martyri dicatam, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro monasterio Thynczensi, per sex grossos communis pecuniae de laneo; item scoltetia est in eadem villa, habens duos laneos agrorum, de quibus ecclesiae in Warzycze et eius plebano solvit decimam; item cmethones et incolae villae praefatae solvunt ratione *meschne* ......

BYROWKA, villa sub parochia ecclesiae de Warzycze sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .... Item cmethones praefatae villae ratione *meschne*, ecclesiae in Warzycze solvunt ......

LANKY.

. . . .

WYELYE GLOWY.

. . . .

SANCTUS SWIRADUS.

Villa habens ecclesiam parochialem muratam in se, Sancto Swirado alias Zorawdo dicatam, cuius proprietas pertinet ad plebanum: ecclesiae autem patronus et collator est Theodorus de Tropye de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabern ....., item hortulani ....., de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae et eius plebano ibidem de Sancto Swirado; item quilibet cmetho de laneo solvit plebano pro censu ..., item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata et gayos, pro suo usu et necessitate.

BYSZKUPYCZE, villa sub parochia de Sancto Szwyrado sita, cuius haeres Wyerzynek de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales,

item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima.......

WROBLOWICZE, villa sub parochia de Sancto Szwyrado sita.....

LANKY, villa sub parochia de Sancto Szwirado sita, cuius haeredes plures de armis Nigrorum cervorum et Ignile. In qua lanei cmethonales, item hortulaniae, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Sancto Swyrado, cuius valor aestimatur ad octo marcas.

RACHBROD.

Villa habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sanctae Mariae Virgini gloriosae dicatam, in honorem Nativitatis suae, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabern . . . . , item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de laneo, episcopo Cracoviensi; item plebanus et ecclesia habet ibi ratione *meschne*, de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et per unam avenae; item habet proprios agros liberos et prata, pro suo usu, praedio et necessitate; item piscinam habet et sylvam.

SYEDLYSCZA.

. . . .

PISSARSKA WYESCH.

. . . .

TANGOBORZA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius haeres . . . . Sanspowsky, de armis . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur . . . . Item praedium est ibi unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Thangoborza; item habet ibi plebanus et ecclesia proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

LUKOWYCZA.

. . . .

KAMYONKA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad custodiam Sandeczensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item ibi praedium non est; item ecclesia et plebanus eius habet ibi agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

MOSCZENYCZA INFERIOR.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto .... dicatam, cuius proprietas ad sanctimoniales Antiquae Sandecz pertinet. In qua non sunt certi lanei cmethonales, neque dimensurati, nec potest numerus certus laneorum aestimari; sed sunt pecies et sortes, ad quinque tamen laneos aestimantur; item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos, et prata pro suo usu et necessitate.

MOSCZENYCZA SUPERIOR, villa sub parochia de Mosczenycza inferiori sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

BYEGANYCZE.

. . . .

LANCZSKO.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis sanctimonialibus Sandeczensibus, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item ibi non est scoltetus, neque hortulaniae; item ibi plebanus non habuit agros, sed Michael de Lypnycza impensis propriis extirpavit eos, et habentur nunc satis ampli dicti Tharnowa: item plebanus habet ratione *meschne*, unam mensuram avenae, a quolibet cmethone totius parochiae suae.

CZYRNYECZ, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro sanctimonialibus in Antiqua Sandecz, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item tabernae . . ., item hortulaniae . . ., item scoltetus non est ibi, item praedium. . . . . .

ZARZECZE, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales praefatas pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro vicariis Sandeczensibus, cuius valor aestimatur ad sex marcas; et hanc decimam donavit eis episcopus Cracoviensis Thomas, de consensu capituli sui. Item hortulaniae non sunt, tabernae non sunt, scoltetus non est, neque praedium aliquod.

ZABRZEZYE, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas

ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, item scoltetia habens agrum seu laneum unum liberum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lanczsko, cuius valor ad quatuor marças aestimatur. Item est ibi una taberna scolteti et molendinum; item scoltetus ratione decimae solvit plebano in Lanczsko unum fertonem communis pecuniae.

Bodzow, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lanczsko, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, neque molendinum, item scoltetia non est.

Wyetrznycza, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua est unus tantummodo laneus; item est ibi scoltetia habens unum laneum liberum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Lanczsko, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae; item scoltetus decimam pecunialem solvit plebano in Lanczsko sex grossos.

Pyszkulyna Wolya, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales praefatas pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ibi non est praedium; scoltetus est ibi, et solvit ratione decimae plebano in Lanczsko octo grossos communes.

Kosthnowa Wolya, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius haereditas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia, habens unum laneum liberum, de cuius agris decima pecunialis datur octo grossos plebano suo; item praedium non est ibi, item tabernae...., item hortulaniae...

Kycznya, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi; item est ibi scoltetus habens unum laneum liberum, de quo decimat suo plebano in Lanczsko pecunia, videlicet octo grossis: item est ibi una taberna scolteti, item unus hortulanus et molendinum.

Zawathka, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas pertinet ad sanctimoniales Antiquae Sandecz. In qua sunt lanei cmethonales quatuor, de quorum parte minori, decima manipularis et canapalis

episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas; de altera vero medietate, maiori videlicet, solvitur et conducitur monasterio et sanctimonialibus in Antiqua Sandecz, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item ibi praedium, item tabernae, item hortulaniae....

Zagorzyn, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales praefatas pertinet. In qua sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro sanctimonialibus Sandeczensibus, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, praeter tamen duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Lanczsko, cuius valor ad unam sexagenam. Item est ibi scoltetia habens unum laneum liberum et molendinum proprium, et decimat octo grossis plebano; item praedium non est ibi, item hortulaniae non sunt.

Maszkowycze, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item scoltetia ibi non est, item hortulaniae non sunt, item praedium....

Sczeresch, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos liberos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad septem marcas aestimatur; scoltetus autem ratione decimae, solvit plebano suo octo grossos; item praedium non est, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt.

Ochothnyczka, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas pertinet ad sanctimoniales praefatas. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Lanczsko, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; item praedium non est, item scoltetia non est, neque hortulaniae, neque tabernae.

Wolycza, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad tres marcas aestimatur. Item ibi non est praedium, non est scoltetia, non sunt hortulaniae, non tabernae, neque molendinum.

Byennyowa, villa sub parochia de Lanczsko sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro

monasterio sanctimonialium in antiqua Sandecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ibi non est praedium, non est scoltetia, non tabernae, non hortulaniae, neque molendinum; item plebano quilibet cmetho de villis totius suae parochiae, solvit quinque ova et per unum caseum, duo salsicia et duos panes.

SCHALYEWA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Michaeli dicatam, cuius haeres Stanislaus, Johannes et Nicolaus germani de domo Streparum. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum pro episcopo Cracoviensi; item habet ecclesia et plebanus unum laneum proprium et prata, pro suo usu et necessitate.

BYESZNYK, villa sub parochia de Schalyewa sita, cuius haeres Johannes Stadnyczsky de armis ..... In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum episcopo Cracoviensi; item est ibi unus scoltetus habens agros speciales, de quibus decimat .....

TYLMANOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancti Nicolai, cuius proprietas ad sanctimoniales Sandeczenses pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur ecclesiae ad eam pertinenti octodecim marcae de *szupa* Bochnya, et rubeta penes scoltetum et duae hortulaniae: quilibet cmetho tenetur grana seminare ad tempus aestivale et hyemale, cmetho quilibet tenetur dare per duodecim ova et per tres gallos; scoltetus unum fertonem et duodecim coretos siliginis, de qualibet taberna tenetur dare tabernales, residuitatem decimae tenetur dare ecclesiae.

OCHOTHNYCZA, villa tenetur dare sexagenam et per tres gallos et per duos caseos.

WOYAKOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, honori Omnium Sanctorum dicatam, quam Woyak miles existens tunc magnus procurator, de armis Ogniwo fundaverat. In qua sunt plures tam milites Prussy, alias Dobroczeszsczy, genus Sancti Stanislai, quam cmethones de armis Czarny Jelyn et Ognywo. Item tabernae non sunt ibi, et de omnibus agris tam nobilium quam cmethonum, solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Woyakowa, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Erat autem decima praefata ab initio episcopalis tota; sed nobiles depositis cmethonibus occupant eam, et cum iniuria episcopi dant eam plebano in Woyakowa. Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate, item tres piscinulas, item

molendinum, item unum cmethonem habentem agros, qui solvit pro censu unam marcam.

Druschkow, villa sub parochia ecclesiae de Woyakowa sita, cuius haeredes Prussy nobiles de armis nigrorum Cervorum et Ogniwo. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna est una, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae et eius plebano in Woyakowa, cuius valor aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem.

Porambka, villa sub parochia de Woyakowa sita, cuius haeredes praefati Prussy nobiles de domo Nigrorum Cervorum et Ognywo. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Woyakowa, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Lanky, villa sub parochia de Sancto Szwyrado, cuius haeredes Prussy ipsi nobiles de armis nigrorum Cervorum et Ignile. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item taberna una cum agris, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano praefato Sancti Szwyradi, valor eius ad octo marcas.

Kanthi, villa sub parochia de Woykowa sita, cuius haeredes multi de armis nigrorum Cervorum, Prussy et Ognywa. In qua non sunt cmethones, sed in toto milites, de quorum agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Woyakowa, et valor eius aestimatur ad decem marcas, de qua tenetur ecclesiae de Sancto Szwyrado solvere tres marcas; erat enim praedicta villa de parochia Sancti Swyradi, et habebat ius in dicta decima.

Dobraczesch, villa sub parochia de Woyakowa sita, cuius haeredes plures de armis nigrorum Cervorum, Prussy et Ogniwa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Woyakowa, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Polomya, villa sub parochia de Woyakowa sita, cuius haeredes milites de nigris Cervis et Antiquis Equis. In qua sunt plures milites et cmethones pauciores, et tam de praediis quam agris cmethonalibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Woyakowa, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Polna.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Andreae dicatam, cuius haeres Stanislaus Staschkowsky de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo

per .... episcopo Cracoviensi. Item praedium est unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Polna; item plebanus et ecclesia habet proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

WILCZISKA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Stanislao dicatam, cuius haeres Janussius Jezowsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi per ..... Item non est ibi praedium, est autem scoltetia habens agros, de quibus decimat .....; item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

STROZE, villa sub parochia de Wylczyska sita, cuius haeres idem Janussius Jezowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi per ......

STROZE, villa sub parochia de Wylczyska sita, cuius haeres Moykowsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Syedliszka, cuius valor ad septem marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et eius plebano in Wylczisk a; item ratione *meschne* habet ibi plebanus de quolibet laneo unum grossum.

WOYNAROWA, villa sub parochia de Wylczyska sita, cuius haeres Johannes de armis Strcparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas, item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wylczyska.

LYPNYCZKA, villa sub parochia de Wylczyska sita, cuius haeres Janussius Jezowsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Wylczyska.

JANKOWA, villa sub parochia de Wylczyska sita, cuius haeres Jezowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..... item ibi praedium non est.

CZUDECZ.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad nobiles de armis Olava Johannem et Nicolaum germanos de Strzezow pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum et suburbanorum, de quibus quilibet de laneo solvit ecclesiae et plebano in Czudecz, per fertonem et tres mensuras siliginis et tres avenae. Item de oppidanis et suburbanis eiusdem oppidi, quilibet hospes solvit plebano pro mensalibus

grossum, inquilinus quinque denarios: item est ibi praedium castrense, quod dat decimam manipularem ecclesiae et plebano in Czudecz, et valor eius aestimatur ad .....; item sunt ibi hortulaniae duae, quae solvunt pro mensalibus grossum, et denarium Sancti Petri; item sunt in eodem oppido duo molendina.

Nowa wyesz, villa sub parochia ecclesiae de Czudecz sita, cuius haeres Martinus Machowsky de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet de laneo solvit ecclesiae et plebano in Czudecz per fertonem, et tres mensuras siliginis et tres avenae, item cmethonum quilibet solvit plebano in Czudecz pro mensalibus grossum, inquilinus quinque denarios; item est ibi una taberna, quae solvit loco mensalium grossum; item est praedium militare in eadem villa, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Czudecz.

Pstrangowa, proxima Czudecz, villa sub parochia de Czudecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet de laneo solvit ecclesiae et plebano in Czudecz per fertonem, et per tres mensuras siliginis et tres avenae; item est ibi una taberna, item molendinum, quae etiam solvunt plebano in Czudecz pro mensalibus per grossum.

Zaborowye, villa sub parochia de Czudecz sita, cuius haeres Nicolaus Machowsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet cmetho, de laneo solvit plebano in Czudecz per fertonem et per tres siliginis et tres avenae mensuras; item quilibet cmetho hospes, dat plebano in Czudecz pro mensalibus grossum, inquilinus quinque denarios; item est in eadem villa scoltetia habens duos laneos, de quolibet solvitur ecclesiae in Czudecz per fertonem et tres mensurae siliginis et tres avenae, item et pro mensalibus grossum.

Prochna, curia domini Stanislai Prochensky nobilis, de armis ... ubi est praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Czudecz; item est ibi una taberna, quae solvit eidem plebano in Czudecz mensales, similiter et una hortulania.

Wyrzne, villa sub parochia de Czudecz sita, cuius haeres Stanislaus Prochensky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet de laneo solvit ecclesiae in Czudecz fertonem, item tres mensuras siliginis et tres avenae; item quilibet cmetho hospes et taberna una quae ibi est, et molendinum, solvunt plebano in Czudecz pro mensalibus per grossum, inquilinus quilibet per quinque denarios.

Babicza, villa sub parochia de Czudecz sita, cuius haeres Stanislaus Prochensky; item est in eadem villa una taberna, item est et molendinum, de quibus plebanus de Czudecz percipit grossos mensales.

Nizini, villa sub parochia de Czudecz sita, item est in eadem villa

praedium militare, de quo tollitur decima manipularis ecclesiae in Czudecz, cuius valor aestimatur ad .....

POLOM.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, S ..... dicatam ...

LYUTHCZA.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sanctissimae Nativitati Virginis Mariae dicatam, cuius haeres Jacobus Czyepyelowsky nobilis de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales ......

ZAKOBILE, villa sub parochia ecclesiae de Luthcza sita, cuius haeres ....

GROSCHNA, villa sub parochia ecclesiae de Luthcza sita .....

THYNBARG.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeres Marschalcus. In quo sunt centum lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi de quolibet per ...... Item est ibi unum praedium advocati, de quo decimatur plebano ibidem in Thynbark; item plebano solvit quilibet de laneo *sep*, per unam mensuram siliginis et per aliam avenae, item habet plebanus proprios et agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Suburbium alias Jaszna sub parochia de Thymbarg. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis etiam episcopo Cracoviensi de quolibet laneo per ...... Item *osszep*, solvitur de quolibet laneo per unam mensuram siliginis et per unam avenae pro plebano in Thymbarg .....

STRZEZOW.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Corpori Christi dicatam, cuius haeredes Johannes et Nicolaus germani nobiles de armis Olawa. In quo oppidani omnes et suburbani solvunt ecclesiae et plebano in Strzezow pro mensalibus, quilibet hospes grossum, et inquilinus quinque denarios; item est in eodem oppido molendinum, quod solvit plebano in Strzezow pro mensalibus grossum; item de utroque suburbio Strzezoviensi solvitur decima ecclesiae in Dobrzechow, quilibet de laneo per fertonem et tres mensuras siliginis et tres avenae.

GODAWA, villa sub parochia de Strzezow sita, cuius haeres Nicolaus Strzezowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet cmetho solvit plebano in Strzezow per fertonem, et per tres mensuras siliginis et per tres avenae; item in eadem villa sunt duae hortulaniae, item molendinum, item quilibet cmetho hospes solvit plebano in Strzezow pro mensalibus grossum, inquilinus quinque denarios; item est ibi praedium

militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Strzezow, cuius valor .....

Zisnow, villa sub parochia ecclesiae de Strzezow sita, cuius haeres Nicolaus Strzezowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet cmetho de laneo, solvit plebano in Strzezow per fertonem et per tres mensuras siliginis et avenae; item sunt ibi duae hortulaniae, quae similiter pro mensalibus solvunt plebano in Strzezow per grossum; item est scoltetus in eadem villa habens tres laneos, et de quolibet solvit plebano in Strzezow per fertonem et per tres mensuras siliginis et tres avenae.

Gbysska, villa sub parochia ecclesiae de Strzezow sita, cuius haeres Nicolaus Strzezowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet solvit de laneo plebano in Strzezow per fertonem et per tres mensuras siliginis, et avenae per tres similiter; item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Strzezow, et valor eius aestimatur .....

Brzezyanka, villa sub parochia de Strzezow, cuius haeres Nicolaus Strzezowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet de laneo solvit plebano in Strzezow per fertonem, et per tres mensuras siliginis et tres avenae; item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus solvitur plebano in Strzezow de quolibet per fertonem, item per tres mensuras siliginis et avenae, item loco mensalium de quolibet laneo grosum; item est ibi una taberna, quae etiam pro mensalibus solvit in Strzezow grosssum.

Tropya, villa sub parochia ecclesiae de Strzezow sita, cuius haeres Nicolaus Strzezowsky de armis Olawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus quilibet de laneo, solvit pro decima ecclesiae in Strzezow per fertonem, et per tres mensuras siliginis et tres avenae; item est ibi scoltetia, habens duos laneos, et de quolibet solvitur ecclesiae in Strzezow ferto, et tres mensurae siliginis et tres avenae; item est ibi una taberna, item unum molendinum, quae omnia loco mensalium solvunt plebano in Strzezow per grossum.

Lanthownya. . . . .

Jaworznik.

Villa Stanislai et Martini Machowsczy de domo Habdank, quae licet praeteritis annis et temporibus sub parochia de Strzezow per antiquos fundatores sita fuit, processu tamen temporis Johannes Grusczynsky, tunc Cracoviensem tenens episcopatum, non mediocrem distantiam villae praefatae a sua parochia considerans, ecclesiam parochialem honori Sanctae Mariae Magdalenae dicandam erigit et fundat in eadem villa, conditione tamen adhibita tali, ut plebanus ecclesiae de Jawornik teneatur perpetuo sin-

gulis annis quatuor marcas ecclesiae et plebano in Strzezow, tanquam matri suae ac genitrici, solvere et dare.

Zarnowa; villa sub parochia de ...... sita. ..... Item cmethones praedictae villae dant mensales in Strzezow quilibet per grossum .....

Zywnow villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, cuius haeres Stanislaus Prochensky de domo Griffonum. ....

Lutcza.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Nativitati S. Mariae dicatam, cuius haeres Jacobus Czepyelyowsky de domo Griffonum ....

Zakobile, villa sub parochia de Lyuthcza sita, cuius haeredes Nicolaus, Martinus, Petrus de armis Griffonum. In qua sunt .....

Groszna, villa sub parochia ecclesiae de Lyuthcza .....

Trczyanka.

Villa parochialem ecclesiam habens in se ligneam, Sancto Laurentio Martyri dicatam, cuius haeres Johannes Trczensky nobilis de domo Polukoza. Haec autem villa et parochia in extremis finibus dioecesis Cracoviensis, et omnium ecclesiarum parochialium ultima, prope Rzeschow est sita Cracoviensis et Przemysliensis dioecesis tenens confinia. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna habens agros, item hortulaniae habentes agros...

Lyubcza.

Villa habens parochialem in se ecclesiam ligneam, Sanct .... dicatam. In qua sunt ..... Cuius haeres ......

Zaschow.

Villa parochialem ecclesiam ligneam habens in se, Sancto Clementi Martyri dicatam, cuius haeres ratione uxoris Stanislaus Thanczynsky de armis Bippenium. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decano Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item in eadem villa sunt quinque lanei praeter priores, de quibus decima pecunialis solvitur pro decano Cracoviensi, per unum fertonem; item est ibi praebendarius habens unum laneum, quem solus colit, de quo etiam tenetur reddere decimam decano; item est ibi praedium unum, quod decimat ecclesiae in Zaschow.

Wyewyorka, villa sub parochia de Zaschow sita, cuius haeres Stanislaus Thanczynsky ratione uxoris. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, de quibus decima fertonalis solvitur pro decano Cracoviensi; item haeres deposuit tres laneos cmethonales, et convertit eos in praediales, et abstulit decimam a decano, et decimat de eis ecclesiae in Zassow.

Roza, villa sub parochia ecclesiae de Zassow sita, in qua sunt plures

haeredes, et undecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis decano Cracoviensi.

Borowa, villa sub parochia de Zassow sita, cuius haeres praefatus Stanislaus Thanczynsky ratione uxoris. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus decima fertonalis decano Cracoviensi.

Jazwyny, villa sub parochia de Zaszow sita, cuius haeres idem Stanislaus Thanczynsky ratione uxoris. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ....

Wythanowycze.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius haeredes Petrus, Michael et Johannes...... In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima pecunialis per fertonem latorum grossorum de laneo, pro episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Wythanowycze, cuius valor aestimatur ad ..... item plebanus et ecclesia habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Babycze, villa sub parochia de Wythanowycze sita, cuius haeres Johannes Rudsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum de laneo, pro episcopo Cracoviensi; item solvunt missalia plebano suo, de quolibet laneo per duos grossos; item praedium ibi non est.

Lgotha, villa sub parochia de Wythanowycze sita, cuius haeres Johannes de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per fertonem de quolibet laneo latorum grossorum, pro episcopo Cracoviensi; item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur plebano in Wythanowicze.

Straschączyn.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeres Emericus Roszperzsky de Gora, nobilis de domo Zadora. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Straszaczin, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Gora, villa sub parochia de Straschanczin sita, cuius haeres Zambawsky de Gorszka Wolya de domo ..... In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum; item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decima manipularis solvitur pro ecclesia et plebano in Straschanczin, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Gorska Wolya, villa sub parochia de Straschanczin sita, cuius haeredes Nicolaus et Johannes de armis et familia ..... In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum; item est ibi praedium militare unum, de cuius agris decima datur ecclesiae et plebano in Straschanczin, cuius valor aestimatur ad .....

Kothowa, villa sub parochia ecclesiae de Straschanczin sita, cuius haeres Mykoschek de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales .....

Wylkogrzeb, villa sub parochia de Straschanczin sita .... cuius haeres .....

Grabye, villa sub parochia de Straschanczin sita, cuius haeres Henricus Rospyerzsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales.....

Zary, villa sub parochia ecclesiae de Straschanczin sita, cuius haeres Johannes Pothgrodsky de domo et familia ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur .....

Ruda, villa sub parochia de Straschanczin sita, cuius haeres idem Johannes Pothgrodsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales.

Zyrakow, villa sub parochia ecclesiae de Straschanczin sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales.....

Zyrakowska Wolya, villa sub parochia de Straschanczin sita, cuius haeres idem Stanislaus Lyganza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .... Item praedium ibi......,

Dambicza.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Margarethae dicatam, cuius proprietas ad Johannem Podgrodzky, nobilem de domo et familia Griffonum pertinet, cuius plebanus et rector Petrus, nobilis de domo Wyenyawa. Item in eodem oppido sunt duodecim lanei oppidanorum, de quibus quilibet de laneo solvit plebano in Dambicza pro decima unum fertonem, et unam mensuram siliginis, et alteram avenae; item ecclesia et plebanus in Dambicza habet bonos et amplos agros et prata, pro dote et praedio suo; item est ibi praedium militare bonum, item est et advocatia habens agros, de quibus omnibus solvitur decima ecclesiae in Dambicza, cuius post dominum videlicet et advocatiam coniunctim valor aestimatur ad septem marcas.

Gawrzylowa, villa sub parochia de Dambycza sita, cuius haeres Johannes nobilis de domo et familia Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et

canapalis ecclesiae in Dambicza, cuius valor aestimatur ad decem marcas, item est ibi una taberna et quatuor hortulaniae habentes agros, item unum praedium militare, de quibus etiam omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Dambycza.

Kanrzisch, villa sub parochia ecclesiae de Dambycza sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo et armis Polukozya. In qua idem haeres habet praedium bonum distinctum in tres campos, de quibus decimat ecclesiae in Dambycza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Dambicza, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item est ibi scoltetia, habens prope tres laneos cmethonales, de quibus solvit pro decima manipulari decem et octo grossos communes, ecclesiae in Dambycza.

Koslcw, villa sub parochia ecclesiae de Dambicza sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo familia et armis Polukozya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Dambicza, et valor eius ad quatuor marcas, aliquando ad sex, aliquando ad decem aestimatur.

Podgrodzye, villa quae in regestro ecclesiarum collegiatarum dioecesis Cracoviensis per nos, cum suis proventibus sufficienter descripta, hic omittitur. In qua post agros praedii militaris, quod est bonum in eadem villa, ecclesia et plebanus in Dambicza percipit decimam manipularem, cuius valor duarum marcarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis latorum grossorum de quolibet laneo, pro episcopo Cracoviensi.

Kawanczyn, villa sub parochia ecclesiae de Dambicza sita, cuius haeres Sbigneus Kawanczinsky de domo Wyenyawa. In qua sunt hortulaniae, habentes agros in modum cmethonalium, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor ad unam marcam; item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris datur decima manipularis ecclesiae et plebano in Dambicza, cuius valor unius aestimatur marcae.

Lyathoschin, villa sub parochia de Dambycza, cuius haeres Nicolaus Lyathoszinsky nobilis de domo et familia Griffonum, cum germano suo Petro. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus decimatur.....; in qua plebanus de Dambicza percipit decimam manipularem de uno laneo praedii militaris; de aliis autem agris praedialibus, percipit plebanus in Gumnyska; item sunt ibi lanei cmethonales, de quorum medietate una solvitur episcopo Cracoviensi decima, et de altera medietate ecclesiae in Przeczlaw.

Pusthynya, villa sub parochia ecclesiae de Dambycza sita, cuius haeredes Stanislaus Lyganza de domo Polukoza et Hedvigis relicta olim Stanislai de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales et una

taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dambycza, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, praeter paucos agros, de quibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres fertones. Item est ibi oratorium unum ligneum, Sancto Stanislao Martyri et pontifici Cracoviensi dicatum, ad quod fit concursus in utroque festo Sancti Stanislai, multorum populorum, et plurima fiunt ibi ad invocationem Sancti Stanislai prodigia, et omnes oblationes ibi factas, tollit plebanus de Dambycza. Item est ibi scoltetia habens agros, de quibus pro decima solvuntur decem grossi ecclesiae in Dambycza.

Nogawczyna, villa sub parochia de Dambycza sita, cuius haeres Jacobus Trzeczesky de domo Streparum. In qua sunt lanei ...... item una taberna non habens agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur, item non est ibi praedium, neque hortulaniae; item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Dambycza.

Grabowka, villa sub parochia de Dambycza sita, cuius haeres Johannes Podgrodsky de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi, per unum fertonem latorum grossorum de quolibet laneo; item ibi non est praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Dobrzechow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius proprietas ex donatione Nicolai comitis de Bogorya ad abbatem et monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item plebania in Dobrzechow habet agros proprios et prata, pro suo praedio et necessitate.

Szosznyna, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ......

Wyszoka alias Sthodolyna Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali sex grossos latos, aut octo communes, pro monasterio Koprzywnyczensi; item scoltetia est ibi, quae pro decima solvit ....., item sunt ibi duae tabernae.

Grodzysko, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales,

et quilibet solvit pro decima pecuniali sex latos grossos, aut octo communes, pro monasterio Koprzywnyczensi. Item est ibi scoltetia una, quae pro decima solvit pecuniali duodecim grossos latos: item villa praefata solvit missalia plebano in Dobrzechow pecunia parata, et proveniunt tres marcae et aliquot grossi.

Zawada, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali sex latos grossos, aut octo communes, pro monasterio Koprzywnyczensi; item est ibi taberna una, habens agros, quae etiam decimat pecunia.

Golczowska Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali sex grossos latos monasterio Koprzywnyczensi, aut octo communis pecuniae; item est ibi scoltetia, quae habet duos laneos, de quibus solvit unum fertonem pro decima pecuniali monasterio praefato.

Zelonczyna Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet solvit pro decima pecuniali sex grossos latos, aut octo communes, pro monasterio praefato Koprzywnyczensi.

Wadowycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius haeres princeps Zathoriensis, collator autem et patronus est abbas et conventus Mogilnensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis episcopo Cracoviensi; item *meschne* solvitur plebano per duos grossos de laneo; praedium non est ibi; item ecclesia et plebanus habet ibi unum laneum et pratum, pro suo usu et necessitate.

Rokow, villa sub parochia ecclesiae de Wadowycze sita, cuius haeres Johannes de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ......

Gumnyska.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres Nicolaus Lyathoszinsky, nobilis de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ......; item est ibi advocatia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gumnyska, cuius valor ad decem marcas aestimatur; item ecclesia praefata et plebanus eius, habet de tota parochia coniunctim, pro missalibus sive maldratis, centum choros siliginis et tantum avenae; item habet ibi ecclesia de Gumnyska proprios agros et prata, pro suo usu et praedio.

Lyathoschin, villa sub parochia ecclesiae de Dambicza sita, cuius haeres Nicolaus Lyathoszinsky de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, ex quorum medietate solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad quinque marcas aestimatur, de altera autem medietate solvitur ecclesiae in Przeczlaw, et valor eius ad quinque marcas item est ibi praedium militare, de cuius omnibus agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gumniska, praeter unum mansum, de quo ecclesiae et plebano in Dambicza, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

Gabikowa, villa sub parochia ecclesiae de Gumniska sita, cuius haeres Johannes Pothgroczsky de armis Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ...... Item est in eadem villa advocatia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano eius in Gumniska, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Staszyowka, villa sub parochia ecclesiae de Gumniska sita, cuius haeres Johannes Pothgrodsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus ...... Item est ibi advocatia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gumniska, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Glodomank alias Braczeyowa, villa sub parochia de Gumniska sita: oppidum quondam insigne et grande, nunc autem vicus ignobilis, quod per hostes nonnisi per famem poterat expugnari. Cuius haeres Johannes Podgrodsky de domo Griffonum, in quo apparent vestigia multa argenti et auri fodinarum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ....

Dobra.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctorum Simonis et Judae honori dicatam, cuius haeres Petrus Blandowsky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per .... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Dobra: item habet plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item solvitur sibi *sep* per cmethones, de quolibet laneo per.....

Porambka, villa sub parochia de Dobra sita, cuius haeres Sthyborius de domo Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per ... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Dobra, item *sep* solvunt plebano, de quolibet laneo per .....

Zlothnycza.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto .... dicatam, cuius haeres Janussius Msthowsky de armis Druszyna pro una parte,

pro altera autem Bogdal cum fratribus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per ..... Item solvunt plebano *sep*, de quolibet laneo per .... Item praedium unum est ibi, de quo decima datur plebano in Zlotha; item habet plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

ZWYERZINNYK.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, cuius haeredes Jacobus et Zaklika Myedzigorzsczy de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales.......

PORAMBKA EPISCOPALIS.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, qui est illius ecclesiae unicus collator et patronus. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus et uno scoltetiali, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad decem marcas. Item scoltetus habet ibi tres laneos, et de duobus decimam manipularem solvit ecclesiae et plebano in Porambka, de tertio autem solvit illam episcopatui Cracoviensi, et valor decimae, quae cedit plebano, aestimatur ad duas marcas; item laneus quilibet solvit unam mensuram siliginis et unam avenae pro ecclesia pro *meszne;* item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

LYSA GORA, villa sub parochia de Porambka sita, cuius proprietas ad episcopatum pertinet Cracoviensem. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item duo scoltetiales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas; quilibet laneus unam siliginis mensuram et unam avenae, pro *meszne* ......

DOLY, villa sub parochia de Porambka sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas, item est ibi scoltetia habens duos laneos et unam tabernam habentem agros, de quibus decimat ecclesiae in Porambka, cuius valor ad duas marcas. Item quilibet laneus pro *meschne*, solvit unam mensuram siliginis et unam avenae, ecclesiae in Porambka.

LUNYOWA, villa sub parochia de Porambka sita. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa scoltetus, habens duos laneos pro sua scoltetia liberos, et unam tabernam habentem agros, de quibus decimam

manipularem solvit ecclesiae et plebano in Porambka; item villae praefatae cmethones solvunt columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Porambka, et *meschne* pro ecclesia in Porambka, unam mensuram siliginis et aliam avenae.

Jaworszko, villa sub parochia de Porambka sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos agrorum, item una taberna, habens agros eiusdem scoltetiae, et de laneis quidem cmethonalibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas: item de agris scoltetiae et de agris tabernae scoltetialis, solvitur decima etiam manipularis plebano et ecclesiae in Porambka: item cmethones et incolae praefatae villae, solvunt columbationem et denarium Sancti Petri ecclesiae in Porambka, et pro *meszne*, unam mensuram siliginis et unam avenae, pro ecclesia in Porambka.

Nyedwyedza, villa sub parochia de Porambka sita, cuius proprietas ad dominum Spithkonem Melsthynsky spectat, de armis Lelywa. In qua sunt lanei.... et una taberna; praedium nullum: decimam tollit dominus episcopus Cracoviensis, solvit plebano in Porambka de quolibet agro culto unum choretum siliginis et unum avenae mensurae Bochnensis: item suprascripta ecclesia habet unam tabernam, quae vocatur Urwanyecz; de qua solvitur plebano census annuus una sexagena; insuper idem tabernator per se, vel per alium, falcastrat plebano quatuordecim dies; habet etiam duas hortulanias, item agros pro dote et taberna liberos, item prata tria, item piscinulas septem, gayum ex utraque parte, videlicet agri et pratorum post dotem, similiter post agros et prata, post tabernam, usque ad campum dictum Grabaniny sese protendentia, et ex parte alia usque ad agros villae Lysza gora dictae. Taxa eius est ad mediam marcam argenti, petronales solvit quinque grossos. Huius rector modernus est Bernhardus Morawus de Radiis psalterista Cracoviensis.

Jadownyky.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto ..... dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum episcopo Cracoviensi; item est ibi unum praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Jadownyky, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Gnoynik.

Villa habens in se parochialem ecclesiam per ...... cantorem Cracoviensem muro lapideo constructam et fabricatam, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Gnoyinsczi nobiles de armis Cancrorum, qui sunt eccle-

siae praefatae in Gnoynik unici collatores et patroni. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, item agri praediales, quos ex cmethonalibus haeredes converterunt in praediales, de quibus omnibus tam cmethonalibus, quam praedialibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas, aliquando ad viginti, item ecclesia praefata habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

SCZEPANOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Mariae Magdalenae et Beato Stanislao martyri glorioso dicatam, quam venerabilis Johannes Dlugosch senior canonicus Cracoviensis, dum esset lignea, vilis et despecta, et non valens sex scothos, a primis fundamentis inicians, cocto latere una cum tecto, in omnibus suis partibus, choro videlicet, sacristia, corpore et porticu testitudinavit, et coemeterium eius latere circumduxit; cuius haeres Spithko Melsthinsky de domo Lelywa, cuius plebanus Stanislaus Zabka nobilis de domo Prussy. Item ecclesia praefata habet agros proprios et prata, pro suo praedio, in qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Sczepanow. Beatissimus siquidem villae praefatae ex parentibus suis Woyslawo et Benigna ortus, genitusque, natali suo vicum illum nobilitavit. Iniquum itaque ducebat praefatus Johannes Dlugosch, ut locus ipse cum omnium polonorum dedecore et infamia, putridis et despectis lignis foret, quemadmodum annis tricentis fuit, de caetero deformatus; abstersurus itaque communem polonorum omnium ignominiam tot annis toleratam, et martyri gloriosissimo Stanislao in vico praefato aedem lateritiam construxit, et polonorum genus a vituperio longi temporis vindicavit, et locum ipsum magis celebrem magisque cultum, maiori devotione et affectione a populis frequentandum, murali fabrica ornatum reddidit. In quem et calices, ornatus, cappas, caeteraque cunilia ecclesiastica pro suo posse congessit. Conscripsit insuper martyris praefati vitam etsi stylo ieiuno et arido, aliquantum tamen crassiori et extenso: ecclesiam quoque Sancti Michaelis de Rupella in Casimiria fratribus heremitis Beati Pauli primi heremitae obtinuit conferri, et in coenobialem creari, ut assidue in illa res divinae per fratres, horae quoque nocturnae et diurnae explerentur, ferens moleste, quod ecclesia tam insignis martyris Beatissimi nobilitata martyrio, nonnisi ab uno sacerdote, non singulis diebus, sed interpollatis, truncatisque officiaretur. Quam etiam pro fratrum augmento et subsistentia, amplioribus introitibus, censibus et agris coemptis insignivit, per gratiam clementissimi Dei, viri Beati Stanislai solum natale, fabrica muralis lateris locum passionis anachoretis insigniens, vitam quoque passionis literis . . . Taberna

villae habens agros, item tres hortulaniae in eadem villa habentes agros, ad proprietatem ecclesiae pertinentes, et de taberna solvitur una marca; quilibet autem hortulanus solvit unum fertonem et laborat unum diem in septimana pedes.

Offertorium non parvum provenit in tribus festis praecipuis, videlicet in festo utroque Sancti Stanislai passionis et translationis, et Beatae Mariae Magdalenae, cuius honori antequam Beatus Stanislaus in vico illo nasceretur, ecclesia illa fuit dicata propter magnam frequentiam populi, quae locum illum solet visitare.

Usczye, oppidum regium, habens parochialem ecclesiam in se, ex cuius theloneo Vladislaus Secundus Poloniae rex, qui locum ecclesiae in Sczepanow fere singulis quadragesimis, cum magna devotione solebat frequentare, et die integro in orationibus flexis genibus consistere, se quoque et regnum et populum suum Beatissimo Stanislao precibus profundis, et adeo continuis, ut a militibus singulis desertus, solus in ecclesia remaneret, commendare, decem marcas census perpetui et annui donaverat ecclesiae in Sczepanow, cognita eius tenuitate, et literis inscripserat. In cuius census possessione ecclesia in Sczepanow fuit annis multis; Clemens tamen Wantropka de Strzelcze de domo Oxa, censu huiusmodi decem marcarum, et filii sui et nepotes, cognito, quod plebanus privilegium dotationis amisisset, tenentes oppidum Usczye, in obligatione spoliarunt, tolerando censuras.

Wokowicze, villa sub parochia de Sczepanow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item unus *wolny* qui habet unum cum medio laneum, unam tabernam, unum molendinum, duas hortulanias habentes agros, de quibus omnibus decimatur pro episcopo Cracoviensi. Valor quinque marcae .....; columbationem et denarium Sancti Petri solvit ecclesiae in Sczepanow.

Mokrzeszka, villa sub parochia de Sczepanow sita, cuius haeres Spithek Melsthynsky de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae, item agri praediales, qui olim erant scoltetiales, item molendinum habens agros, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam de laneis et agris .... percipit illam episcopus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; de agris vero et laneis ......

GROMNYK.

Villa habens parochialem ecclesiam in se, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia habens agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Oppathkowicze, et valor eius aestimatur ad .....

BAMBANNOWICZE, villa sub parochia de Gromnyk sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis plebano et ecclesiae in Oppathkowycze, et valor eius ad ..... marcas aestimatur.

CHOYNYK.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Oppathkowicze, et valor eius est .....

WOLYA TIMONIS alias THYMOWA.

Villa habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas et aliquando ad viginti; item scoltetia in eadem villa habens duos laneos agrorum et unam tabernam habentem agros, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Thymowa et valor eius aestimatur ad duas marcas; item non est ibi praedium, neque molendinum.

THWORKOWA, villa sub parochia de Thymowa sita, cuius haeres Joannes Nanayko de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales: fuit etiam quondam ibi scoltetus, sed haeres emens scoltetiam, locavit curiam, sunt etiam ibi tabernae, item hortulaniae, et de omnibus agris huiusmodi tam cmethonalibus quam curialibus, tabernae et hortulaniarum, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Sunt praeterea ibi aliqui agri praediales, quos partim colit haeres, partim cmetho, aestimati ad duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Thymowa, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

WOLYA GOTFRIDI.

Villa parochialem ecclesiam ligneam habens in se, Sanctae Mariae Nativitati dicatam. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis prō capitulo Cracoviensi; cuius valor ad duodecim aestimatur marcas. Villae autem praefatae haeres est Nanayko Wyelyoglowsky de domo Antiquorum Equorum, et unicus in Gothprzydowa patronus: item non est ibi praedium militare, sed est scoltetus habens duos laneos, unam tabernam et hortulaniam, de quibus decimam manipularem solvit ecclesiae in Gothprzydowa, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item ecclesia in Gothprzydowa habet ibi agros et prata, pro sua necessitate et praedio; item

eadem villa solvit ecclesiae in Gothprzydowa columbationem et denarium Sancti Petri: item quilibet cmetho de laneo solvit plebano in Wolya Gothfridi ratione *meschne* per unam mensuram siliginis et per unam avenae.

DAMBNO.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctae Margarethae Virgini dicatam, cuius proprietas ad Jacobum Dambyensky castellanum et capitaneum Cracoviensem de domo Odrowansch nobilem, pertinet. In qua sunt lanci cmethonales, item tabernae quatuor habentes agros, item hortulaniae sunt tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas: item plebanus habet unum laneum pro suo praedio; item in eadem villa est praedium militare, de cuius agris decima pro plebano in Dambno, valor quinque marcarum: item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio, usu et necessitate, unum laneum: item de tabernis praefatis variatur decima; una enim taberna de campis, eundo de Cracovia in parte sinistra, solvit eam pro episcopo manipulo, secunda taberna solvit pecunialem pro episcopo, de agris, eundo de Cracovia in parte dextra, tertia in parte sinistra, habens agros, manipulo pro episcopo, quarta etiam manipulo pro episcopo; est etiam ibi quinta taberna, sed non habet agros, item hortulaniae decimant pro plebano; plebanus modernus Johannes de Woynicz.

SUCHCZYN, villa sub parochia de Dambno sita, cuius haeres Jacobus Dambynsky castellanus et capitaneus Cracoviensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad duodecim aestimatur marcas, aliquando ad quindecim. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro plebano et ecclesia in Dambno, cuius valor aestimatur ad quinque marcas, de duobus tantummodo laneis praedialibus solvitur decima plebano, de tertio laneo praediali pro episcopo Cracoviensi.

DAMBYENSKA WOLYA, villa sub parochia de Dambno sita, cuius proprietas ad Jacobum de Dambno castellanum et capitaneum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum, item pro *meszne* solvit laneus quilibet ecclesiae in Dambno.....

SUCHCZINSKA WOLYA, villa sub parochia de Dambno sita, cuius haeres Jacobus Dambyensky praefatus. In qua sunt novem lanei cmethonales et solvunt decimam pecunialem episcopatui Cracoviensi de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium; item pro *meschne* solvit quilibet laneus ecclesiae in Dambno.....

Byadolini proximior, villa cuius Jacobus Dambyensky haeres. In qua sunt quinque lanei cmethonales et una virga, solvit quilibet de laneo pro decima pecuniali episcopatui Cracoviensi unum fertonem latorum grossorum; item pro *meschne* solvit quilibet laneus ecclesiae in Dambno....

Pyerla, villa sub parochia de Dambno sita, cuius haeres Jacobus Dambyensky. In qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro decima pecuniali solvit episcopatui Cracoviensi unum fertonem latorum grossorum, et pro *meschne* plebano in Dambno......

Praebenda titulo et honori Omnium Sanctorum in ecclesia in Dambno dicata, cuius Jacobus de Dambno praefatus unicus est collator, et Laurentius de Paluky praebendarius, quae habet pro dote unum laneum agrorum liberum in Dambno pro praedio, unam aream et domum in ea ligneam pro sua habitatione. Et .....

Lopunya, villa sub parochia de Woynicz. In qua sunt lanei cmethonales, tabernae, hortulaniae, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur pro praebenda in Dambno praedicta, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Rosthok, villa sub parochia de Olszyny supra fluvium Dunayecz sita. In qua sunt hortulaniae octo, latos agros habentes, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro praebenda Sanctorum Omnium in Dambno. Valor eius ad duodecim marcas, tenetur praebendarius quilibet singulis septimanis legere tres missas, circa altare Sanctorum Omnium, unam pro peccatis, secundam pro defunctis, tertiam de Beata Virgine; tenetur quolibet die dominico et festivo capellam in castro Dambno officiare, et expensas illis diebus in castro habere.

Altare in ecclesia in Dambno, Sancto Nicolao dicatum, cuius unicus patronus Jacobus Dambyensky, cuius altarista Jacobus Klisza baccalaureus, quod habet pro dote sex marcas de theloneo in Dambno, unam marcam de taberna in Suchczin: tenetur legere circa altare tres missas singulis hebdomadis; item habet altarista unum laneum liberum in Dambno et unam aream et domum pro habitatione.

Jurkow.

. . . .

Lunyowa.

. . . .

Tuchow.

Oppidum cuius proventus circa monasterium Thinicziense descripsimus et ideo hic illos describere obmittimus.

Opathkowycze.

Villa prope Melschtin iuxta fluvium Dunayecz sita, habens in

se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto ...... dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei octo cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris ecclesiae parochiali in Oppathkowicze solvitur decima, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia in Oppathkowicze habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Uyasd, villa sub parochia de Oppathkowycze sita iuxta fluvium Dunayecz, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas; item praedium non est ibi, neque molendinum; item eadem villa columbationem et denarium Sancti Petri reddit ecclesiae in Oppathkowycze.

Zdanya, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas, item non est ibi praedium, neque hortulaniae.

Luczslawycze, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Nicolaus Marczynkowsky de domo Griffonum, Andreas Pyrzchala et Stanislaus Trzop. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas pro praesenti. Item sunt ibi tres curiae militares, solventes decimam ecclesiae in antiqua Brzesko, quamvis ex antiquo unum ibi fuit praedium; sed multiplicatis haeredibus et cmethonibus depositis, multiplicata sunt praedia, et decimae per nobiles a capitulo Cracoviensi abstractae, et ecclesiae in antiqua Brzesko applicatae, per negligentiam capitularem: propter quam quidem abstractionem et fluminis Dunayecz alluvionem, decima praefata in duabus partibus diminuta est, et quae alias solvebat triginta marcas, pro praesenti vix solvit duodecim marcas.

Phasczechowa, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Jaroldus . . . qui decimam manipularem de suis agris praedialibus solvunt ecclesiae in Oppathkowicze, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi quinque lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et

canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item non sunt ibi hortulaniae.

Konczyska, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Stanislaus Wroblowsky, Johannes Thaszyczsky, Stanislaus Trzop, qui de suis agris praedialibus solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Oppathkowycze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae.

Byesznyk, sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Luczslaw Kadsky de armis . . . . . In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus ratione decimae solvitur unus ferto pro capitulo Cracoviensi in summa.

Vylphin, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeres Albertus Gezowsky de armis Strepe. Sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro decima novem grossos, et praedium militare in valore duarum marcarum, mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria.

Rudka, villa sub parochia de Radlow sita, in qua monasterium Thynczense pro una medietate habet proprietatem, in qua medietate sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, item praedium coenobiale, quod tollit pro se decimam, de omnibus autem agris cmethonalibus, tabernae et hortulaniarum, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Oppathkowicze, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. In altera autem medietate praedictae villae, est haeres Johannes Sląnka de armis Kopaschyna, qui de suo praedio militari decimat ecclesiae in Radlow, de quatuor vero hortulaniis, quae sunt de proprietate eiusdem Johannis Sląka, decimatur praebendae Visliciensi, quae appellatur Drocheczska.

Byenkowicze, villa sub parochia de eadem Oppathkowicze sita, cuius haeredes Wroblowsczi de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decimatur pro ecclesia Sancti Jacobi in Casimiria, cuius valor aestimatur ad . . .

Wroblowicze superior, villa sub eadem parochia, cuius haeredes iidem Wroblowsczy, videlicet Johannes senior et Johannes iunior. In qua sunt lanei cmethonales sive hortulaniae, de quibus solvitur decima pro ecclesia Sancti Jacobi in Casimiria; item duo praedia militaria, de quibus omnibus decimatur pro mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Janowicze superior, villa sub parochia de Oppathkowycze sita,

cuius haeredes milites de Strepis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus, de cmethonalibus per septem grossos, et de praediis quae ibi sunt, decimatur manipulo ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria.

Pobrzeze, villa sub eadem parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Nicolaus Buczynsky et Theodorus Marczinkowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima . . . pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Roszthoka, villa sub parochia de Oppathkowycze sita, cuius haeres Nicolaus Buczynsky de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima . . .

Slona, villa sub eadem parochia, cuius haeredes Marczinkowsczi de armis Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per viginti scothos de quolibet laneo, pro capitulo Cracoviensi.

Wroblowicze inferior, sub parochia de Oppathkowicze sita, cuius haeredes Leonardus et Pyrzchala Thassyczsky de armis Strepe. In qua lanei quinque cmethonales, praedium unum militare, de quibus decimatur ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria, et valor eius ad quinque marcas aestimatur. Est etiam ibi unus campus, de quo alternatis vicibus decimatur ecclesiae in Oppathkowicze.

Janowicze inferior, sub eadem parochia, cuius haeredes de armis Strepe. In qua sunt hortulaniae, de quibus decimatur mansionariis Sancti Jacobi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

Rudka, villa sub parochia de Radlow sita, cuius proprietatis medietas ad abbatem Thynczensem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pro ecclesia in Oppathkowycze, et valor eius aestimatur ad . . .

Choynik, villa sub parochia de Gromnyk sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis per unam marcam et quatuor grossos communis pecuniae, solvitur pro ecclesia et plebano eius in Oppathkowycze.

Bambannowycze, villa sub parochia de Gromnyk sita, cuius proprietas ad abbatem Thynczensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia et plebano in Oppathkowycze, cuius valor ad . . . marcas aestimatur.

Gromnyk, ibi parochialis ecclesia Sancto Martino dicata, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Oppathkowycze, cuius valor aestimatur ad . . .

Plyaszna.

. . . .

Szyemychow.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, in honorem Purificationis Sanctae Mariae dicatam, cuius haeres Spythek Melsthinsky de armis Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis, de quolibet laneo per fertonem, solvitur episcopo Cracoviensi; item de quolibet laneo solvitur *ossep* plebano, per unam mensuram siliginis et per unam avenae, ibidem in Szemychow.

Brzozowa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius haereditas ad Spythek Melsthinsky pertinet. In qua lanei cmethonales quatuordecim et sex virgae, de quibus solvitur decima pecunialis pro capitulo Cracoviensi, de laneo quolibet unus ferto latorum grossorum; item est ibi una scoltetia habens speciales agros, de quibus solvitur decima manipularis pro plebano in Brzozowa, cuius valor aestimatur ad duas marcas, item ecclesia ibi speciales habet agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Polithka, villa sub parochia de Brzozowa sita, cuius haeres idem Melsthynsky de armis Lelywa. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis capitulo Cracoviensi, de laneo per . . . . Item ibi non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Jaszyen.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, lapide albo per Spiczmerum de Melsthin fabricatam, et Sanctae ac Beatissimae Virginis Assumptioni dicatam. Cuius haeres Spythek de Myelsthin, nobilis de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, item duo lanei scoltetiales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item plebania dictae ecclesiae habet proprios agros, pro suo praedio et necessitate.

Pomyanow, villa sub parochia de Jaszyen sita, cuius haeres Spithek de Myelsthin de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Jaszyen, et valor aestimatur ad quatuor marcas.

Useschew.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Omnium Sanctorum honori dicatam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sedecim marcas; item est in eadem villa praedium optimum, de cuius agris solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia

et plebano in Uschew, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item ecclesia habet ibi proprios agros et prata pro suo praedio et necessitate; item sunt ibi in circulo certi incolae, de quibus et tota villa, provenit columbatio et Sancti Petri denarius.

ZAWADA, villa sub parochia de Uschew sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas, item non est ibi praedium aliquod, neque scoltetia, neque molendinum.

THURZA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius haereditas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per fertonem latorum grossorum de quolibet laneo, pro episcopatu Cracoviensi: item est ibi scoltetia habens novem laneos, de quibus tenetur solvere decimam manipularem ecclesiae et plebano in Thurza, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; item quilibet cmetho de laneo ratione *meschne*, solvit ecclesiae et plebano quatuor mensuras tritici et quatuor avenae; item plebanus et ecclesia habet ibi speciales agros et prata, pro suo usu et necessitate; item ecclesia praefata in Thurza administratur per vitricos in cera et vino et in omnibus necessariis, iuxta morem almanorum, ex vaccis in elemosynam datis pro ecclesia, et ex tritico, quod seminatur quolibet in *skothnycza*. Non habet aliquam aliam villam sub sua parochia.

BYESSYADKY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Matthaeo apostolo dicatam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, qui est illius ecclesiae unicus collator et patronus, cuius valor aestimatur ad decem marcas: item est scoltetia habens duos laneos, de quorum agris decimatur ecclesiae in Byeszadky; item plebania habet proprios agros et prata pro suo praedio et necessitate.

ZURKOW, villa sub parochia de Byeszadky sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei... cum medio, et scoltetus de Byeszadky habet etiam in Zurkow ius scoltetiale, et de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas: item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae, neque praedium, neque molendinum.

BRZESZNYCZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

LUBLYA.

. . . .

NYENASSCHOW.

. . . .

MAKOWYSSKA.

. . . .

BYETRZNO.

. . . .

BRZYSSKA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius proprietas et iuspatronatus ad abbatem Thiniczensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus varie decima solvitur ecclesiae in Brzyszka; nam aliqui agri solvunt manipulo, et valor eius ad tres marcas, alii per fertonem, valor duae marcae; alii grano unum chorum siliginis et unum avenae: item est in eadem villa praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Brzysska, cuius valor ad quatuor marcas, item sunt ibi duae tabernae habentes agros, una monasterii, altera scolteti, et utraque solvit decimam manipularem ecclesiae in Brzysska; item est ibi scoltetia, habens duos laneos, de quolibet solvit pro decima plebano unum fertonem, unum chorum siliginis et unum avenae; item sunt ibi novem hortulaniae, habentes agros, et solvit quaelibet unum chorum siliginis et duas *kittas* canapi puri pro plebano; item plebanus habet proprios agros et prata pro suo praedio. Villae parochiales: Brzysska, Clodawa, Uyasd, Wroblyowa, Lipnicza.

UYASD, villa sub parochia ecclesiae de Brzysska sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Thincziense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Brzysska, exceptis tribus, de quorum agris tollitur decima ecclesiae in Kolaczicze, et valor ad .... item scoltetia est ibi, habens duos laneos, de quibus decimat ecclesiae in Brzysska manipulo.

WROBLYOWA, villa sub parochia ecclesiae de Brzysska sita, cuius proprietas ad monasterium et abbatem Thincziensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et monasterio Thincziensi....

LYPNYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Brzysska sita, cuius proprietas ad monasterium et abbatem Thyncziensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thyncziensi, cuius valor ..... item est scoltetia in eadem villa, habens agros, de quibus decimat plebano et ecclesiae in Brzysska.

CLODAWA, villa sub parochia de Brzysska sita, cuius proprietas ad monasterium et abbatem Thyncziensem pertinet. In qua de quinque agris sive laneis decimatur ecclesiae in Brzysska, de tribus vero ecclesiae in Colaczicze manipulo, et valor decimae in Brzysska aestimatur ad quinque marcas, decimae vero in Colaczycze ad tres marcas.

DAMBROWKA alias DAMBROWA, villa sub parochia de Brzysska sita, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Thynczensi. Item scoltetia est ibi, habens duos laneos, et solvit pro decima unum fertonem plebano in Brzyska.

KOLACZICZE.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Mariae Virgini gloriosae dicatam, cuius proprietas et ius patronatus ad monasterium Thyniciense pertinet, cuius plebanus pro nunc Andreas de Kolaczycze, qui pro dote sua habet agros bonos et prata: item est in eodem oppido advocatia, habens duos laneos agrorum, de quibus solvitur decima ecclesiae in Kolaczicze, item oppidani habentes agros, solvunt ecclesiae in Zrzanczyn annis singulis quatuor marcas pro decima manipulari, ad quam eidem ecclesiae in Rzanczyn obligabantur; item de tribus laneis .....

KRAYOWYCZE, villa sub parochia de Kolaczycze sita, cuius proprietas ad monasterium et abbatem Thynczensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quinque hortulaniae habentes agros, item unum praedium coenobiale, quod nulli decimat, sed de omnibus praedictis agris solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Thynczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item ecclesia de Kolaczicze habet in eadem villa columbationem, offertorium et denarium Sancti Petri; item decima haec in Krayowycze iure pertinet ad plebanum in Colaczicze, sed abbas Thynczensis vi eam ab eo aufert, et pro se usurpat.

GOLESCH, castrum, quod tempore Matthiae abbatis Thynczensis fuit demolitum, sed sub tempore Andreae Oszka abbatis immediate succedentis, fuit instauratum, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet, et parochia in Kolaczicze ....

ZANTHKOWA, villa sub parochia de Colaczycze sita, deserta, de cuius

agris per quemcumque conseminatis generaliter omnibus, datur et solvitur decima manipularis plebano in Colaczycze.

KLODAWA, villa sub parochia de Brzyszky sita. In qua est scoltetus habens agros, de quibus decima integre solvitur manipularis plebano in Kolaczycze; item in eadem villa est taberna, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Kolaczycze; item eidem plebano in dicto Colaczycze decima manipularis de quatuor agris cmethonalibus in dicta Klodawa, solvitur et conducitur in horreum per plebanum deputatum; de reliquis vero agris cmethonalibus, qui sunt ultra alveum alias *rzeczyszko*, antiquum, decima manipularis provenit plebano in Brzyszka.

WYTHKOWYCZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sanct . . . . . dicatam, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pertinet, cuius nunc rector et plebanus Johannes de . . . . . presbyter, qui pro dote sua habet bonos agros . . . .

BRZEZNICZA.

. . . .

ZOCHOW.

. . . .

PRZECZSLAW.

. . . .

LANKOWYCZA.

. . . .

KRZYKOW.

. . . .

WYELYEPOLYE.

. . . .

BRZEZINI.

. . . .

ZGLOBYEN ANTIQUA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius haeres Spithek Jaroslawsky de domo Lelywa. In qua sunt triginta quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem latorum grossorum de quolibet laneo, pro episcopatu Cracoviensi; item est ibi scoltetia, habens duos laneos, de quibus decimam solvit...; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

ZGLOBYEN NOVA, villa sub parochia de Antiqua Zglobyen sita, cuius haeres idem Spithek Jaroslawsky. In qua sunt viginti lanei cmethonales et octo virgae, et de quolibet laneo solvitur decima pecunialis per fertonem latorum grossorum pro episcopatu Cracoviensi.

NOCZKOWA.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sanct... dicatam cuius haeres Spythko Jaroslawsky, palatinus Sandomiriensis, de domo Lelywa. In qua sunt triginta tres lanei et duae virgae, de quibus solvitur pro episcopatu Cracoviensi decima pecunialis, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium: item est ibi scoltetia, habens agros proprios, de quibus solvit decimam...; item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

WYSZNYOWA, villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius haeres Spythek praefatus Jaroslawsky. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pecunialis per fertonem latorum grossorum pro episcopo Cracoviensi; item est ibi scoltetia, habens laneos speciales, de quibus solvit decimam....

WYERCZYANY, villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pro tempore pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .....

LANCZKY.

. . . .

GORA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, S. Jacobo Apostolo dicatam ligneam, cuius serenissimus Poloniae rex haeres et dominus est, et unicus collator et patronus; item sunt in eadem villa sex lanei cmethonales, de quibus quilibet cmetho de laneo, tenetur dare plebano in Gora unum grossum, et sex choros siliginis et sex avenae; item sunt ibi quatuordecim hortulaniae, et quaelibet solvit plebano in Gora pro censu, qui vocatur *stolowe*, tres grossos; item ecclesia et plebanus habet pro dote agros proprios, item unum pratum, item piscinas, item et tabernam unam, quae non habet agros, sed cervisiam propinat, et vendit carnes, quae solvit plebano pro censu duas marcas, et unum lapidem sepi, et quoties mactat pecus, tenetur dare plebano quartam partem omasorum, et quando cervisiam braxat, quartam siliquarum; item tenetur sine pretio pro plebano quodlibet pecus occidere: item in eadem villa solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Sandzischow.

NOVA ZAGORZICZE, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis, pars pro episcopo Cracoviensi, pars pro plebano in Sandzischow; item est ibi scoltetia una.

ANTIQUA ZAGORZICZE, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis partim episcopatui Cracoviensi,

partim pro plebano in Sandzischow; item quilibet cmetho hospes de laneo solvit ecclesiae et plebano in Gora pro *stolowe* unum grossum, inquilinus medium: item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae; item est ibi scoltetia, quae solvit plebano in .... unum grossum pro *stolowe.*

Gnoynicza, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus pars decimae solvitur episcopatui Cracoviensi, pars ecclesiae in Sandzischow: item cmethones de ibidem tenentur dare plebano in Gora pro mensalibus duos grossos; item est ibi scoltetia habens agros, quae pro decima tenetur dare ecclesiae unum fertonem; item est ibi una taberna, quae solvit pro *stolowe* plebano in Gora grossum, item hortulaniae eiusdem villae, et inquilini solvunt eidem medium grossum.

Szkodna, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus .....

Sandzyschow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct...... dicatam, cuius haeres Johannes Odrowansch palatinus Leopoliensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .... Item plebanus et ecclesia habet ibi agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item est ibi unum praedium militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Sandzyszow.

Decanatus Byeczensis.

Zrzanczyn.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Stanislao Martyri dicatam, cuius proprietas ad monasterium Koprzywniczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... et valor eius aestimatur ad ...... Item asseritur, quod ecclesia praefata habuit tabernam ibidem in Zrzanczyn habentem agros, sed est abstracta per abbatem et conventum de Koprzywnicza: item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate, et signanter post allodium contiguum, per quod fluvius Bobrka fluit per medium: item habet gayos et loca certa pro piscinis, quae olim fuerunt; sed demolitae sunt per aquas et negligentias plebanorum.

Gorayowice, villa sub parochia de Jaszel sita, cuius proprietas

ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per unum fertonem de quolibet laneo, ecclesiae et plebano in Zrzanczyn, et proveniunt tres fertones.

Brzyszczka, villa sub parochia de Jaszel sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur pecunialis decima, de quolibet laneo per unum fertonem ecclesiae in Zrzanczyn; item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae in Jaszyel manipulo, et quilibet cmetho de laneo unum chorum siliginis. . . . .

Hankowka, villa sub parochia de Jaszel sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Zrzanczyn, et valor eius aestimatur ad . . . item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae in Jaszyel: item quilibet cmetho de laneo tenetur ecclesiae solvere unum chorum siliginis in Jaszyel.

Cowale, villa sub parochia ecclesiae de Jaszel sita, cuius haeredes Stanislaus et Georgius germani de armis . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zrzanczyno, et valor eius aestimatur ad . . . . ., item est ibi aliud praedium militare, de quo et de aliquibus agris cmethonalibus, datur decima manipularis ecclesiae in Jaszel, et valor eius ad . . . . . marcas aestimatur, item quilibet cmetho de laneo solet ecclesiae de Jaszel solvere unum chorum siliginis.

Schebnya, villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, cuius haeres . . . . de domo Wyberschten. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zrzanczyn, et valor eius aestimatur ad . . . . .; item est ibi praedium antiquum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Schebnya.

Jasyel, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, Sanct . . . . . . dicatam, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, cuius consules et tota communitas, annis singulis solvere tenetur ecclesiae et plebano in Zrzanczyn tres fertones, ratione quorundam agrorum, in quibus cives ipsi habent hortos, in quibus plantatur humulus, qui agri reddebant decimam praefatae ecclesiae in Zrzanczyn, quae per huiusmodi tres fertones repensatur.

Ponyebyl, villa sub parochia de . . . . . . sita, cuius haeres . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zrzanczyn, item praedium est ibi, de cuius agris decimatur pro . . . .

Colaczycze, oppidum habens ecclesiam parochialem Sanctae Mariae dicatam, cuius proprietas ad monasterium Thynczense pertinet. In quo sunt novem lanei oppidanorum, de quibus pro decima manipulari solvuntur singulis annis quatuor marcae ecclesiae in Zrzanczyn, pecunia currenti, licet olim sicut asseritur, solvebatur decima manipularis dictae ecclesiae in Zrzanczyn.

Machnyowka, villa sub parochia de Zrzanczyn sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item est ibi scoltetus, habens duos laneos, et pro decima manipulari suorum agrorum, quam tenetur solvere ecclesiae, solvit unum fertonem ecclesiae in Zrzanczyn; item iuxta assertionem aliquorum, in utraque Polanka prope villam Zarnowyecz, episcopatus Cracoviensis tollit decimas pro sua mensa, quarum perceptio deberet ad ecclesiam in Zrzanczyn iuxta privilegia pertinere; sed tam perceptio, quam possessio neglecta est: item notandum, plures erant aliae villae ad ecclesiam in Zrzanczyn iure parochiali et cum decimis pertinentes; sed per fluvium Jasel et aquae impetum demolitae sunt, et penitus exterminatae; item de missalibus solvitur eidem ecclesiae in Zrzanczyn siligo, et proveniunt centum et ultra chori ecclesiae eidem.

Kopythowa, villa sub parochia de Zrzanczyn sita, cuius haeres Baruth de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo unus ferto latorum grossorum Pragensium, asserentibus aliis, quod deberet solvi decima manipularis pro ecclesia Sancti Floriani in Kleparz: item praedium ... Item est ibi scoltetia habens duos laneos, quae pro decima manipulari ad quam obligatur, solvit pecunialem in Zrzanczyn de quolibet laneo similiter unum fertonem latorum grossorum.

Dominikowycze.

. . . .

Slawanczino.

. . . .

Jassyel.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem, Sanct . . . dicatam, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, cuius consules et tota communitas annis singulis solvere tenetur ecclesiae et plebano in Zrzanczyn tres fertones ratione quatuor agrorum, in quibus cives ipsi habent hortos, in quibus plantatur humulus, qui agri reddebant decimam praefatae ecclesiae in Zrzanczyn, quae per huiusmodi tres fertones compensatur. Item quilibet hospes

eiusdem oppidi, solvit ecclesiae in Jassyel ratione *meschne* unum grossum, inquilinus vero medium; medietatem autem solvit pro festo Sancti Michaelis, medietatem vero pro festo Paschae; summa facit quatuor cum media circa marcas: item de triginta hortis, in quibus quondam fuerunt domus, solvitur ecclesiae in Jassyel una sexagena; item habet plebanus circa idem oppidum unam maiorem et duas minores piscinas, habet agros et prata pro praedio suo.

Coczorzowa, villa in suburbio oppidi Jaszyel, et sub parochia ecclesiae eiusdem de Jassyel sita. In qua suburbani seu incolae eiusdem villae, et oppidani mediae civitatis Jassyel, solvunt ecclesiae in Jaszyel quilibet de laneo unum fertonem, et proveniunt eidem ecclesiae de praedicta media civitate Jassyel, et de villa Coczorzowa, septem marcae; item quilibet cmetho de laneo solvit ecclesiae in Jassyel unam mensuram siliginis.

Gorayowycze, villa in suburbio etiam oppidi praefati Jassyel, et sub parochia ecclesiae de Jassyel sita. In qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit unum fertonem ecclesiae parochiali in Zrzanczyn ratione decimae, et proveniunt tres fertones eidem plebano; item quilibet cmetho de laneo solvit unam mensuram siliginis et alteram avenae ecclesiae in Jassyel; item de duobus laneis, qui in eadem villa consistunt, solvuntur ecclesiae in Jassyel, de uno quinque grossi, de alio duo.

Brzisska, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per fertonem ecclesiae in Zrzanczyn, item quilibet cmetho de laneo solvit ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis; item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Jassyel.

Hankowka, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zrzanczyn, et valor eius aestimatur ad . . . .; item quilibet cmetho de laneo tenetur solvere unum chorum siliginis ecclesiae in Jassyel; item est ibi scoltetia habens agros, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Jassyel.

Rosthoky, villa sub parochia de Jassyel sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis . . .; item quilibet cmetho eiusdem villae, tenetur solvere de laneo per unum grossum ecclesiae in Jassyel; item est ibi scoltetia habens duos laneos agrorum, de quibus solvit pro decima ecclesiae in Jassyel octo grossos.

Sandkowa, villa sub parochia de Jassyel sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis; item quilibet cmetho

eiusdem villae de laneo tenetur dare ecclesiae in Jassyel per unum grossum; item est ibi praedium militare, quod ad ecclesiam in Tharnowyecz pertinet, ubi et decimam manipularem solvit.

Czelusthnicza, villa sub parochia ecclesiae de Jassyel sita, cuius proprietas ad abbatem et conventum Thyniciensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis...; item quilibet cmetho in eadem villa tenetur solvere de laneo ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis; item est in eadem villa scoltetia, habens agros, quae alio nomine Goschowka vocatur, et quae sub parochia ecclesiae de Tharnowyecz subsistens, solvit decimam manipularem eidem ecclesiae in Tharnowyecz.

Wolicza, villa sub parochia ecclesiae de Jassyel sita, cuius haeres Jacobus Woliczsky. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Jassyel, praeter agros trium cmethonum, qui solvunt illam ecclesiae Sancti Floriani in Cleparz.

Lassky, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeres Andreas Cruszlowsky subpincerna Cracoviensis, nobilis de domo.... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Jassyel, praeter tres laneos cmethonales, de quibus decimatur ad Sanctum Florianum in Cleparz.

.... villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeres .... Lanwa de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Jassyel.

Sobnyow villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeres Andreas Cruszlowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis in Jassyel, praeter unum cmethonem, qui solvit decimam ecclesiae Sancti Floriani in Cleparz; solvit tamen idem cmetho ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis: item sunt ibi duo alia praedia militaria nobilium ..., de quibus solvitur decima pro ecclesia in Jassyel.

Zolkow, villa sub parochia de Jassyel sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum agris perceptio decimae variatur; nam de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis magistris et doctoribus studii Cracoviensis, praeter nonnullos agros, de quibus solvitur decima ecclesiae in Jassyel; quilibet tamen cmetho de laneo solvit ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis, pro missalibus.

Nyeglowycze, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeres Clemens Tursky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur

et conducitur decima manipularis et canapalis pro magistris studii Cracoviensis; item quilibet cmetho tenetur solvere unum grossum de laneo, ecclesiae in Jassyel ratione *meschne;* item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Xyangnicze.

Lankorz, villa sub parochia de Jassyel sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Jassyel.

Jaronyowka, villa sub parochia de Jassyel sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis magistris studii Cracoviensis; item est ibi scoltetia habens agros, de quibus pro decima solvuntur sedecim grossi.

Brili, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius proprietas ad abbatem Thyncziensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus abbas nulli dat decimam, sed eam pro se tollit; item quilibet cmetho eiusdem villae tenetur de laneo solvere ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis.

Cowale, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeredes Stanislaus et Georgius germani. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zrzanczyn, et valor eius aestimatur ad . . .; item est ibi aliud praedium militare, de quo, et aliquibus agris cmethonalibus, in planitie versus fluvium Wisloka consistentibus, solvitur decima manipularis ecclesiae in Jassyel; item quilibet cmetho de laneo solvit ecclesiae in Jassyel unum chorum siliginis, pro *ossyep*.

Ulyaszowicze, villa sub parochia de Jassyel sita, cuius haeres Laurentius Wrosz. In qua non sunt lanei, sed hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in Jassyel; item est ibi unus hortulanus regius, qui decimat in Jassyel; item est ibi scoltetia habens agros, et ad advocatiam Jasslyensem pertinens, quae etiam solvit decimam manipularem ecclesiae in Jassyel.

Kanthi gandky, villagium seu excrescentiae quaedam agrorum, quarum haeres... Gamrath, de quibus pro decima solvit haeres quatuordecim grossos ecclesiae in Jassyel; item de singulis hortulaniis, molendinatoribus, pastoribus, decimas manipulares non solventibus, percipit et tollit ecclesia in Jassyel per unum grossum.

Antiqua Zmygrod.

. . . .

Nova Zmygrod.

. . . .

Bobrka.

. . . .

KOLACZYCZE.

. . . .

SOBYEN.

. . . .

BESZDZYEDZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Trinitati et Sanctae Margarithae dicatam, et per Helvigum haeredem de ibidem, nobilem de domo Grzymala, muratam, turri et coemeterio de lapide per eum impenso et fabricato circumdatam; qui Helvigus illius villae et ecclesiae haeres unicus et patronus fuit. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item praedium unicum militare est ibi, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Beszdzyedza, cuius valor aestimatur ad sedecim marcas; item ecclesia habet ibi agros et prata, item habet ecclesia et tres piscinulas; cuius nunc plebanus Nicolaus de Poznania presbyter. Villae parochiales: Besdzyedza, Beszdzadka, Sowina, Lublicza.

BESDZYADKA, villa sub parochia de Beszdzyedza sita, cuius haeres Helvigus de Beszdzyedza de armis Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Beszdzyedza, praeter paucos agros, qui Zagumnye vocantur, ex quibus tollitur decima ad Przeczicza villam episcopi Cracoviensis, et valor decimae aestimatur ad novem marcas.

LUBLYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Beszdzyedza sita, cuius haeres Helvigus de Beszdzyedza. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo tenetur dare plebano in Beszdzyedza unum chorum siliginis, unum avenae, unum grossum pro censu qui *meschne* appellatur; item cmethones eiusdem villae nullam dant decimam, neque manipularem, neque pecunialem.

SOWYNA, villa sub parochia ecclesiae de Beszdzedza, cuius haeres Helvigius de Beszdzyedza. In qua sunt lanei cmethonales, item una scoltetia, habens agros, de quibus omnibus, omnes cmethones et cum scolteto, singulis annis tenentur dare plebano in Beszdzedza, in pecuniis pro decima tres cum media marcas, minus duobus grossis.

KROLOWYCZE, villa sub parochia de Bessczye sita, cuius haeres . . . in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quo solvitur decima manipularis in Bessdzedza ecclesiae, et valor eius aestimatur ad tres marcas, ratione cuius praefatus nobilis . . . est patronus ecclesiae in Beszdzedza.

Praebenda in Besdzyedza in honorem Sanct . . . erecta et fundata, quam fundando plebanus in Dobrzechow, datis aliquot centenis marcarum

nobili Helvigo de Besdzedza, coemit apud eum quindecim marcas census, et illas praebendario et praebendae in Besdzedza incorporavit et appropriavit. Coemit et unum laneum, ad praedium dicti Helvigi haeredis de Besdzedza pertinentem, et illum etiam dictae praebendae incorporavit, de quo et solus praebendarius decimam percipit, ecclesia parochiali in Besdzedza spoliata; obligando quemlibet dictae praebendae praebendarium, et id privilegiis et cautionibus roborando, ad certas missas et psalteria, et ad vigilias legendas. Cuius nunc est praebendarius magister Laurentius . .

MYTARZA.

. . . .

ZYWYECZ.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam, Sanct . . . . . ., cuius haeres Petrus Komorowsky de domo Cifforum. In quo sunt lanei cmethonales, de quibus decima a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis, solvebatur scholastico Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras, decimis mutilatis, solvuntur pecuniae, et praefatum oppidum solvit novem scothos latorum grossorum, una cum vico Sporzysch: item tabern . . . item hortulani . . ., item praedium . . .; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

ANTIQUA ZYWYECZ, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius dominium pertinet ad praefatum Petrum Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae sibi eam quilibet de suo agro percipiunt, et solvunt summarie pro illa scholastico Cracoviensi quatuordecim scottos latorum grossorum Pragensium.

ZABLOCZE, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; cuius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt, et solvunt summatim pro illa scholastico mediam marcam latorum grossorum.

CZACZYNA, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet, decima manipularis scholastriae Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum est in pecunialem conversa, et solvit annis singulis scholastico . . .

WYEPRZE MAIOR, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres idem Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales de quibus decima manipularis, a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis, solvebatur

scholastriae Cracoviensi; ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras, decimis mutilatis, solvunt pecuniam, et praefata villa solvit scholastico Cracoviensi . . .

Wyeprze minor, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres idem Komorowsky. In qua lanei cmethonales, de quibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis, solvebatur scholastriae Cracoviensi; ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras, decimis mutilatis, solvunt pecuniam, et praefata villa solvit scholastriae Cracoviensi . . .

Lypowa, villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres ipse Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvebatur decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis, scholastriae Cracoviensi; ob sequestrationem vero et gwerras regni Poloniae, mutilatis decimis, solvuntur pecuniae, et praefata villa singulis annis solvit scholastico Cracoviensi . . .

Mosczennycza villa sub parochia de Zywyecz sita, cuius haeres praefatus Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet, decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per negligentiam tamen et abusum scholasticorum, conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis scholastriae Cracoviensi octo scottos latorum grossorum.

Ludwygowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct . . . ., cuius haeres Petrus Komorowsky de armis Cifforum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione scholastriae Cracoviensi solvebatur; ob sequestrationem tamen regni Poloniae et gwerras, decimis mutilatis, solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit scholastriae Cracoviensi undecim scotthos latorum grossorum: item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Pyetrzikowycze, villa sub parochia de Ludwygowycze sita, cuius haeres dictus Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis datur, darique debet, pro scholastria Cracoviensi; per abusum vero et negligentiam scholasticorum conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis scholastico Cracoviensi viginti tres scottos latorum grossorum.

Wythkowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam . . ., Sanct . . ., cuius haeredes sex, Nicolaus Tarlo de domo Medii Salmonis, Wrochey de domo Sczyenyew, Stephanus de domo . . . et Woyewoda . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet, decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis, tantum

quoniam deserta est, unum fertonem latorum grossorum. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Wythkowycze.

CZANYECZ.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius haeredes Nicolaus et Michael de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur, darique debet, decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis novem scottos latorum grossorum. Item ibi est praedium . . . Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

DWYE KOZY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct . . . . ., cuius haeres Nicolaus Slop de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet, decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis quinque fertones latorum grossorum; item taberna..., item hortulaniae..., item praedium..., item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

LYPNYK.

Villa habens in se parochialem ecclesiam . . ., Sanct . . ., cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur, solvique debet manipularis decima pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis sex marcas latorum grossorum; item taberna..., item hortulani..., item praedium...; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos, pro suo praedio et necessitate.

WYLAMOWYCZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct . . ., cuius haeredes Johannes et Nicolaus de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur, solvique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, conversa est, in pecunialem, et solvit annis singulis mediam marcam latorum grossorum; sed diversificatur perceptio decimae in episcopum et scholasticum Cracoviensem: item ibi habet ecclesia et plebanus proprios agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

PYSZARZOWICZE.

Villa habens ecclesiam parochialem in se . . . . . , Sanct . . . . . , cuius haeres Johannes Balynsky de domo . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet manipularis decima scholastriae

Cracoviensi; per abusum tamen et negligentiam scholasticorum, versa est in pecunialem, et solvit annis singulis unam cum media marcam scholastico Cracoviensi; sed perceptio eius diversificatur in episcopum et scholasticum Cracoviensem; item ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

BESTHWINA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam . . . . . , Sanct . . . . . , cuius haeres Johannes Cloch de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur, darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi; per negligentiam tamen scholasticorum versa est in pecunialem, et solvit singulis annis tres fertones latorum grossorum; item taberna...., item hortulaniae....; item ecclesia et plebanus habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

LANKAWYCZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanct . . . . . , cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi; ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras, decimis mutilatis, solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit scholastico Cracoviensi . . . . . . ; item ecclesia et plebanus ibi habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

RYTHWALD.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanct . . . . . , cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis, solvebatur scholastriae Cracoviensi; ob sequestrationem vero regni Poloniae et gverras, decimis mutilatis, solvuntur pecuniae, et solvit praefata villa singulis annis scholastico Cracoviensi . . . . . .

ZAKRZOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, dicatam Sanctae Annae, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima manipularis solvebatur pro scholastico Cracoviensi, in praesenti vero ad beneplacitum scholastici solvit tantummodo . . . . . ; item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

JAROSCHOWICE, villa sub parochia de Zakrzow sita, cuius proprietas ad Poloniae regem, ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvebatur decima manipularis antiquitus pro scholastia Cracoviensi, pro praesenti vero, ad beneplacitum scholastici, solvit tantummodo . . . .

STRONYE, villa sub parochia de Zakrzow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis antiquitus solvebatur pro scholastria Cracoviensi, nunc vero ad beneplacitum scholastici, solvit tantummodo ....

SKAWCZE, villa sub parochia de Zakrzow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima manipularis solvebatur pro scholastico Cracoviensi, pro praesenti vero ad beneplacitum scholastici, solvit .....

WYTHANOWICE, villa sub parochia de Zakrzow sita, cuius haeres Jacobus Wythanowsky de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi; cuius perceptio in manipulis abstracta est, et incolae illam soli, quilibet de laneo suo, percipiunt, et solvunt pro ea summatim scholastico Cracoviensi unam marcam latorum grossorum Pragensium.

Decanatus de Dambycza.

Proventus et introitus ecclesiae in Dambicza, sunt per nos antea in archidiaconatu Sandeczensi ad plenum descripti, et ideo hic obmittuntur

ZDZARZECZ.

. . . .

LANKA.

. . . .

DOBRZECHOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto ..... dicatam; cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet, et fuit monasterio donata perpetuo per Nicolaum comitem de Bogorya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item praedium ibi .....

SOSNINA, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedium ......

WYSSOKA alias STODOLYNA WOLYA, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis monasterio Koprzywnyczensi, de quolibet laneo sex grossos latos, aut octo communes.

Grodziszko, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item scoltetia habens duos laneos, et de cmethonalibus quidem laneis solvitur decima pecunialis pro monasterio in Koprzywnycza, de quolibet laneo per sex grossos latos, aut octo communes; de scoltetialibus vero laneis solvitur decima in Dobrzechow, de quolibet laneo per sex similiter grossos latos, aut per octo communes. Item praefata villa tota solvit missalia plebano in Dobrzechow pecunia parata, et proveniunt tres marcae et aliquot grossi communis pecuniae.

Zawada, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros; de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per sex grossos latos, aut octo communes, pro monasterio Koprzywnyczensi. Item est ibi scoltetia, habens duos laneos proprios, de quibus solvit decimam ......

Golczowska Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per sex latos grossos, aut per octo communes, pro monasterio Koprzywnyczensi praefato. Item est ibi scoltetia una habens duos laneos, de quibus solvit decimam; item pro ecclesia in Dobrzechow solvunt cmethones *meschne.*

Zelonczina Wolya, villa sub parochia de Dobrzechow sita, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis per sex latos grossos, aut per octo communes, monasterio Koprzywnyczensi; item pro *meschne* solvunt ecclesiae in Dobrzechow....

Dobrkow.

Villa habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius haeres Johannes Nosh de Dobrkow, de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedium militare unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Dobrkow, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item plebanus ibi habet agros proprios et prata, pro suo usu, praedio et necessitate: item notandum, quod decimam manipularem in Dobrkow cmethonalem, cum esset de proprietate mensae episcopi Cracoviensis, sanctae memoriae Sbigneus cardinalis, episcopus Cracoviensis, ad petitionem praefati Johannis Nosh, sui tunc patroni, de consensu capituli Cracoviensis, ecclesiae in Dobrkow perpetue donavit et inscripsit.

XYANGNYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct . . . dicatam, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales...; item habet ibi plebanus et ecclesia proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

PRZECZSLAW.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Assumptioni Beatae Mariae Virginis dicatam, cuius fuerunt prisci temporis duo rectores et duo plebani, Adam videlicet et Gregorius, et ex pluralitate rectorum, plures contentiones et discordiae consurgebant; quas reverendissimus pater olim Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis sedaturus, ad petitionem Stanislai Liganza de Gorzycze castellani Malogostensis unici eiusdem ecclesiae patroni, militis de domo Polukoza, et Adae partis unius plebani praefatae ecclesiae, Gregorio mortuo superstitis, petitionem et supplicationem, unum tantummodo plebanum sive praepositum, et tres mansionarios seu vicarios perpetuos, horas canonicas de Beata Virgine Maria singulis diebus expleturos, et voce sonora cantaturos, constituit, et proventus et decimas manipulares ex antiquo ad utramque ecclesiam pertinentes, extincto titulo medietatis alterius partis, distinxit et ordinavit in hunc modum: quod plebanus sive praepositus Adam et sui successores, pro se et sua praepositura, sive plebania, ut facilius onera ferre, et necessitates ecclesiae portare possit, habebit decimas infrascriptas manipulares.

SEPNYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Lubrzyna sita, cuius haeres Spythek Melschthynsky de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Przeczslaw. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Lubrzyna.

ZAWADA, villa sub parochia de Lubrzyna sita, cuius haeres Spythek Melschtinsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Przeczslaw; item praedium . . .

STRZYSSOW villa sub parochia de . . . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Przeczslaw, cuius valor aestimatur ad . . . . .

CUNICZE, villa sub parochia de . . . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przeczslaw, et valor eius ad . . . . marcas aestimatur. Item praedium. . . . .

Podolye, villa sub parochia de Przeczslaw sita, cuius haeres Stanislaus Liganza de armis Polukozya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Przeczslaw, et valor aestimatur eius .....

Lathoschyn, villa sub parochia de Dambycza sita, cuius haeres Nicolaus Lathoschynsky de armis Griffonum. In qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae, de quibus pro una parte solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Przeczslaw, pro altera vero medietate solvitur pro episcopo Cracoviensi; item est ibi praedium unum, de cuius agris decimatur ecclesiae in Dambycza, de uno laneo praediali, de aliis vero ecclesiae in Gumnyska.

Lathoschynek, villa sub parochia de Dambycza sita, cuius haeres Jacobus Trzeczesky de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ..., item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Przeczslaw.

Przeczslaw oppidum, cuius haeres praefatus Stanislaus Lyganza. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima manipularis pro primario et principali mansionario ecclesiae in Przeczslaw, et valor eius aestimatur ad .....

Lysakow, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita.

Cosczelow, villa sub parochia de ..... sita.

Dolcza parva, villa sub parochia .....

Przeczlaw, oppidum praefatum, de cuius oppidanis et agris eorum, mansionaria tertia habet censum perpetuum, quinque marcarum communis pecuniae, quem illi praefatus Stanislaus Liganza castellanus Malogostensis donatione perpetua et irrevocabili, in agris et oppidanis praefati oppidi donavit, reformavit et inscripsit, motus ut asseritur conscientia, quod non mediocrem summam alterius plebani mediae partis de Przeczslaw Gregorii in Cracovia depositam, ipso mortuo sibi usurpavit et appropriavit. Item quilibet mansionariorum praefatorum habet domum specialem pro sua habitatione.

Item ut praefatae dotationis, ordinationis et donationis dispositio amplius innotescat, et non possit trahi a futura aetate in dubium, aut oblivionem, copiam privilegii sub titulo et sigillo Sbignei praefati cardinalis et episcopi Cracoviensis inseruimus regestro praesenti.

In Nomine Domini Amen.

Sbigneus miseratione divina tituli Sanctae Priscae, Sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis et episcopus Cracoviensis. Ad perpetuam rei memoriam. Nostra pastoralis cura officii exigit, ut ea quae ad pacem et charitatem fidelium nobis subditorum divinique cultus augmentum, in ecclesiis nostrae subditis ditioni ordinantur, debita animadversione promovere, et ut illibata in futurum valeant permanere, literarum apicibus perhennari debeamus. Proinde ad universorum quorum interest seu intererit quomodolibet praesentium et futurorum notitiam deducimus et deduci volumus per praesentes. Quomodo in nostra personaliter constitutus praesentia, magnificus et honorabilis vir dominus Stanislaus Liganza haeres de Przeczslaw castellanus Malogostensis, patronus et collator unicus ecclesiae parochialis in Przeczlaw ex una, et Adam plebanus sive rector eiusdem ecclesiae partibus ab altera. Supplicarunt nobis et eorum quilibet supplicavit humiliter et devote, quatenus praefata ecclesia in Przeczslaw, quae alias duobus plebanis regebatur, conditionem meliorem facere, divinumque cultum in eadem ecclesia ampliare, atque ecclesiam ipsam extincto et abrogato altero rectore, in unius rectoris et plebani ditionem et regimen, quo facilius sub uno capite et decentius caetera membra regerentur, subicere, et restringere, ut quoque patroni seu collatores, ac etiam plebanus cum suis ministris ecclesiasticis, in pace et caritate mutua perseverare valeant, ordinationem infrascriptam, quam ipsi non compulsi, non coacti, nec aliquo dolo circumventi, sed ultronea eorum voluntate et certa scientia hincinde accedentibus, tam de bonis et proventibus, quam etiam de personis eiusdem ecclesiae pro tempore acceptam sibi utilem et gravissimam, et ipsi ecclesiae accomodam, pluribus demonstrationibus astruebant, quam etiam praehabitis per ipsos et successores eorum in antea temporibus duraturis, firmiter et inconcusse tenendam, observandam et adimplendam obligarunt approbare, ratificare, et ordinariae auctoritatis interposito decreto confimare digneremur. Et primo, quod praefatus Adam plebanus sive rector dictae ecclesiae in Przeczslaw et sui pro tempore successores, has decimas manipulares ad dictam ecclesiam mediae partis ex antiquo ut asserunt spectantes, primam in Schepnycza, secundam in Zawada, tertiam in Strzyssow, et quartam in Kunycze plene et integre, necnon pratum retro Wysloka, lacum quoque et agrum ibidem et alium videlicet Zawyrzb, debent possidere, tenere, habere, disponere, regere et ad usus suos iuxta placitam suam voluntatem convertere; quodque eosdem agros et prata debent et tenebuntur semper meliorare et non deteriorare, ipsos impingvando, extirpando et purgando, excindendove. Item quod praefatus Adam plebanus et

sui successores pro tempore, debent et tenebuntur praedictam ecclesiam in Przeczslaw debite et honeste praesertim in ritu cultus Domini regere, ac bona et proventus ipsius ab omnibus iniuriis et insultibus in iudicio et extra, etiam propria in persona et expensis quotiescumque opus fuerit, strenue et diligenter tueri, et defendere, decimis et proventibus alterius partis ecclesiae praefatae ministros solariando. Quorum collationem et iuspatronatus ad praefatum dominum Stanislaum Liganza et suos successores quoties vacaverit aliqua, volumus pertinere; item quod amplius et in antea habeantur et teneantur tres mansionarii perpetui; quorum primus principalis decimam manipularem cum suis attinentiis post agros omnium et singulorum oppidanorum oppidi Przeczslaw, cum prato domus suae contiguo, alter vero mansionarius in villis Lyssakow, in Kosczelow, in parva Dolcza post omnes agros decimas manipulares earundem villarum; tertius vero mansionarius censum quinque marcarum in oppido Przeczslaw, post omnes agros eiusdem oppidi per eundem dominum Stanislaum Lyganza assignatum, et decimam manipularem post villam Dolcza habere debebunt, una cum areis et domibus, pro quolibet eorum seorsum assignatis et praeparatis, temporibus perpetuo duraturis; ita, quod praefatus Adam plebanus et sui successores pro tempore plebani, duos vicarios manuales servare tenebuntur, quos solariabunt modo, quo poterunt meliori, pro quorum unius solario dare tenebitur, aut decimam manipularem post villam Lathoschynek, aut octo marcas communis pecuniae, alteri quantum sibi placuerit consignare. Item magister scholae, cuius provisio ad plebanum pertinebat, habebit decimam manipularem post agros scolteti in villa Tuschyna, cui etiam plebanus quatuor marcas annis singulis ultra decimam praefatam tenebitur assignare, offertorium vero ecclesiae praefatae, quodcumque provenerit, cum caeteris iustis et legitimis oblationibus, aequali partitione inter plebanum, mansionarios, vicarios et magistrum scholae ecclesiae eiusdem, dividetur: item praefatus Adam plebanus et sui successores pro tempore, una cum mansionariis et vicariis et magistro scholae, ac etiam scholaribus in praedicta ecclesia in Przeczslaw, debent et tenebuntur singulis diebus omnes horas sive cursum de Beata Maria Virgine et missam maturam de Beata Virgine, magnam vero missam de tempore, et consequenter vesperas et Salve Regina etiam singulis diebus, matutinas autem duntaxat in festivitatibus solemnibus, cantare et diligenter et devote Domino adiuvante explere; item quod plebanus eiusdem ecclesiae quicumque fuerit pro tempore, omnes res et pecunias quaecunque fuerint legata testamentaliter, seu etiam donata ecclesiae praedictae, ac etiam pecunias occasione sepulturae ecclesiasticae debitas, debet diligenter et fideliter exigere et colligere, ipsasque in una ladula,

bene firmata cum clausuris et ferramentis, ad quam ipse plebanus unam habebit clavem, et dominus haeres aliam, in thesauro seu sacristia ecclesiae conservare semper, et non exponere huiusmodi pecunias alibi, nisi pro aedificiis et aliis necessariis magnis ecclesiae praedictae, cum voluntate, consilio, et certa scientia domini haeredis seu patroni, quodque plebanus pro tempore vinum et lumina pro necessitate eiusdem ecclesiae comparare, archidiaconum seu visitatorem excipere et procurare, equos vicariis ad infirmos transeuntibus ad administranda sacramenta ordinare, contributiones per apostolicum sive ordinarium institutas et instituendas, pro rata suae mediae partis, tres vero mansionarii pro rata alterius partis solvere, sint astricti; ceram etiam et lumina, quae provenire ecclesiae consveverunt, post defunctos seu quocumque alio modo, aut quocumque alio tempore, debent conservari in una cista ecclesiastica magna in sacristia ipsius ecclesiae, et tantum pro cultu divino et utilitate ecclesiae converti. Quapropter praefati domini exponentes, Stanislaus Liganza haeres in Przeczslaw collator et patronus, et Adam plebanus sive rector eiusdem ecclesiae et eorum quilibet, voto unanimi nobis debita cum instantia suplicare curarunt et suplicarunt, quatenus huiusmodi ordinationem et dispositionem per ipsos ut praefertur factas et praehabitas admittere, approbare, et ratificare, confirmareque in omnibus, ac decretum autoritatis nostrae ordinariae apponere dignaremur. Nos igitur Sbigneus cardinalis et episcopus antefatus huiusmodi supplicationibus iustis et rationabilibus, favorabiliter annuentes, inprimis titulum alterius partis ecclesiae praefatae, de certa nostra scientia extingvimus, abrogamus ac in perpetuum abolimus; ac deinde ordinationes et constitutiones praedictas in omnibus et singulis eorum punctis, clausulis et articulis, attento quod vergant in augmentum cultus divini, et personarum ecclesiasticarum praedictae ecclesiae in Przeczslaw favorem, in nomine Domini admittenda, ratificanda, approbanda et confirmanda duximus, praesentiumque tenore admittimus, approbamus, ratificamus et confirmamus; ac pro maiori cautela et subsistentia decretum et robur auctoritatis ordinariae, ipsis omnibus et singulis in vim realis et perpetuae firmitatis apposuimus et apponimus per praesentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae vigesima prima Mai anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Praesentibus, venerabilibus, honorabilibusque et nobilibus viris: Johanne Dlugosch, custode Vislicensi et canonico Cracoviensi, Daniele canonico Sandomiriensi in Tuchow, Alberto in Pyotrawin, Johanne in Bodzanczin, Marco in Lanky plebanis, Cristino de Janowycze marsalco, Stanislao Czarnochowsky, Martino quoquina, Johanne Bestreiowsky, Johanne Olschra, Proczone Lypsky,

Stanislao Sykorsky et Laurentio Wawrzaszek, familiaribus nostris testibus ad praemissa.

LANKY.

. . . .

Decanatus Sandeczensis.

ZBISCHYCZE.

Villa iuxta fluvium Dunayecz in loco editiori sita, habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Adalberto martyri dicatam, lapide albo per Wyrzbyantham Kampyensky nobilem de domo Nieszobya muratam, et per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem consecratam. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Zbischicze, et valor eius ad duodecim marcas; item ecclesia et plebanus habet ibi agros liberos et prata, pro suo usu praedio et necessitate.

NAWOYOWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Mariae Visitationi dicatam, ligneam, cuius haeres Thomas Nawoyowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae in Nawoyowa, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando ad sex marcas. Item quilibet cmetho de laneo solvit unam mensuram siliginis et unam avenae plebano; item plebanus habet proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

ZELESZNIK MAGNA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Michaeli dicatam, cuius haereditas ad consules novae Sandecz pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, item est ibi scoltetus habens duos laneos, de quibus solvit decimam plebano in Zelyesznyk, et valor eius aestimatur ad tres marcas: item non est ibi praedium aliquod; item quilibet cmetho de laneo solvit *meschne* plebano, unam mensuram tritici, et unam avenae confertas mensurae Sandeczensis; item habet plebanus et ecclesia proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

ZELYEZNYK MINOR, villa sub parochia de Zelyeznyk sita, cuius haereditas praefatorum consulum novae Sandecz. In qua sunt lanei cmethonales,

de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . .

MYENCZYNA.

. . . .

CZARNY POTHOK.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius haeres Petrus Rythersky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et eius plebano ibidem in Czarny Pothok, cuius valor aestimatur ad tres fertones; item plebanus habet ratione *ossep* duodecim mensuras siliginis et avenae de eadem villa; item habet ecclesia et plebanus ibidem proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

JAZOWSZKO.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius haeres Wyernek Gabansky de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae quatuor, de quibus pro una parte maiori solvitur decima manipularis et canapalis plebano eius in Jazowsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; pro altera vero parte maiori, solvitur episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad duas marcas: item est ibi praedium unum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae suae et plebano eius: item plebanus habet unam tabernam, sed nunc desertata est; item habet plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate; item habet plebanus solarium ovorum a quolibet cmethone quinque, item dum aliquis cmetho mactat porcum, tenetur plebano dare unam mandibulam alias *czeluscz* a quolibet porco; item solvunt sibi per tres panes quolibet anno, praeter offertorium; item habet offertorium, item columbationem habet.

PRZYSSOWA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius haeredes Marcissius et Wyrzbiantha de domo Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi de quolibet laneo per . . . Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris, solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Przyschowa, cuius valor ad sex marcas aestimatur; item habet ibi plebanus et ecclesia proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

STRONYE, villa sub parochia de Podgrodze, cuius haeres Johannes Stronszky de domo Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus

solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . . ., item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Przyschowa, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

GABANYOW, villa sub parochia de Pothgrodze sita, cuius haeredes Gabansczy de domo Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur plebano in Przyschowa, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

KRUSCHLOWA.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius proprietas ad Johannem Pyenyązek Cruschlowsky de armis Odrowansch pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro episcopatu Cracoviensi; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia et eius plebano in Kruschlowa, et valor eius aestimatur ad . . .

STARA WYESZ, villa sub parochia de Kruschlowa sita, cuius haeres idem Pyenyązek et Procopius . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . item non est ibi aliquod praedium.

CORZENNA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctis undecim millia Virginibus dicatam, cuius haeres Clemens de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia et plebano eius in Corzenna, et valor ad . . . . marcas aestimatur.

NYECZWYA, villa sub parochia de Corzenna sita, cuius haeres Johannes de armis Streparum. In qua unus laneus cmethonalis, item quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi; item est ibi praedium unum, de cuius agris decimatur pro plebano in Corzenna, cuius valor ad . . . marcas aestimatur.

THYLUSCHOWA, villa sub parochia de Corzenna sita, cuius haeres Clemens Corzensky de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima... pro episcopo; item sunt ibi tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus etiam decima episcopo; item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur plebano suo, et valor eius aestimatur ad . . .

LYCZANA, villa sub parochia de Corzenna sita, cuius proprietas ad Petrum Zawaczsky de armis Antiquorum Equorum pertinet. In

qua lanei cmethonales, de quibus decima pro episcopo Cracoviensi; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro plebano in Corzenna, et valor eius ad . . . aestimatur.

BruszNYK.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, muratam lapide, in honorem Assumptionis Beatae Mariae Virginis dicatam, cuius proprietas ad Eleazarem et Nicolaum Roschnowye de armis Griphonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus pecunialis decima per . . . . . de quolibet solvitur pro episcopo Cracoviensi; item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur pro plebano in Bruszнyk.

Szekyrczyna, villa sub parochia de Bruszнyk sita, cuius proprietas ad praefatos Roschnowye pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum, pro episcopatu Cracoviensi: item non est ibi aliquod praedium.

Falkowa, villa sub eadem parochia sita, cuius haeres Marcissius de Wroczimowycze de armis Polukozycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad . . . . marcas aestimatur, item ibi non est praedium aliquod, sed est scoltetia habens agros proprios, de quibus solvitur et conducitur pro plebano decima . . . . .

Olschowa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanct . . . . . dicatam, cuius proprietas ad Koczanowsky de armis . . . . . pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, cuius valor ad octodecim grossos aestimatur; item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur et conducitur decima manipularis pro suo plebano in Olschowa, et valor eius aestimatur . . .

Paleschnycza, villa sub eadem parochia de Olschowa sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . . ; item ibi nullum est praedium.

Jamnycza, villa sub parochia de Olschowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad . . . . . marcas aestimatur; item ibi nullum est praedium.

Dzerzenyni, villa sub eadem parochia sita, cuius proprietas ad regiam maiestatem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima.... plebano in Melsthin; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro eodem plebano in Melsthin, et valor ipsius aestimatur ad . . . . . .

Borowa, villa sub parochia de Olschowa sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima .... Item est ibi scoltetia habens agros proprios, de quibus decima solvitur pro plebano et ecclesia in Olschowa.

Mogilno.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino con fessori dicatam, cuius haeredes Johannes et Procopius de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi; item est ibi una taberna; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decima solvitur et conducitur pro plebano in Mogilno.

Konyuschowa, villa sub parochia de Mogilno sita, cuius haeres idem Procopius. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ....., item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia et plebano in Mogilno, et valor eius aestimatur ad .....

Thyluschowa, villa sub parochia de Mogilno sita, cuius haeres Procopius praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi; cuius valor aestimatur ad ....; non est ibi praedium aliquod.

Smylno.

. . . .

Komorawycze.

. . . .

Dluga Lanka.

. . . .

Pothgrodyze.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sancto Jacobo Apostolo dicatam; cuius proprietas pro maiori parte pertinet ad sanctimoniales in Antiqua Sandecz, minor autem pars, videlicet duae hortulaniae, pertinet ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ......, item in eadem villa est scoltetus habens duos laneos, item unus laneus cmethonalis, qui dicitur Madrkonis, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, archidiaconatui Sandeczensi, et valor eius aestimatur ad tres, et aliquando ad quatuor marcas; item curia est ibi bona, pertinens ad archidiaconatum Sandeczensem, habens praedium bonum in tres campos divisum, de quibus non solvit decimam, sed eam pro se tollit.

VIRIDIS SYLVA.

. . . .

MISCHLKOW.

. . . .

Decanatus Tharnoviensis alias Thuchoviensis.

Ecclesia collegiata Sanctae Mariae in oppido Tharnow habens praelatos, canonicos et vicarios, quam in collegiatarum ecclesiarum regestro per nos sufficienter cum suis proventibus descriptam, hic describere inaniter censuimus.

WOYNYCZ.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem lapide partim et partim latere cocto muratam, et Sanctis Laurentio et Margarethae Virgini et martyribus dicatam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo non sunt lanei aliqui certi et dimensurati, sed sunt quaedam partes et pecies agrorum secundum magis et minus distinctae oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ in Woynicz. Quae in eadem ecclesia una cum scholastria et custodia praelaturis et quatuor mansionariis perpetuis fundata et erecta est, et sufficienter dotata, curaque animarum cuilibet per dotatores est commissa, per ordinationem Johannis Pnyowsky archidiaconi Cracoviensis, eius ecclesiae tunc plebani: item habet praepositus in eodem oppido agros satis amplos pro praedio suo, item habet ibi et molendinum ad proprietatem suam pertinens, de quo tollit tertiam mensuram; item est in eodem oppido praedium regium, quod Rathowi appellatur, de quo solvitur decima manipularis pro mansionariis in Woynicz.

ZAMOSZCZYE vocatur suburbium oppidi Woynicz, sub parochia ecclesiae de Woynicz. In quo sunt lanei suburbanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura in Woynicz, et valor eius aestimatur ad . . . . .

ZAKRZOW, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeredes Stanislaus et Gregorius Zakrzowsczy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Woynicz; item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Mykluschowicze.

SIROCHOWYCZE, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres Nicolaus Mikolayowsky de armis Griffonum. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus decimae perceptio variatur; nam post tres

laneos duntaxat solvitur decima praeposito Woyniczensi, de reliquis vero et de taberna, decimatur decanatui Cracoviensi.

Scharapinowycze, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres Johannes Wyelowyeszky de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et praeposito in Woynicz.

Grabno, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres.... Chorązina de Wyanczkowycze de armis Gelithonum. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposito in Woynicz.

Wyanczskowycze, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres.... Chorązina de armis Gelythonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposito in Woynicz, item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima pro custodia in Woynicz.

Rudka, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres Rudeczsky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Woyniczensi, et valor eius aestimatur ad .....

Item est in eadem ecclesia Woyniczyensi alia praelatura custodia, cui et eius pro tempore custodi, cura etiam animarum commissa et onus cantandi horas in ecclesia Woyniczensi una cum mansionariis impositum est, quae istos habet pro sua subsistentia proventus:

Dambrowka, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius proprietas et dominium ad custodem ecclesiae de Woynicz pertinet. In qua sunt quatuor solum cmethones, certas habentes portiones, sed non in laneos dimensuratos agrorum, et quilibet cmetho solvit custodi viginti scottos pro censu; item quilibet dat custodi unum leporem et duos capones et currum lignorum adducit pro festo Christi; item de agris cmethonalibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi; item non est ibi praedium.

Wyanczkowycze, villa supra in proventibus praepositurae scripta, post cuius praedium solvitur decima manipularis custodi in Woynicz, et valor eius aestimatur ad .....

Olszini, villa habens parochialem ecclesiam ligneam in se, honori Sancti Spiritus dicatam, cuius haeres Nicolaus Buczinsky de armis Streparum. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis decanatui Cracoviensi: valor ad duas sexagenas aestimatur; de aliis vero agris cmethonalibus tabernarum et hortulaniarum,

solvit episcopo Cracoviensi; item est ibi praedium, post cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et custodiae in Woynicz.

Grabno, villa sub parochia de Woynicz sita, quae est in proventibus praeposituraе descripta, post cuius praedium decimatur custodiae in Woynicz.

Tertia in Woynicz praelatura est scholastria, quae et eius pro tempore scholasticus, ad curam animarum et officium horarum in ecclesia Woyniczensi explendum, sicut et caeteri beneficiati ad hoc erecti et fundati, a primis fundatoribus est astricta; cuius tales sunt proventus:

Zamosczye, suburbium oppidi praefati Woynicz. In quo scholasticus Woyniczensis pro dote sua habet praedium bonum, item habet et hortulanias quatuor, et quaelibet solvit .... Item quilibet laborat unum diem in septimana.

Prokoczyn, villa sub parochia de S. Jacobo sita, cuius proprietas ad .... relictam Coczware consulis Cracoviensis pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis....; item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et scholastriae in Woynicz.

Rathowi, vocatur praedium regium circa Woynicz situm, de quo decimatur pro mansionariis quatuor in Woynicz; item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur pro mansionariis in Woynicz, item quaelibet domus ubi cervisia propinatur, seu quaelibet taberna oppidi Woynicz, tenetur dare pro duobus grossis cervisiam pro mansionariis annuatim; item habent praedicti mansionarii in oppido Woynicz, et circa domum suam, pratum optimum, quod aliquando pro tribus, aliquando pro media quarta vendunt marcis.

Sunt etiam in eadem Woyniczensi ecclesia quatuor mansionariae perpetuae, quae habent decimas in villis subsequentibus:

Wyelgawyesz, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haeres Johannes Wyelowyesky de armis Polukoza. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Woyniczensibus.

Mikolaiowicze, villa sub parochia de Woynicz sita, cuius haereditas ad Elizabeth Mikolayowska pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis in Woynicz; item est ibi praedium, de quo decimatur ecclesiae in Mikluschowicze.

Blonye, villa sub parochia de Jedlowka sita, cuius haeredes Johannes Blonsky de armis ...., Thomas Cazimirsky de armis Nabra alias Waldorff. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item non est taberna nec hortulaniae. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur pro mansionariis in Woynicz.

Stanchow.

. . . .

Syeklyn.

. . . .

Palyecznycza.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto .....

Olschowa, villa sub parochia de Palyeschnycza sita, cuius haeres.... Koczonowsky de armis, quae deferunt octo cornua. In qua sunt agri non distincti in laneos, de quibus solvitur in summa pro decima pecuniali sedecim scotti capitulo Cracoviensi; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Paleschnycza, cuius valor aestimatur ad .....

Lanczkorona.

. . . .

Chronow.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Spiritui dicatam. In qua in toto sunt nobiles de armis Griffonum, nullus cmetho: et decima manipularis de omnibus agris eorundem nobilium solvitur ecclesiae suae ibidem in Chronow; item ibi ecclesia et plebanus eius habet proprios agros liberos et prata, piscinam et molendinum pro suo usu et necessitate.

Lyssa gora.

. . . .

Poramba.

. . . .

Wyrzchoslawycze.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Adalberto dicatam, cuius haeres Bartholomaeus Ogrodzensky de armis Sulima. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item praedium est ibi militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae ibidem in Wyrzchoslawycze; item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio usu et necessitate.

ZEMBOCZYN.

. . . .

SKRZYSCHOW.

. . . .

WOLYA IWKONIS.

. . . .

Archidiaconatus Sandomiriensis.

Sandomiriensis archidiaconatus in temporibus recentibus creatus est, propter amplitudinem dioecesis Cracoviensis, ex proventibus ecclesiae parochialis Sancti Pauli, extra muros Sandomirienses. In cuius signum, archidiaconus Sandomiriensis pro tempore, est unicus patronus et collator ecclesiae praefatae Sancti Pauli extra muros Sandomirienses. Habet autem archidiaconatus Sandomiriensis ecclesias parochiales infra scriptas pro se, et in sua visitatione.

DMYTROW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, non longe a Visla fluvio sitam, et in honorem atque in titulum Sanctae Catherinae virgini et martyri dicatam. Cuius haeredes et collatores Nicolaus Sczepyeczky de armis Lyelywa et Johannes Dmitrowszky de armis Pylawa, cuius rector est Johannes. Ad quam villae infra scriptae iure parochiali pertinent, et quae infra scriptos habent proventus: et primo in eadem villa sunt lanei cmethonales, item duae curiae militares, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali et eius plebano in Dmytrow, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item plebanus ratione praedii habet ibi agros proprios et prata; item habet post villam Dmytrow et circa fluvium Ossa, pratum vocatum Barthna łąka; item habet in praefata villa Dmytrow tabernam, quae proprios habet agros, liberam, quae pro censu solvit eidem plebano . . . . .: item ambo collatores sunt pares in iure patronatus, et ecclesia praefata, ne Vislae alluvione subruatur, indiget plurimum translocatione; item habet in Ploschy circa Baranow agros et prata iuxta rippam, item sylvam propriam dictam Mosczisz ka, item duos lacus, unum, qui vocatur magnum lutum, et alterum dictum Graboschow, qui bona ecclesiastica et agros dividit, ab agris et bonis militaribus.

VOLYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Baranow sita, cuius haeredes Nicolaus Sczepyeczky et Johannes Kulka, post quorum agros antiquos praediales cedit decima ecclesiae in Dmitrow. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus etiam solvitur decima manipularis ecclesiae in Dmitrow, et valor eius ad unam marcam.

Voykow, villa sub parochia de Dmytrow sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes Baranowsky, nobilis de domo Grzymala; ex quorum praediis solvitur decima manipularis ecclesiae in Dmitrow. Item sunt in eadem villa lanei cmethonales, et solvunt decimam ecclesiae in Osszyek.

Przekop villa regia, sub parochia de Dmitrow sita, cuius haeredes Jacobus de Konyeczpolye capitaneus Przemysliensis de domo Pobodzye, ex quorum praediis solvitur decima manipularis ecclesiae in Dmitrow. Item sunt in eadem villa lanei cmethonales, et solvunt decimam monasterio in Andrzeiow.

Otoka, villa sub parochia de Dmitrow sita, cuius haeredes Johannes Dmitrowsky de armis Pylawa et Nicolaus Sczyepyeczky de domo Lyeliwa; ex quorum praediis solvitur decima manipularis ecclesiae in Dmitrow. Item sunt in eadem villa duo lanei cmethonales, et solvunt decimam ecclesiae in Dmitrow; item una taberna habens agros, de quibus solvitur decima manipularis....

Baranow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, dicatam Sancto Johanni Baptistae, cuius villae haeres Johannes Baranowsky de armis Grzymala, qui eiusdem ecclesiae in Baranow unicus est patronus, cuius nunc plebanus est Bartholomaeus, et cuius proventus sunt infrascripti. In qua sunt lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem et canapalem pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas: primo, ecclesia in Baranow et plebanus habet agros pro praedio liberos, item habet borram propriam, item sylvas proprias, item habet in dictis sylvis et borris mellificia propria, et apum alvearia propria; item in eadem villa Baranow est curia militaris habens agros proprios praediales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Baranow, et valor eius aestimatur ad ...... Item habet lacum proprium cum pascuis et pratis circumiacentibus, situm inter villas Baranow, Szkopanye, Szuchorzow et navigium, qui est liber et nulli alteri nisi ecclesiae obnoxius, et in quo nullus alter habet facultatem piscandi, nisi ecclesia et plebanus de Baranow.

Skopanye, villa sub parochia de Baranow sita, cuius haeres idem Johannes Baranowsky de armis Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, et solvunt decimam et conducunt manipularem pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas; item in eadem villa est unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Baranow, et valor eius aestimatur ad ..... Item in eadem villa sunt duae tabernae habentes agros, de iure et proprietate ecclesiae

in Baranow, et quaelibet solvit pro censu ecclesiae et plebano unam sexagenam.

SZUCHORZOW, villa sub parochia de Baranow sita, cuius haeres praefatus Johannes Baranowsky. In qua sunt lanei cmethonales, et solvunt decimam..., item est in eadem villa unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Baranow, et valor eius aestimatur .....

Navigium Vislae iure parochiali ad ecclesiam in Baranow pertinens, cuius haeres est idem Johannes Baranowsky; in quo quidem navigio, vel iuxta illud, est unus laneus habens agros, qui ad ius et proprietatem ecclesiae in Chorzelyow pertinet, qui et decimam manipularem post suos agros, et viginti scottos pro censu ecclesiae, et plebano in Chorzelyow solvit tres marcas et unum salmonem; item taberna ibidem in navigio, habens agros ad ius et proprietatem ecclesiae in Baranow pertinens, quae solvit ecclesiae et plebano in Baranow quatuordecim scottos, et tam de laneo navigii, quam de agro tabernae solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres fertones.

VOLYCZA, villa sub parochia de Baranow sita, cuius haeredes Nicolaus Sczepyeczky de armis Lelywa et Johannes Culka. In qua sunt lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem ecclesiae in Dmitrow, item duo praedia militaria in eadem villa, videlicet: Nicolai Sczepyeczky et Johannis Kulka, et de illis solvitur decima manipularis ecclesiae in Baranow.

PADEW.

Villa ecclesiam parochialem ligneam habens in se, dicatam Sancto Bartholomaeo Apostolo, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, cuius modernus plebanus est Moyses sacerdos. In qua sunt lanei cmethonales, item tres tabernae regiae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ierugas canapalis, ecclesiae parochiali in Osszyek, et valor eius aestimatur ad quindecim, aliquando ad viginti marcas; item est ibi praedium unum regale, de cuius agris solvitur decima ecclesiae parochiali in Padew, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate. Item consvetudo optima et laudabilis omnium parochianorum eiusdem ecclesiae, quod singulis diebus dominicis, singuli offerunt, de quo plebanus habet sustentationem; item ecclesia habet ibi unam tabernam habentem agros, de qua solvitur ecclesiae una marca pro annuo censu.

SANDOMIRIA.

Oppidum regium habens in se parochialem ecclesiam muratam ex

lateribus, Sancto Petro Apostolo dicatam, quae olim ad praesentationem episcopalem, ex commutatione villae Zlota cum suis pertinentiis, pro villa Szkothnyky cum suis pertinentiis pertinebat; sed vigore regio occupata est, quasi per occasionem Beatissimi Stanislai rex ab ea exclusus fuerit. Cuius nunc plebanus est Thomas Trambczynsky de armis Topor, et pertinet totum oppidum cum suburbio versus Zawichosth ad eius parochiam, item villae Mąkoschin, Dwyekozy, Sczythnyky, utraque Kamyen, Msczyow et Nyeczycza alias Opatkowicze. Habet autem oppidum praedictum Sandomiria in circuitu suo plures agros, campos, hortos et praedia, de quibus decimatur pro cantoria Sandomiriensi, videlicet: post agros Nicolai Opyolka et Nicolai Poludnye cmethonum de Mąkoschin, versus villam Dwyekozy, item post agros praediales regios villae Mąkoschin, praeter unum tantummodo laneum, de quo cedit decima vicecustodi Sandomiriensi; item post praedium Lornicz, item post praedium altaris ecclesiae Sancti Petri, item post praedia Petri et Martini Nogan, item post praedia alterius altaristae Sancti Petri, item post duo praedia vocata Struna, item post agros praediorum ultra viam in Dwyekozy consistentem, et qui circa limites villae Rzeczycza terminantur. Item post praedium Charalin, item post praedium Galka, item post partes agrorum Lukassy, item post duo praedia Golambicze, item post agros Zagewka, item post agros advocatiae Sandomiriensis, item post agros et praedia vocata Falky, in quibus creduntur esse plus quam octo lanei, item post praedia oppidi Sandomiriensis versus Radoszky consistentia, item post quatuor laneos de suburbio Sandomiriensi, item post agros quos cmethones de Radoszky colunt et protenduntur usque ad limites villae Rinarczicze, item post praedium Banczek, in quo aestimantur esse quinque lanei; item post praedium Ambrosii alias Broszman, in quo creduntur esse quatuor lanei, item post praedium Jeruszi, in quo creduntur esse duo lanei, item post agros in valle sitos, usque ad limites Suchorzow, in quibus creduntur esse quo lanei, item post praedium villae Suchorzow in qua sunt novem lanei. Post hos omnes agros, villas et praedia datur decima manipularis tantummodo cantoriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas; non ducunt eam in horreum cantoris, neque solvunt decimam canapi. Proventus autem ecclesiae Sandomiriensis hi sunt: primo praedium adiacens fluvio Vislae, cum gayo et prato uno; item penes praedictum praedium quod Kamyen minor vocatur, sunt quatuor hortulani laborantes in eodem praedio, et pertinet villa praefata iure parochiali ad ecclesiam Sancti Petri.

Suburbium et Praedia in oppido Sandomiriensi.

Loyowicze, villa sub parochia ecclesiae ..... sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopatum Cracoviensem. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia S. Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem villa episcopali Loyowicze habet ecclesia Sancti Petri propriam tabernam liberam, de qua sibi solvitur census .... et decima ....; item non est in eadem villa praedium.

Milczani, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Paulo extra muros Sandomirienses sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad decem marcas, item non est praedium in eadem villa, neque taberna.

Msczyuyow, villa sub parochia Sancti Petri de Sandomiria sita, cuius haeres Jacobus de Konyeczpolye de armis Pobodze. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Petri de Sandomiria, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item unum praedium militare in eadem villa, quod decimat ....

Sczithniky, villa sub parochia ecclesiae Sancti Petri de Sandomiria sita, cuius haeres ..... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ....

Skowyerzin, villa sub parochia ecclesiae de Zalyeszziany sita, cuius haeres Mroczek nobilis de domo et familia ..... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad ..... Item praedium unum militare, de quo solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali Sancti Petri de Sandomiria, uno arvo seu campo praediali nobilis Mroczek, iuxta fluvium Szan consistente excepto, de quo decimatur ecclesiae in Zalyeszyany.

Strachoczin villa sub parochia ecclesiae de Wrzawy sita, cuius haeres Johannes Chamyecz nobilis de domo et familia Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium cum agris, de quibus omnibus

solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali Sancti Petri de Sandomiria.

Nyeczyecza alias Opathkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Petro in Sandomiria sita, cuius haeres Johannes Slupeczky de domo Rawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae S. Petri de Sandomiria, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae; item non est praedium.

Ecclesia parochialis Sancti Pauli extra muros Sandomirienses.

Ecclesia Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, in antiqua urbe quondam Sandomiriensi sita, ad iuspatronatus episcopale pertinens, fuit quondam pinguis et opulenta; sed ex eius decimis, nescio quis episcoporum Cracoviensium, dioecesim suam Cracoviensem videns dilatatam, archidiaconatum Sandomiriensem in eius decimis fundavit, et in signum huiusmodi fundationis, ius patronatus ecclesiae Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, archidiacono Sandomiriensi pro tempore reservavit. Et licet praedicta ecclesia Sancti Pauli a primaeva fundatione lignea fuerit, vir tamen spectabilis et honorandus Gregorius, eius tunc plebanus, canonicus et officialis Sandomiriensis, iuris pontificalis peritus, ecclesia lignea demolita, ipsam in lateritiam fabricavit. Cuius infra scripti sunt proventus, et cuius Johannes Dormith de Schydlowyecz ad praesens est plebanus.

Vinea iuxta domum et dotem plebani sita, ex cuius uvis praedicta in vino Sancti Pauli administratur ecclesia.

Campus sive arvus penes Micam situs. . . .

Sex hortulaniae, primam tenet Jacobus Cuchta et solvit . . ., secundam Martinus Jeszczorka et solvit...; tertiam Petrus Voynowszky et solvit . . . .; quartam Albertus Golambek et solvit . . . .; quintam Albertus Bik et solvit . . . .; sextam Johannes Byalek et solvit . . . .

Vinea Pauli Tresthka. . . .

Mokra Rzeczicza, villa sub parochia ecclesiae . . . . In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Pauli, et valor eius aestimatur ad . . . . Item praedium . . . . . Item tabernae . . . . Item hortulaniae . . . . .

Strnadłycze, villa sub parochia de Goslicze sita, cuius haeres Nicolaus Waszmunthowszky nobilis de domo et familia Janyna. In qua sunt novem lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Pauli, et valor eius

aestimatur ad decem marcas. Item praedium ibi unum militare, de quo decima solvitur ecclesiae Sancti Pauli ante Sandomiriam, item tabernae ibi duae habentes agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Pauli.

Gozlicze, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Andreas Clymunthowsky de domo Bippennium. In qua sunt certi agri versus Ilikowycze et Zukow siti, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Pauli.

Zukow, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas Ossolynszky nobilis de domo et familia Bippennium. In qua sunt . . . . lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Pauli, et valor eius aestimatur ad . . . Ex duobus enim campis solvitur pro ecclesia Sancti Pauli, de tertio vero campo versus Gozlicze solvitur ecclesiae in Gozlicze; item praedium non est, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt.

Ilikowicze, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres praefatus Andreas Ossolynszky de domo et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Pauli, praeter campos, qui vocantur Czarne plascze, de quibus cedit pro ecclesia in Gozlicze; item praedium non est, item tabernae..., item hortulaniae ...

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Gozlycze sita, cuius haeredes Johannes Byrkowszky de domo et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, ex quibus decima manipularis alternatis vicibus solvitur, videlicet uno anno pro ecclesia Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, et altero anno pro ecclesia in Gozlicze. Post omnes enim agros cmethonales solvitur ecclesiae in Gozlicze, post agros vero circa agros villae Dwyekozy iacentes, solvitur ecclesiae Sancti Pauli. Item praedium est ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze, item tabernae duae..., item hortulaniae...

Machow, villa sub parochia ecclesiae de Mychoczin sita, cuius haeredes: Nicolaus et Martinus fratres germani, de domo et familia Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, ex quibus decima manipularis alternatis vicibus solvitur, videlicet uno anno pro ecclesia Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, et altero anno pro ecclesia Sancti Pauli in Sandomiria. Item praedium militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Michoczin, item tabernae duae habentes agros, de quibus decimant pro ecclesia Sancti Pauli in Sandomiria; item hortulaniae ibi sunt duae, sed non habent agros: item hae villae iure parochiali pertinent ad ecclesiam Sancti Pauli: primo suburbium Sandomiriense versus Zlota equitando, item

Strochczicze, item Jandrzyszkowicze, item Milczany, item Falky insimul, sed etiam praedia, item Suchorzecze.

SAMBORZECZ.

Villa habens ecclesiam antiquo opere muratam in monte, dicatam Sanctae Trinitati, et per Paulum comitem de Samborzecz fabricatam, cuius nunc plebanus Simon, et cuius haeredes Varsius et Johannes nobiles de armis Rawa. In qua plebanus habet dotem et curiam specialem, cum pomeriis et hortis, et habet agros praediales liberos, et unum gayum proprium et liberum; item prata circa viam eundo Sandomiriam, ad sinistram partem, quae vocantur Kyerz, item habet unam tabernam in eadem villa, quae etiam vocatur Kyerz, de qua pro censu solvitur una marca et habet agros; item habet lacum inter agros villarum Zlotha et Zayezyerze, cuius laci episcopatus Cracoviensis habet partem, et insignia sunt inter lacum episcopalem et plebani, limites videlicet seu scopuli, villarum Zlotha et Szycz, et habentur tres literae patentes super dicto lacu; item habet hortulaniam propriam, et propriam piscinulam in eadem villa; item in eadem villa est praedium unicum militare optimum, item sunt in eadem villa sex lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Samborżecz, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris, solvitur decima manipularis ecclesiae in Szamborzecz.

SZEWCZE, villa sub parochia ecclesiae de Skothnyky sita, prope fluvium, qui dicitur Wyechczyowka, cuius proprietas ad monasterium Koprzywnicense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item in eadem est praedium coenobiale, aestimatum ad quatuor laneos, de cuius agris decimam manipularem percipit monasterium Coprzywnicense; item non sunt in eadem villa tabernae.

ZAYEZYERZE, villa sub parochia de Samborzecz sita, cuius haeres Nicolaus Tres[illegible]hka de domo Griffonum. In qua sunt novem lanei cmethonales, item agri, qui vocantur Gandkowy, qui pro praedio coluntur, et qui olim erant cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Samborzecz, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris antiquis praedialibus, exceptis agris, qui vocantur Gandkowe, solvitur decima manipularis ecclesiae in Bobowo.

ZUKOW, villa sub parochia de Samborzecz sita, cuius haeredes Varsius et Johannes de armis Rawa. In qua est unicum praedium militare,

item quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Wyechecz, taberna sub parochia de Samborzecz sita, habens agros, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Samborzecz, cuius valor ad unam marcam.

Szmyechowicze, villa sub parochia de Samborzecz sita. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item hortulania una, item taberna habens agros, de quibus solvitur decima pro ecclesia in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Boleslaw; haeres Dobeslaus de armis Polukoza; et valor praedialis decimae aestimatur ad tres marcas.

Wyelyagora, villa sub parochia de Samborzecz sita, cuius haeres Johannes Olyeschinszky de domo Dambno. In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad octo marcas, item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szamborzyecz.

Malicze, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solutio decimae manipularis variatur; nam de medietate villae percipit illam episcopatus Cracoviensis, de altera vero medietate percipiunt eam duae ecclesiae parochiales, videlicet in Samborzecz et in Obrazow; de duobus enim campis decurrentibus iuxta limites villae Obraszow usque ad fossatum, percipit eam ecclesia in Obraszow, de aliis vero campis percipit eam in Samborzecz. Item non sunt in dicta villa tabernae, neque hortulaniae, neque praedium. Valor decimae, quae ad ecclesiam in Samborzecz pertinet, aestimatur ad sex marcas.

Zycz, villa sub parochia ecclesiae de Samborzecz sita, cuius pro maiori parte proprietas pertinet ad Varsium et Johannem de Samborzecz de armis Rawa, et sunt in ea parte quinque lanei cmethonales; item alterius partis minoris proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem, in qua sunt duo lanei cmethonales et tres hortulaniae habentes agros; item praedium est ibi unicum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Item istae villae pertinent ad parochiam in Samborzecz, videlicet: Samborzecz, Zlota, Zayezyerze, Wyelyagora, Smyechowicze, Zukow. Item praefata ecclesia in Szamborzecz pro denario Sancti Petri

solvit viginti grossos usuales collectori apostolico. Item praefata ecclesia in Samborzyecz taxata est ad quindecim marcas.

SKOTHNYKY.

Villa habens ecclesiam parochialem muratam in se, in honorem Sancti .... dicatam. Quam quidem ecclesiam Jaroslaus Bogoria de Skothniky archiepiscopus Gneznensis latere coctili fabricavit; cuius nunc plebanus est magister Thomas presbyter, cuius haeredes et patroni sunt Martinus, Derslaus, Paulus, Jacobus, Stanislaus, germani, Johannes Kampka, Paulus frater eius, Petrus Skothniczky, Johannes Kolanowsky, nobiles de domo Bogoria; cuius infrascripti sunt proventus: et primo plebanus habet unum laneum agrorum integrum cum pratis, pro suo praedio liberum, item unam tabernam habentem agros, quae plebano pro censu solvit ..., item habet lacum dictum Przeloszl liberum, in quo nullus habet libertatem piscandi, nisi plebanus; item sunt in eadem villa lanei cmethonales, item duae tabernae militarium habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Coprzywniczensi, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Hanc autem decimam contulit monasterio Coprzywniczensi in eius fundatione Fulco episcopus Cracoviensis; item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus omnibus percipit decimam manipularem et canapalem ecclesia et plebanus in Skothniky.

BOGORIA, villa sub parochia ecclesiae de Skothniky sita, cuius haeredes Martinus et Paulus de Skothniky de armis Bogoria. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicecantoria Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Et quia praefata villa per alluvionem Vislae in suis agris est notabiliter diminuta, haeredes de suis praediis dederunt cmethonibus subpecies in sex arvos distinctas, et primus arvus vocatur Kszanowicza, alter Wyelka niwa, tertius Oczirchly, quartus lanealis, quintus ex opposito cmethonum versus Skothniky, sextus Gorky, et de huiusmodi arvis sumitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Skothniky; item est in eadem villa taberna, sed non habet agros.

PODLAZE, villa in rippa Vislae, sub parochia ecclesiae de Skotniky sita, cuius idem haeredes Martinus et Paulus de Skothniky. In qua tres sunt lanei cmethonales, do quibus decima manipularis solvitur vicecantoriae Sandomiriensi et nonnisi tertia pars dictae villae vicecantoriae decimat; Visla enim multos dictae villae sorbuit agros, et continue sorbet. Item duae partes villae praefatae post agros cmethonum, qui sunt inter vias, quibus itur de Zakrzow in Podlaze et in Mokrzeschow, et agri praediorum militarium in supetias cmethonibus dati ex praediis, solvunt decimam manipularem ecclesiae in Skothniky, et valor eius aestimatur ad ....

Et decimam canapalem post totam villam, percipit vicecantoria Sandomiriensis, et duobus annis percipit eam ecclesia in Skothniky . . . Item non sunt ibi tabernae.

Szyedlysczani, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haeredes Johannes et Johannes et Nicolaus nobiles de armis Prussy. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item sunt ibi praedia militaria, et de omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Michoczin. Item sunt ibi duo lanei cmethonales ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis pertinentes, de quibus solvitur decima manipularis . . .

Zorawicze, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeredes: Stanislaus Machowsky de Habdank, Nicolaus Tilkowsky de Bippennibus et Petrus Skothniczsky de Bogoria. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky. Cuius valor aestimatur ad duas marcas, item de aliquibus agris in montibus, iacentibus iuxta iter in Coprzywnicza, solvitur ecclesiae in Gori. Item ibi sunt duo praedia militaria, quorum perceptio partitur inter ecclesiam in Dambno et ecclesiam in Lunyow et eius plebanum, et ecclesiam in Gory... item de aliquibus agris, videlicet Wolicza et Zanyebandzye et ... pro episcopo Cracoviensi.

Rithwyani, villa sub parochia ecclesiae de Staschow sita, cuius haeres Johannes de Rythwany castellanus Sandomiriensis et regni Poloniae marsalcus. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tres tabernae, item quinque hortulaniae, habentes agros in parte orientali versus Sandomiriam sitos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, de agris autem versus occidentem, post fluvium Czarna sitis, solvitur ecclesiae in Staszow. Item praedium ibi unicum militare, post cuius agros solvitur decima manipularis ecclesiae in Staszow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Russcza, villa sub parochia de Sulislawycze sita, cuius maior pars ad decanatum Sandomiriensem pertinet. In cuius parte sex sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros decani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item minor pars dictae villae pertinet ad Szyagneum et Oszkam de armis Rawa, in qua parte sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Sulislawycze,

et aliquorum cmethonum. Item decanus Sandomiriensis non habet ibi praedium.

KRZYKOSSY, villa sub parochia ecclesiae de Coprzywnicza sita, cuius haeres Johannes Kampka nobilis de domo et familia Bogoria. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item ibi unum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Skothniky.

Villae parochiales: Skothniky, Bogoria, Szewcze, Podlaze.

COPRZYWNYCZA.

Oppidum habens ecclesiam parochialem, dicatam honori Omnium Sanctorum, cuius quidem oppidi proprietas . . . ., ius vero patronatus ecclesiae ad abbatem et monasterium Coprzywniczense pertinet; cuius ecclesiae plebanus est Nicolaus presbyter de Vnyeslawicze de domo Accipitrum. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Coprzywniczensi, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item in eodem oppido plebanus habet unum arvum liberum, datum per oppidanum dictum Domin retro balneum; item habet medium laneum liberum, datum per Nicolaum oppidanum dictum Sbosznysz; item habet pratum inter prata civium in acie penes Vachnyo; item habet hortum penes dotem plebanalem liberum.

SKRZYPACZOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae Coprzywniczensis sita, cuius haeredes Johannes et Gnyevossius nobiles de domo et familia Strzegomya. In qua lanei sunt octo cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Coprzywnicza, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium ex duobus laneis cmethonalibus; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item de qualibet domo in Coprzywnicza ratione columbationis unum grossum . . .; et sunt domus . . . . . .

KROWYA GORA, sub parochia ecclesiae de Lunyow sita, cuius haeres Petrus Szkothnyczky de domo et familia Bogoria. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Coprzywnicza, pro una medietate villae, pro altera autem medietate, solvitur ecclesiae in Lunyow; item praedium non est, item taberna una, item hortulaniae. . . . . .

NYEDRWYCZA, villa sub parochia de Coprzywnicza sita, cuius haeres Johannes Nyedrwyczky de domo et familia Powala alias Ogony. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, item una taberna et tres hortulaniae et unum molendinum habentia agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius

aestimatur ad quatuor marcas, item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Coprzywnicza.

POSROMNA, villa sub parochia de Coprzywnicza sita, cuius haeredes Jacobus Moszcziczky de domo Ostoya, Mroczek et.... Banczelszky de domo Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad duas sexagenas aestimatur. Item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae de Coprzywnicza, cuius valor ad duas marcas.

SBIGNYEWICZE, villa sub parochia de Coprzywnicza sita, cuius haeres pro media parte Andreas Ossolynszky, Jacobus de Grzymalitis, Stanislaus Zbigno et Martinus Olbyerzowszky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Coprzywnicza, cuius valor ad duas marcas.

Villae parochiales: oppidum Coprzywnicza, Sosznyczani, Zwinczicze, Cissycza, Lukowyecz, Kriczyn, Skrzypaczowicze, Banszycze minor, Sbignyewicze, Posromna, Nyedrwicza, Krzykossy, Gnyeszowycze, Blonye maior.

OSSYEK.

Oppidum de prope Coprzywnicza situm, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, per Paulum Szmylowszky presbyterum nobilem de armis Ostoya modernum plebanum, Beato Stanislao martyri et pontifici glorioso dicatam; cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, et licet alias ad monasterium Calvi montis S. Crucis pertineret, Jacobus tamen abbas monasterii eiusdem a. D. 1270 dictum oppidum cum Boleslao pudico Cracoviensi et Sandomiriensi duce, pro quinque marcis argenti ex zuppa Bochnensi dandis, commutavit; processu autem temporis, solutio dictarum quinque marcarum argenti intermissa fuit, quam iterum Vladislaus secundus rex Poloniae a. D. 1409 in summam quinque marcarum tantum communis pecuniae, aut tantundem valoris salis constituit. In quo oppido sunt lanei oppidanorum, item suburbanorum, item praedium unum regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia parochiali et eius plebano in Ossyek, et valor eius aestimatur ad . . . . praeter campum dictum Ossyeczek, de cuius agris solvitur et decimatur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi montis; canapalis autem decima non solvitur ex agris oppidanorum aut suburbanorum, ex consvetudine antiqua. Item dicta ecclesia habet lacum dictum vulgariter Ossyethno, liberum, qui iacet inter Ossyek oppidum ex una, et villam Dluga Lanka partibus ex altera. Item habet sylvam penes eundem lacum, quae dicitur

Lanzek et Przewocze, penes limites, alias Czyoszny, inter villam Zawydza, parte ab una, et Dluga Ląka parte ab altera. Item habet quinque prata penes praefatam sylvam, et in medio sylvae sextum pratum dictum Lanzek. Item habet agros pro suo praedio, cum prato magno, iuxta villam dictam Socalyecz, quae ducit in Coprzywniczam. Item iuxta fluvium Visla habet alios agros, pro praedio post Kopanyecz ad spatium sex stadiorum. Item habet penes curiam plebanalem in Ossyek alios agros praediales, satis latos, decurrentes dorso iuxta sepes oppidanorum, usque ad viam, quae ducit in Polanyecz. Item in finibus eorundem agrorum sunt duae piscinae, per Paulum Smylowszky tunc plebanum ex fundo erectae. Item habet agros duorum stadiorum, cum prato post torrentem Brzesznycza, mediantes inter pratum Petri Poddambni ab una, et Procopii oppidanorum de Ossyek partibus ab altera. Item in villa Plyszka regia habet duos laneos minus una quarta agrorum, quos vel solus colit vel locat in censum. Item in borra, quae mediat inter villas Strzegom et Plyszka, qui vocatur Ploza et etiam dicitur Samyn, de quo ecclesiae in Ossyek et eius plebano et decimatur et censuatur.

Dluga lanka, villa sub parochia ecclesiae de Ossyek sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per duas tantummodo iuncturas canapalis, pro ecclesia in Ossyek, et valor eius aestimatur ad . . . .; canapalis autem decima propter alluviones Vislae, tantummodo de duabus iuncturis solvitur; item praedium....

Woykow, villa sub parochia de Ossyek sita, cuius proprietas ad Nicolaum Baranowsky de armis Grzymalitarum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ligaturas canapalis, pro ecclesia in Ossyek, et valor eius aestimatur ad.....; item praedium......

Padew, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per sex ligaturas canapalis pro ecclesia in Ossyek, et valor eius aestimatur ad . . . . Item praedium est ibi regale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Padew.

Yaszlyani, villa sub parochia de Padwa sita, cuius una proprietas ad serenissimum Poloniae regem, item ad Felicem Tarnowsky de Lelywa, item ad Paulum Skothniczsky de Bogoria pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae

non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per sex ligaturas canapalis, pro ecclesia in Ossyek, et valor eius aestimatur ad ..... Item praedium non est.

Tuschow, villa sub parochia de Chorzelow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae quinque, item hortulaniae, item praedium regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et per sex ligaturas canapalis pro ecclesia in Ossyek, et valor eius aestimatur ad ......

Bochnya, oppidum regium, in quo sales effodiuntur. In quo oppidani ex antiquo more Bochnensi, solvebant ecclesiae in Ossyek pro festo Sancti Martini duodecim marcas latorum grossorum, sed processu temporis ablatus est per reges et principes Poloniae; quem cum Paulus Smylowsky plebanus in curia Romana litigando recuperare vellet, a Casimiro tertio Poloniae rege prohibitus est...

Villae parochiales: oppidum Ossyek, Dluga Lanka......

Strzegom.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Item est ibi praedium regium, de cuius agris, qui quondam erant scoltetiales, solvitur decima manipularis ecclesiae in Strzegom. Item habet agros sufficientes cum pratis pro praedio, item habet duas tabernas habentes agros, et quaelibet solvit pro censu plebano ....., item habet piscinam cum molendino, de quo percipit metretas, et post molendinum habet agros praediales noviter extirpatos; item habet in villa Makoschin post unum campum decimam manipularem.

Villae parochiales: Strzegom....

Nyekrassow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Visitationi Beatae Mariae Virginis dicatam, cuius haeredes Wyrzbiątha et Leonardus fratres de domo Griffonum, et Thomas Kolaczkowszky de armis Janina, cuius plebanus modernus Stanislaus Golyab. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro vicepraepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas; item taberna una habens agros plebani, praeter quam alia nulla locari potest, de qua a quolibet octuali, datur quartale cervisiae pro plebano; item sunt in eadem villa duo praedia militaria, de quibus decima manipularis datur ecclesiae in Nyekrassow, item est ibi molendinum, sed non habet agros; item ecclesia in Nyekrassow habet praedium bonum in fine

agrorum cmethonalium, item sylvam cum rubetis, quae decurrit a semita et limitibus Sanctae Crucis, usque ad viam stratam; item habet pratum in eadem sylva, item habet aliud magnum pratum post viam Turzsko eundo in Nyekurza, item habet aliud pratum post ecclesiam, cum duobus hortis et piscinula; item habet molendinum in fluvio Ossolya liberum, de quo ecclesiae metretae proveniunt, quod etsi vidua Kolaczkowszka abstulerat, plebanus tamen illud iure terrestri reaquisivit; item habet lacum proprium et liberum circa Nyekurza, post pratum dictum Zathoka alias Popowo yezyoro, una cum sylva dicta Zawyrzbye, et alium lacum circa Lukowe; item habet libertatem scindendi ligna robora, et pascua in tota parochia, pro aedificiis et pro qualibet necessitate, et sine quavis contradictione; item habet ex universa parochia columbationem, quae pro medietate datur avena, et pro alia medietate datur pecunia.

Turszko maior, villa sub parochia de Nyekrassow sita, cuius haeredes Wyrzbyątha et Marcus de armis Griffonum. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicepraeposítura Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; item hortulaniae sunt ibi, sed non habent agros. Item est ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Nyekrassow; et si milites arant pro se aliquos agros cmethonales, decimant pro vicepraepositura Sandomiriensi.

Chorazicze, villa sub parochia de Konyuscha sita, cuius haeres Wyrzbyąntha de armis Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi vocata ..... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Nyekrassow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Gluchow, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis sita, cuius haeres Nicolaus Pywko de armis Habdank pro una parte maiori, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro universitate canonicorum Scarbimiriensium, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, item sunt ibi duo lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem pro praebenda Scarbimiriensi Gluchowszka, aut eius vicario; item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Nyckrassow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Kanthi, villa sub parochia de Nyekrasszow sita, cuius haeres Thomas Kolaczkowszky cum fratre, de domo et familia Janyna. In qua sunt duo lanei cmethonales; item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia

in Nyekrassow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi una scoltetia habens unum laneum agrorum, de quibus etiam decimatur pro ecclesia in Nyekrassow.

Villae parochiales: Nyekrassow, Turszko maior, Ossolya, Thrczyanka, Kanthi.

Item notandum, quod praefata ecclesia ex antiquis temporibus sita fuit in monte supra villam, et Sanctae Cruci dicata; sed propter difficiliorem ascensum, alia ecclesia in declivo fabricata est, et in honorem Beatae Mariae Virginis Visitationis titulata.

WYAŻOWNYCZA.

Villa habens in se parochialem ligneam ecclesiam, cuius iuspatronatus ad serenissimum Poloniae regem pertinet, Sancto Michaeli Archangelo dicatam, cuius plebanus Johannes Roboczicz presbyter de Pyersczecz. In qua sunt quadraginta quinque lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulania una, scoltetiae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi pro medietate villae, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, et pro medietate, ecclesiae et plebano in Konyemlothi; item in eadem villa est scoltetia habens agros, de quibus decimatur pro ecclesia in Wyazownicza; item habet ecclesia pro praedio suo sufficientes agros, decurrentes iuxta agros cmethonales, habet etiam libertatem extirpandi agros de novo, progressive a suo praedio et suis agris, quantum vult, et quantum indiget, usque ad limites. Item habet agrum in Kukadlo cum sylva usque ad limites. Item habet arvum alias *nywa*, qui dicitur Kokoszkowa nywa cum sylva, quae tenditur usque ad limites villae Sucha. Item habet pratum iuxta agros proprios situm, in cuius finem venit rubetum et sylva, quae vocatur Zapusta olszowa, iuxta fluvium Wyazownicza, pertinens ad ecclesiam, incipiens a scabellis quae ducunt in villam ab ecclesia, et terminans in Krzeczow. Item sunt ibi duo molendina, unum regis, quod habet integrum laneum, de quo decimatur episcopo, aliud scolteti habens agros, de quo decimatur ecclesiae in Wyanszownicza.

CZAYKOW, villa regia sub parochia de Wyazownicza sita. In qua sunt quadraginta quatuor lanei cmethonales, item tabernae quatuor, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae de Wyazownicza. Item est ibi molendinum scolteti habens agros, de quibus decimatur pro episcopo, item scoltetus habet ibi tabernam et hortulaniam.

BUKOWA, villa regia sub parochia de Wyazownycza sita. In qua

sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae de Wyazownicza. Item est ibi molendinum scoltetiale, quod annis singulis pro festo Paschae solvit ecclesiae in Wyazownicza unum chorum farinae triticeae.

Smyerdzina, villa regia sub parochia de Wyazownicza sita. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item duo molendina habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et canapalis per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad viginti marcas, item non est ibi praedium, neque scoltetia, neque hortulaniae.

Villae parochiales: Wyazownicza, Smyerdzina, Czaykow, Bukowa.

Kyelczyna.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao Confessori dicatam; cuius plebanus modernus Mathias presbyter, cuius haeredes Martinus Machowsky de Habdank, Johannes et Jacobus Dmossziczsky de domo Ostoya et Johannes Dmitrowsky de armis Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Kyelczina, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item praedia duo militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Kelczina; item ecclesia habet pro praedio agros proprios liberos, non largos tamen sed strictos, pratum vero nullum habet pro sua necessitate.

Kyelczinszka Wolya, villa sub parochia de Kyelczina sita, cuius haeredes Johannes et Jacobus Dmosziczsky de domo Ostoya, et Johannes Dmitrowsky de armis Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur pecunialis decima per octo grossos pro ecclesia in Kyelczina, et valor eius aestimatur ad .... Item praedium non est ibi.

Wysszokye, villa sub parochia de Kelczina sita. In qua haeredes Dobeslaus Bisszowsky castellanus Belszensis de armis Nyeczuya, Prandotha et Johannes de Nyeczuya. Altera autem medietas, in qua sunt haeredes Jacobus Lipniczsky et Jacobus Jugosszowsky, pertinet ad Sczeglicze, et decima manipularis ex utraque parte pertinet ad archidiaconatum Sandomiriensem, in qua sunt cmethonales .....

Gorzkow, sub parochia de Kelczina sita, cuius haeredes Wyszek de Hubnin de domo Ostoya et Byara... In qua lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur..., item duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Kelczina.

Malykowicze, villa sub parochia ecclesiae de Kyelczina sita, cuius haereditas, proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Kyelczyna, et valor eius aestimatur ad ... Item praedium..., item molendinum habens agros in borra, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Kelczina.

Malykowszka Wolya, villa sub parochia de Kyelczyna sita, cuius haereditas, proprietas et dominium pertinet ad serenissimum Poloniae regem. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Kyelczina, per .....; item praedium.....

Dzber, villa sub parochia de Kyelczina sita, cuius haeres Jacobus Mylkowszky de armis Habdank. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Kyelczina.

Przeborowicze, villa sub parochia de Kyelczina sita, cuius haeredes Thomas et Nicolaus de armis Rosza. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Kyelczyna.

Zymna woda prima, villa sub parochia de Kyelczyna sita, cuius haeredes Lucas de Slupcza, de armis Rawa, et Jarosch et Johannes dicti Rykowye de armis Ostoya. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae. Item sunt ibi duo parva praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Kyelczina.

Zymna woda secunda, villa sub parochia de Kyelczina sita, cuius haeres Dobeslaus Byschowszky castellanus Belzensis de armis Nyeczuya. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item unus laneus scoltetialis, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item hortulaniae non sunt. Item praedium hactenus non est, licet asseratur, quod aliquando fuerit, et

decimabatur de eo in Kyelczyna plebano, hodie tamen percipit illam archidiaconus Sandomiriensis.

Mala wyesz, villa sub parochia de Kyelczina sita, cuius haeredes Cedrowye de armis Griffonum et Johannes Golyambyowsky. In qua sunt quinque lanei cmethonales et una hortulania, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae sunt, sed eorum tabernatores sedent in laneis cmethonalibus. Item est ibi unicum praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Kyelczina.

Gora, villa deserta, sub parochia de Kelczina sita, cuius haeres... Klisszowsky de armis Rawa, de cuius arvis solvitur decima manipularis archidiacono Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad .... marcas.

Wysznyowa, villa sub parochia de Kelczina sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky de armis Accipitrum. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad ..... Item praedium parvum, de quo decimatur ....

Nawodzycze, villa sub parochia de Olbyerzowycze sita, cuius haeredes: Paulus Derslaus cum fratribus de Zborzenna de armis Cygnorum, item Johannes Doluszky, de armis ...... item Nicolaus Trzebyenszky de armis Srzenyawa. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item molendinator unus habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Sanctae Mariae Sandomiriensis, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae tredecim habentes agros, item hortulaniae quatuor, item tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Olbyerzowycze pro uno anno, et pro altero anno ecclesiae in Kyelczina.

Myloszowicze, villa sub parochia de Kyelczyna sita. In qua Crzeslaus et Stanislaus Gluch de domo Rosze haeredes. In qua lanei cmethonales, de quibus decimatur archidiacono Sandomiriensi, et duo praedia de quibus ecclesiae in Kelczina.

Villae parochiales: Kyelczina, Wolya Kyelczinszka, Malykowicze, Wolya Malykowszka, Dzber, Przeborowicze, Zymna woda prima, Zymna woda secunda, Gorzkow, Mala wyesz, alias Wyssokye primum, Wyssokye secundum, Gora, Miloszowicze, Wisznyowa.

Modlybozycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Benedicto dicatam, et per magistrum Bartholomaeum de Oppathow lapideo muro fabricatam

cuius proprietas ad abbatem et monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet, qui sunt illius ecclesiae unici collatores et patroni. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item unum praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlybozicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item plebanus habuit in eadem villa unam tabernam propriam cum agris, sed cambivit eam, dans illam monasterio Sanctae Crucis, pro alveo et pratis ad parandam piscinam. Item ecclesia habet ibi pro praedio suo agros, ad tres laneos aestimatos. Item unum arvum in villa Pyszkrzin. Item habet tria prata, unum in Modlibozycze, aliud in Rudnyky et tertium in Stobyecz.

Golyschicze inferior, villa sub parochia de Modlybozicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlybozycze, et valor eius aestimatur ad ....

Golyszycze superior, villa sub parochia de Modlybozycze sita cuius haeres ..... In qua est unus laneus cmethonalis specialis et liber, ad proprietatem cantoriae Oppathoviensis pertinens, qui cantori et censum solvit et decimam manipularem. Item proprietas residuae villae pertinet ad certos nobiles illic residentes, qui agros cmethonales colunt. Item sunt etiam ibi aliqui lanei cmethonales, et variatur perceptio decimae manipularis, nam pars cedit episcopo Cracoviensi, et pars plebano in Modlybozycze.

Zyrnyky, villa sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Wladislaviensem pertinet. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Wladislaviensi. Item est ibi praedium episcopale, de quo decimatur ecclesiae in Modlybozycze.

Pyszkrzin, villa sub parochia de Modlybozicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlybozycze, item hortulaniae sunt ibi habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi.

Stobyecz, villa sub parochia de Modlibozicze sita, cuius haeredes Jacobus Milkowsky de Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia nobilium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlybozycze.

Woynowicze, villa sub parochia de Modlybozicze sita; in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia nobilium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlibozycze.

Rudnyky, villa sub parochia de Modlibozicze sita, cuius haeredes Procopius de domo Nyeczuya, item Skrobothowye de domo Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus decimatur episcopatui Cracoviensi; item de praediis militaribus decimatur ecclesiae in Modlybozicze.

Ozyablow, villa sub parochia de Modlibozicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia nobilium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlibozicze.

Dambye, villa sub parochia de Modlibozicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia nobilium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlibozycze.

Raczczyn utraque, villae sub parochia de Modlibozicze sitae, quarum haeredes . . . In quibus sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia nobilium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Modlybozicze.

Villae parochiales: Modlybozycze, Golyschicze inferior, Goliszicze superior, Pyszkrzyn, Stobyecz, Woynowicze, Rudnyky, Ozyamblow, Dambye, utraque Raczczyn.

Sczeglycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Georgio martyri dicatam, quam creditur murasse Johannes Groth cantor Cracoviensis de armis Rawa; cuius haeres Jacobus Jugosszowsky de armis Habdank. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae duae, de quibus alternatis vicibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; nam uno anno decimatur pro ecclesia in Sczeglycze, et altero pro ecclesia in Uyazd, et valor eius aestimatur ad . . . Item praedium unum militare, de quo decimatur pro ecclesia in Sczeglicze. Item habet ecclesia in eadem villa tabernam habentem agros, liberam, de qua illi solvitur . . . Item habet hortum liberum habentem agrum, de quo illi . . . Item habet in eadem villa praedium cum agris necessariis, et unum pratum. Item una taberna in strata publica, habens agros, de quibus decimatur pro episcopatu Cracoviensi.

Domaradzicze, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes

Derslaus Gomolka de Accipitribus, Luthek Wolyek, Koth, Dyak, Bloszno. In qua non sunt in eadem villa lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae . . ., item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczeglicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Zagorzycze, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes: Dobek Jacobus, Petrus Szowka, Szwyanszek, Clemens Pączek, Broda. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae, item praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczeglicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Panczlawicze, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes Nicolaus Chrosczel de armis Ostoya et Johannes Dmitrowsky de armis Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczeglicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Wolya Panczslawska sub parochia de Sczeglicze, cuius haeredes . . . et solvitur decima manipularis . . .

Laziszka, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeres Jacobus Lopaczyenszky de armis Rolya. In qua sunt lanei quinque cmethonales, item una taberna habens agros, item duo molendina habentia agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item hortulaniae non sunt ibi. Item est ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Sczeglicze.

Wyssokye, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes: Jacobus Rolya de armis Rolya, et Jacobus Lipniczky de armis Olobok. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sczeglicze.

Wissokye secunda, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeres Stanislaus Bycziszko de armis Nyeczuya. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae habentes agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sczeglicze.

WISSOKYE tertia, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes: Dobeslaus Bisszowsky, et Prandotha de armis Nyeczuya, et Jacobus de armis Odrowansch, et Jacobus Jugosszowsky de Habdank. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium Jacobi Odrowansch, de quo decimatur ecclesiae in Sczeglicze. Item est ibi quarta hortulania, de qua pro medietate decimatur archidiaconatui Sandomiriensi, et pro medietate ecclesiae in Kyelczina.

Villae parochiales: Sczeglicze, Domaradzicze, Zagorzicze, Panczlawicze, Laziszka, Wissokye, altera Wissokye, tertia Wyssokye, Wolya Panczslawska.

GOSZLICZE.

Villa habens ecclesiam parochialem muratam lapide in se, et dicatam Assumptioni Beatae Mariae Virginis, cuius rector Stanislaus presbyter, cuius haeres Andreas Clymyunthowszky nobilis de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam de campis seu agris versus aquilonem et versus occasum solis usque ad gaya, item ex alia parte villae versus meridiem, per quatuor stadia, usque ad gades villae Zakrzow, decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Gozlicze; item de agris eiusdem villae, sitis a signis passionum Christi, usque ad agros villae Curow, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wlostow; item de agris versus Ilikowicze et Zukow sitis, solvitur et conducitur pro ecclesia Beati Pauli extra muros Sandomirienses. Item in eadem villa est praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze. Item habet aream praedialem liberam pro ecclesia, et tres arvos seu campos retro domum plebani, cum prato et duabus piscinis. Item habet tabernam habentem agros et hortum, de quo sibi pro censu solvitur... Item habet unam hortulaniam habentem agros, quae sibi solvit...

DZYWKOW, villa sub parochia de Gozlicze sita. In qua habet tabernam et aream habentem agros, quae solvit ecclesiae pro censu . . . . Item habet hortulaniam ibidem habentem agros, et de utroque percipit decimam; tota vero residua decima pertinet ad episcopum Cracoviensem.

ZAKRZOW, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres et dominus Andreas Osszolinsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . . praeter

campos et agros circa villam Dwyekozy sitos, de quibus solvitur decima ecclesiae Sancti Pauli extra muros Sandomirienses.

OSSOLEN, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas Clymunthowszky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item unicum praedium militare, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

ILIKOWICZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, in qua post omnes campos cmethonales, decima manipularis et canapalis solvitur pro ecclesia Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, praeter campos, qui vocantur Czarne plascze, de quibus cedit pro ecclesia in Gozlicze. Cuius haeres Andreas Ossolinsky de domo Bippennium.

ZUKOW, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas Ossolinsky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, et de duobus quidem campis cmethonalibus, solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Pauli in Sandomiria, de tertio vero campo solvitur pro ecclesia in Gozlicze.

VRZAZOW, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Bernardus et Zawisza filius Pelcze de domo Janina. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae quatuor, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praedium unicum militare, de quo praedio solvitur et conducitur decima manipularis tantummodo, ecclesiae in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

GOLAMBYOW, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius proprietas pro una medietate pertinet ad monasterium Coprzywniczense, altera medietas ad Vidzgam de domo Janyna, et in abbatis medietate sunt quatuor lanei, una taberna in sortem monasterii; item in medietate Vidzdze sunt... lanei, item tabernae, item hortulaniae, et de omnibus conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praedium est ibi militare, de quo solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gozlicze.

LIPNIK MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Jacobus Lypnyczsky nobilis ex familia, quae medietatem salmonis defert pro insigni, alias de armis Olobok. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae duae, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ibi praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Gozlicze.

MALZIN, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Johannes

Wissokye tertia, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes: Dobeslaus Bisszowsky, et Prandotha de armis Nyeczuya, et Jacobus de armis Odrowansch, et Jacobus Jugosszowsky de Habdank. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium Jacobi Odrowansch, de quo decimatur ecclesiae in Sczeglicze. Item est ibi quarta hortulania, de qua pro medietate decimatur archidiaconatui Sandomiriensi, et pro medietate ecclesiae in Kyelczina.

Villae parochiales: Sczeglicze, Domaradzicze, Zagorzicze, Panczlawicze, Laziszka, Wissokye, altera Wissokye, tertia Wyssokye, Wolya Panczslawska.

GOSZLICZE.

Villa habens ecclesiam parochialem muratam lapide in se, et dicatam Assumptioni Beatae Mariae Virginis, cuius rector Stanislaus presbyter, cuius haeres Andreas Clymyunthowszky nobilis de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam de campis seu agris versus aquilonem et versus occasum solis usque ad gaya, item ex alia parte villae versus meridiem, per quatuor stadia, usque ad gades villae Zakrzow, decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Gozlicze; item de agris eiusdem villae, sitis a signis passionum Christi, usque ad agros villae Curow, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wlostow; item de agris versus Ilikowicze et Zukow sitis, solvitur et conducitur pro ecclesia Beati Pauli extra muros Sandomirienses. Item in eadem villa est praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze. Item habet aream praedialem liberam pro ecclesia, et tres arvos seu campos retro domum plebani, cum prato et duabus piscinis. Item habet tabernam habentem agros et hortum, de quo sibi pro censu solvitur... Item habet unam hortulaniam habentem agros, quae sibi solvit...

Dzywkow, villa sub parochia de Gozlicze sita. In qua habet tabernam et aream habentem agros, quae solvit ecclesiae pro censu . . . . Item habet hortulaniam ibidem habentem agros, et de utroque percipit decimam; tota vero residua decima pertinet ad episcopum Cracoviensem.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres et dominus Andreas Osszolinsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . . praeter

campos et agros circa villam Dwyekozy sitos, de quibus solvitur decima ecclesiae Sancti Pauli extra muros Sandomirienses.

Ossolin, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas Clymunthowszky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item unicum praedium militare, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Ilikowicze, villa sub parochia de Gozlicze sita, in qua post omnes campos cmethonales, decima manipularis et canapalis solvitur pro ecclesia Sancti Pauli extra muros Sandomirienses, praeter campos, qui vocantur Czarne plascze, de quibus cedit pro ecclesia in Gozlicze. Cuius haeres Andreas Ossolinsky de domo Bippennium.

Zukow, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas Ossolińsky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, et de duobus quidem campis cmethonalibus, solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Pauli in Sandomiria, de tertio vero campo solvitur pro ecclesia in Gozlicze.

Vrzazow, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Bernardus et Zawisza filius Pelcze de domo Janina. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae quatuor, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praedium unicum militare, de quo praedio solvitur et conducitur decima manipularis tantummodo, ecclesiae in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Golambyow, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius proprietas pro una medietate pertinet ad monasterium Coprzywniczense, altera medietas ad Vidzgam de domo Janyna, et in abbatis medietate sunt quatuor lanei, una taberna in sortem monasterii; item in medietate Vidzdze sunt... lanei, item tabernae, item hortulaniae, et de omnibus conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praedium est ibi militare, de quo solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gozlicze.

Lipnik maior, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeres Jacobus Lypnyczsky nobilis ex familia, quae medietatem salmonis defert pro insigni, alias de armis Olobok. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae duae, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ibi praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Gozlicze.

Malzin, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Johannes

Malzinszky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Midlow. Item est ibi praedium unicum militare, quod solvit decimam ecclesiae in Gozlicze. Item est ibi arvus unus pertinens ad Lowinnycza, de quo decimatur ecclesiae in Gozlicze.

PĄCHOW, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes: Johannes Slupeczky de domo Rawa, et Andreas Johannes Pachowszky de domo Grzimala. Item tabernae duae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Bardo, et valor eius aestimatur ad... Item lanei cmethonales... Item sunt ibi praedia duo militaria, et unum, quod est Andreae Johannis Pachowszky decimat ecclesiae in Gozlicze, aliud Johannis Slupeczky, quod decimat ecclesiae oppidi Opolye.

PACHOWIECZ, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Johannes fratres, de armis et familia Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Bardo. Item est ibi unicum praedium militare, quod decimat ecclesiae in Gozlicze.

KROBYELYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Gozlicze sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad novem marcas aestimatur. Item non est ibi aliquod praedium coenobiale . . . decimat ecclesiae parochiali in Gozlicze. Item sunt ibi tres fratres Johannes, . . de domo Accipitrum, qui habent omnes vix unum laneum, de quo decimant ecclesiae in Gozlicze.

ADAMCZOWICZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes Thomas Adamczowszky de armis Pobodze, Jacobus Lyopaczensky de domo Rolya, item Sznyekosszky de domo Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in . . . Item ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze; et post agros hortulaniarum . . .

LYOWINICZA, castrum sub parochia de Gozlicze situm. In quo praedium unum militare, de cuius agris decimatur . . . Item molendinum . . .

PRYBYSLAWICZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes Stanislaus Nyeroda de domo Ostoya, Nicolaus Gol de domo et familia Jasszyona, quae clavem defert pro insigni. In qua sunt sex lanei

cmethonales, item tabernae duae, quae vocantur Kapa habentes agros, item hortulaniae duae habentes agros, item unum molendinum habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Item sunt ibi praedia duo, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze. Item valor decimae manipularis episcopalis aestimatur ad sex marcas.

WANGYERCZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius proprietas ad Stanislaum Nyeroda de domo Ostoya, Paulum et Marcum Krobiczsky et Johannem Kochowsky de Nyeczuya pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item ibi praedia tria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze.

NASZLAWICZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes Johannes Slupeczsky de armis et nobilitate Rawa... In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Gozlicze.

KRZECZKOWICZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes Nicolaus Chustka de Jasszyona et Johannes Gaba de Jasszyona. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unicum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gozlicze.

KROBYCZE, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeredes Paulus et Marcus fratres germani de armis et nobilitate Tarnawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae... item ibi praedium unicum, de quo decimatur ecclesiae in Gozlicze.

JUGOSCHOW, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Kyelcius de armis Habdank. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Obrazow, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Gozlicze, praeter paucos agros, qui decimant ecclesiae in Byelyni post campos, qui vocantur Zagorayne.

SNYEKOZY, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Andreas de Osszolin de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius

aestimatur ad sex marcas, praeter unum laneum cmethonis dicti Dzyad, qui quondam erat praedialis, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Gozlicze.

Slepthow, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Lucas Lowiniczsky de Bippennibus. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item ibi non est praedium.

Skala utraque, videlicet maior et minor, sub parochia de Grzegorzowicze sita, quarum haeres Johannes Rythwyensky palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In quibus sunt duo praedia et sex lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Wlochy, villa sub parochia de antiqua Slup sita, cuius haeres Andreas Misszopad de armis et familia Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gozlicze, et valor eius aestimatur ad . . .

Villae parochiales: Gozlicze, Zakrzow, Panchow, Panchowyecz, Krobycze, Snyekozy, Adamczowycze, Przibislawicze, Dzywkow, Ossolyn, Wangyercze, Krzeczkowycze, Naczlawicze, Krobyelycze, Ilikowicze, Zukow, Strnadlicze, Jugoschow, Golambyow, Zdanow, Vrzazow, Lipnyk maior, Malzyn, Slyepthow, Lowinycza, Lowyniczka Wolya.

Clyczanow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, dicatam Sanctae Catherinae et Sancto Stanislao, cuius rector et plebanus est Simon presbyter, cuius proprietas cum omni iure, ad monasterium in Buszko ordinis praemonstratensium pertinet. Et licet villa praedicta ad monasterium in Crzyzanowycze eiusdem ordinis, ex primaria fundatione pertinuerit, circa translationem tamen sanctimonialium, unita et incorporata est monasterio in Buszko. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Clyczanow. Item est ibi una taberna habens agros, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Clyczanow. Item plebanus habet proprios agros, in tres campos divisos, iacentes secus limites villarum Tilkowicze, Myedzigorze et Znadow.

Item habet proprium pratum liberum, iuxta limites villae Zdanow. Item habet hortum proprium liberum, iuxta dotem plebanalem. Item praefatae ecclesiae in Clyczanow unicus collator est praepositus et sanctimoniales in Buszko.

Villa una pertinet iure parochiali ad ecclesiam tantummodo Clyczanow.

Mydlow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, dicatam Assumptioni Beatae Mariae Virginis, cuius plebanus Nicolaus presbyter, cuius haeredes Johannes de Olyeschnicza de armis Dambno, et Petrus Gramatica et Nicolaus Ozyablowszky de armis Ostoya, qui etiam sunt illius ecclesiae collatores et patroni. Cuius infrascripti sunt proventus. Primo habet pro praedio suo tres arvos retro domum plebanalem, item specialem arvum in Caczicze parva, item habet tertium arvum, item habet alium arvum penes granicies villae maioris Caczicze et ex altera penes granicies Mydlow. Item duo stadia penes granicies Borkowszky, item ibidem circa dictos agros, habet pratum penes limites villae Malzin, item habet duas piscinas, unam retro domum plebanalem, et aliam in minori Caczicze penes agros plebanales, item habet speciale pratum iuxta piscinam suam, item habet hortulaniam in maiori Caczicze et pro censu . . .

Molendinum Bodussow in flumine Krampa situm, quod ex primaeva fundatione cum omni iure et proprietate ad ecclesiam in Midlow pertinet et pertinebat. In quo quilibet plebanus Mydloviensis sua frumenta omnia, absque mensura molebat, et solvebat plebano pro censu quatuor marcas, et saginabat per annum duos porcos; sub plebanatu autem Stanislai de Dmosczicze, Johannes Glowacz de Olyeschnicza palatinus Sandomiriensis existens solus patronus dictae ecclesiae facta magna piscina in Bodussow, praedictum molendinum absorbuit et delevit, et praefato Stanislao plebano negligente et tacente, in evidentem iniuriam dictum molendinum fuit alienatum ab ecclesia Mydloviensi.

Mydlow, villa habens ut praemisimus parochialem ecclesiam in se. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae duae habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro praebenda Sandomiriensi dicta Mydlowszka, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Mydlow. Sunt tamen inter laneos cmethonales aliquae pecies agrorum, vocatae *nywe*, quae olim erant militares, videlicet de duobus campis quatuor laneorum, in quibus nunc quatuor cmethones resident, videlicet: Okon, item Johannes Wyekscha, item Raszek, item Stanislaus Zyla; item duae hortulaniae habentes agros, de quibus partim decimatur canonico, partim plebano. Item

est ibi scoltetia, de cuius duobus campis decimatur pro ecclesia in **M y d l o w.** Item molendinum non est.

MYDLOWIECZ, villa sub parochia de **M y d l o w** sita, cuius haeredes: Nicolaus C h r o s z c z y e l, Nicolaus C o z a k, Petrus G r a m a t i c a, Stanislaus C o z a k, Stephanus, Petrus et Johannes dicti T u c z n y o w y e, omnes de armis O s t o y a. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Sandomiriensi Mydlowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Sunt etiam inter laneos cmethonales et agros hortulaniarum aliquae pecies agrorum, vocatae *nywe*, quae olim erant militares, de quibus decimatur ecclesiae in M y d l o w. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in M y d l o w. Item molendinum non est.

BODUSSOW, villa sub parochia de M y d l o w sita, cuius haeres Johannes de O l y e s c h n i c z a de armis D a m b n o. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in M y d l o w, et valor eius aestimatur ad ..... Item praedium .....

KRAMPA, villa sub parochia de M y d l o w sita, cuius haeredes Stanislaus et Nicolaus C o z a k, Petrus G r a m a t i c a, Nicolaus C h r o s c z y e l, Stephanus, Petrus et Johannes dicti T u c z n y o w y e, omnes de armis O s t o y a. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandomiriensi Mydlowszka, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimam manipularem partim tollit praebenda Sandomiriensis Mydlowska, partim plebanus Mydloviensis. Item est ibi unum molendinum habens agros.

CACZYCZE MAIOR, villa sub parochia de M y d l o w sita, cuius haeredes: M y e d z v e c z k y de armis O x y a et Johannes M a l z i n s z k y de armis B i p p e n n i u m. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda Sandomiriensi Kobyerniczka. Item est ibi unicum praedium militare, item tres lanei cmethonales speciales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in M y d l o w, et hi cmethones vocantur R a m u z e.

BORKOW, villa sub parochia de M y d l o w sita, cuius haeredes: Johannes K u t h a r d a, de armis .... Johannes C l y m y u n t h e k de armis .... et Stanislaus F y e b r o n e k. In qua sunt tres lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae tres, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima

manipularis et canapalis archidiaconatui Sandomiriensi. Item sunt ibi tria praedia militaria, videlicet, Clementis dicti Clymunthek, Johannis Butharda et Stanislai Fyebron, de quibus decimatur ecclesiae in Mydlow.

Przepyorow, villa sub parochia de Mydlow sita, cuius haeredes: Albertus Wycher et Stanislaus Grochola nobiles de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Mydlow.

Placzkowicze, villa sub parochia de Mydlow sita, cuius haeres Nicolaus Placzkowszky de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandomiriensi Mydlowska. Item ibi unum praedium militare, quod decimat ecclesiae parochiali in Mydlow.

Byradz, villa sub parochia de Mydlow sita, cuius haeredes: Jacobus Nogyecz, Johannes Placzkowsky de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium militare, et unus laneus cmethonalis Matthiae Tomkonis, de quibus decimatur pro ecclesia in Mydlow.

Garbowicze, villa sub parochia de Mydlow sita, cuius haeredes: Placzkowsky, Johannes Wicher. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mydlow, et valor eius aestimatur ad .....

Malzin, villa sub parochia de Gozlicze sita, cuius haeres Johannes Lowenyczky de armis Bippennium. In qua lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mydlow, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Gozlicze.

Przeswodi, villa sub parochia de Jankowicze sita, cuius haeres Bernardus Vrzazowszky de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Midlow.

Branwicze, villa sub parochia de Charzowicze sita, cuius haeres ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Mydlow.

Grocholycze, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeres Warsius de Zelichlin de armis Rawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro vicaria praebendae Sandomiriensis, quae vocatur Kobyernyczka, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi una hortulania, sed non habet agros. Item duae tabernae, sed non habent agros. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Strzezowicze, praeter aliquos agros eiusdem praedii et agro unius cmethonis, de quibus decimatur ecclesiae in Midlow.

Villae parochiales: Midlow, Midlowyecz, Caczky, Bodussow, Krampa, Borkow, Przepyorow, Kamyenyecz, Garbowicze, Placzkow, Biradz.

Strzezowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, dicatam Sancto Bartholomaeo Apostolo, cuius nunc Georgius presbyter est plebanus, cuius haeres Petrus Strzezowszky de armis Accipitrum, habens ibi unum praedium militare pro media parte, et Johannes de Oleschnicza de Dambno pro altera media parte. Et sunt ibi lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Strzezowicze, et valor eius aestimatur ad ...... Item habet tres campos pro praedio distinctos, duos circa viam Sandomiriensem, et tertium retro domum plebanalem, in cuius fine habet gayum. Item habet pratum circa Strzezow mlyn, inter prata militum de Uyasd. Item habet hortulaniam et hortum prope scholam, et ibidem habet piscinam parvam, alias *sadzawka.*

Tudorowiecz, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeredes Nicolaus, Petrus nobiles de armis et familia Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Strzezowicze, et valor eius aestimatur ad .....

Bratkow, sub parochia de Strzezowicze, cuius haeres Adam de domo Bibersten, deferens unum cornu planum, alterum cornutum ex corona pro insigni. In qua non sunt lanei, sed tantummodo unum praedium militare et tres hortulaniae, de quibus decimatur ecclesiae parochiali in Chodczya.

Cobilany maior, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeredes Stanislaus et Petrus de armis Bibersten. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item quatuor tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas, aliquando ad sedecim. Item non sunt ibi hortulaniae. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Strzezowicze.

Jagnin, villa sub parochia de Strzezowicze, cuius haeres Johannes Zirniczsky de domo Tarnawa.....

Ywanyszka, villa sub parochia de Uyasd pro medietate villae sita, cuius haeres Johannes Glowacz de Oleschnicza de domo et familia Dambno. In qua sunt in media parte villae, in una parte fluvii sita, lanei cmethonales, de quibus decimatur ..... Item in alia parte villae, ex altera parte fluvii sita, et quae iure parochiali pertinet ad ecclesiam in Iwaniska, sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Strzezowicze, et valor eius aestimatur ad .... Item de tertia et ultima parte villae decimatur ecclesiae parochiali ibidem in Iwaniska sitae.

Kochow, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeredes Johannes Kochowszky et Petrus Strzezowszky de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandomiriensi, dicta Kobyerniczka; item sunt ibi praedia duo militaria, item agri tabernarum et hortulaniarum, de quibus omnibus decimatur pro ecclesia in Strzezowicze.

Ubnin, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeredes Johannes et Petrus de armis Ostoya. In qua sunt duo lanei cmethonales versus orientem, pertinentes ad ecclesiam in Gorzicze, item praedium eiusdem ecclesiae liberum, item una taberna habens agros, de quibus decimatur et censuatur pro ecclesia in Gorzycze. Item praedia duo militaria, de quibus ambobus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Strzezowicze; de aliis autem laneis eiusdem villae, decimatur pro vicaria praebendae Sandomiriensis Cobyerniczska.

Grocholicze, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeres Warsius Zelichlinszky habens ibi praedium, de quo decimat ecclesiae in Strzezowicze, praeter paucos agros eiusdem praedii, et agros unius cmethonis paucos, de quibus decimatur ecclesiae in Midlow. Item sunt ibi quinque lanei cmethonales, de quibus decimatur pro praebenda Sandomiriensi Kobyerniczka.

Villae parochiales: Strzezowicze, Jagnin, Ubnin, Grocholicze, Tudorowiecz, Cobilani utraque, Brathkow, Kochow, medietas villae Czyrnikow, quae est militaris.

UYASD.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius haeres Johannes de Olyeschnicza de domo Dambno; cuius plebanus ad praesens Johannes presbyter et cuius unicus patronus et collator praefatus Johannes de Olyessznicza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Uyasd, et valor eius aestimatur ad .... Item plebanus habet tabernam propriam in dicta villa, de qua sibi solvitur pro censu una sexagena a Thoma Dudek, sed idem tabernator laborat haeredi. Item habet pratum unum inter prata curiae. Item habet hortum penes domum plebanalem. Item habet propriam mericam. Item de mericis curiae, quoties arendantur, habet decimam marcam.

ZWOLYA, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Oleschniczsky de armis et familia Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Uyasd.

CUYAWKY, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Glowacz de Oleschnicza, nobilis de domo et familia Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Uyasd, et valor eius aestimatur ad .....

LOPATHNO MAGNA, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Lopaczyenszky de armis Rola. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Uyasd, et valor eius aestimatur ad ......

UYASZDEK, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes de Olyeschnicza de domo Dambno. In qua sunt lanei quatuor cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item tabernae non sunt, neque hortulaniae; item praedium....

VIGYELZOW, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Glowaczowycz de Oleschnicza de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Uyasd, et valor eius aestimatur ad .....

LOPATHNO PARVA, villa sub parochia ecclesiae de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Lopaczyenszky de armis Rolya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Uyasd.

Gryszcamyen, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Oleschniczky de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unicum, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Uyasd, et valor eius aestimatur ad .....

Dzyewyanthlye, villa sub parochia de Uyasd sita, cuius haeres Johannes Olyeschnyczky de armis Dambno. In qua sunt sex lanei cmethonales, item praedium militare, de quo tantummodo solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Uyasd, et valor eius aestimatur ..... Item de praefatis sex laneis cmethonalibus, item de una taberna, item de una hortulania, habentibus agros, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Sczeglicze, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Jacobus Jugoszowsky de domo Habdank. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus, aut alternatis annis et vicibus, solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Uyazd, aut annis singulis de medietate villae; pro anno autem altero, aut de medietate villae annis singulis solvitur ecclesiae in Sczeglicze, et valor eius quando est integra aestimatur ad ..... Item praedium, item tabernae duae, item hortulaniae duae, item plebani una taberna et una hortulania.

Villae parochiales: Uyasd, Zwolya, Cuyawky, Dudek, Uyaszdek, villae Ywanyszka medietas, Gryzykamyen, magna Lopathno, Wygyelzow, parva Lopathno, Dzyewyanthlye, Wyrzpka.

Wlosthow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem lapide muratam, et Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius plebanus ad praesens Andreas presbyter, cuius haeredes: Pelka, Johannes Zbank et Iwan de armis Janyna. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, item hortulaniae habentes agros, sed perceptio decimae inter archidiaconum Sandomiriensem et plebanum de Wlosthow diversificatur; nam de omnibus agris praefatorum duodecim laneorum tollit eam archidiaconatus Sandomiriensis, praeter aliquos agros et laneos iacentes a via, quae vadit in Grocholycza, usque ad viam ducentem in Szwoykow, item ex agris, qui procedunt versus Malzyn ex opposito ecclesiae in Wlosthow a via, quae vadit in Swoychow, usque ad granities in Goyczow, qui agri Targowiszka et Mlocze appellantur, cedit ecclesiae et plebano in Wlosthow. Item de duobus praediis militaribus, videlicet Iwan et Iwanyecz, quorum agri erant cmethonales, datur decima manipularis archidiaconatui Sandomiriensi, de praediis vero Pelka et Johannis Zbank.... Item habet ecclesia quatuor laneos seu campos, pro suo praedio, unum

retro domum plebanalem, alium penes granities villae Curow, tertium in Thargowyszka, quartum inter agros cmethonum, iuxta viam de Oppathow in Sandomiriam tendentem. Item habet pratum in Thargowyszka. Item habet piscinam dictam Gayowi stawek. Item habet duos gayos, unum penes campum cmethonum dictum Borza, alium penes Pawlow. Item habet in eadem villa Wlosthow tres tabernas habentes agros: in una locatus est Albertus Czepek, in secunda Johannes Czyelyathko, in tertia Swyanthek, de quorum agris decimatur pro archidiaconatu Sandomiriensi.

Panczslawicze, villa sub parochia de Wlosthow sita, cuius haeres Johannes Felix de Tarnow de armis Leliwa, in qua sunt lanei cmethonales. . . . .

Carwow, villa sub parochia de Malicze sita, cuius medietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet, data eidem per Vincentium episcopum Cracoviensem, alia vero medietas pertinet ad milites de domo Roszae. In quibus sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de quibus decimatur ecclesiae in Wlosthow.

Tudorow, villa sub parochia ecclesiae de Wlosthow sita, cuius haeredes Nicolaus et Petrus de armis et familia Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wlosthow, et valor eius aestimatur ad . . . . .

Kamyen, villa sub parochia de Wlosthow sita, cuius haeres.... Camyensky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Wlosthow.

Swoykow, villa sub parochia de Wlosthow sita, cuius haeredes: Johannes et Petrus Olszbankowye fratres, de domo et familia Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wlosthow, et valor eius aestimatur ad . . . . .

Curow, villa sub parochia de Wlosthow sita, cuius haeres Andreas Lowynyczky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wlosthow, et valor eius aestimatur ad . . . . .

Gozlycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, lapide muratam,

cuius haeres Andreas Ossolinszky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de agris quorum versus aquilonem, item versus occasum solis usque ad gaya, item ex alia parte versus meridiem usque ad granicies villae Zakrzow, item de praedio militari, decima pertinet ad ecclesiam in Gozlicze; item de agris sitis versus Ilikowicze et Zukow, pertinet ad ecclesiam Sancti Pauli in Sandomiria; de agris vero sitis ultra passiones Christi, usque ad agros villae Curow, pertinet ad ecclesiam in Wlosthow.

Villae parochiales: Wlosthow, Goyczow, Tudorow, Kamyen, Paczlawycze, Curow, Swoykow.

LUNYOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem lapide fabricatam, dicatam Sancto Nicolao, cuius haeres Johannes Wnorowszky de armis Strzegomya, cuius plebanus ad praesens Stanislaus presbyter. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas, aliquando ad duodecim. Item sunt ibi duae tabernae, ad ecclesiam in Lunyow pertinentes, habentes agros, item una hortulania habens agros, de quibus decimatur ecclesiae in Lunyow, et quaelibet taberna solvit pro censu plebano duas marcas cum media; item habet praedium bonum, item pratum in Skrobno, item tres piscinas, item haeres in damnum ecclesiae locavit tertiam tabernam, et adiunxit ei medium laneum cmethonalem, de quo decimatur pro episcopo.

SZWYNARI, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres pro medietate Dzik de armis Doliwa, et pro altera medietate Stanislaus Machowsky... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae..., item hortulaniae non sunt, item praedium unicum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lunyow, et valor eius ad decem marcas aestimatur.

JASSYENYCZE, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres Nicolaus Dzyk de armis Doliwa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lunyow, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

KROWYA GORA, villa sub parochia ecclesiae de Lunyow sita, cuius haeres Petrus Skothniczsky nobilis de domo et familia Bogoria. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Coprzywnicza, pro una medietate villae; pro altera autem medietate solvitur ecclesiae in Lunyow. Item praedium non est, item taberna una, item hortulaniae......

Baszycze minor, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywnyczense pertinet. Non habet in se aliquos laneos cmethonales, sed habet tantummodo tres hortulanias habentes agros, item est ibi unum coenobiale praedium; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Lunyow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Sulyschow, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres Johannes Wnorowsky nobilis de domo et familia Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Lunyow. Item taberna una habens agros, item hortulani.

Zawidza, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres Gnyewosius Wnorowsky de domo Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium non est, item hortulaniae non sunt.

Trzebyslawicze, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres Johannes Wnorowsky nobilis de familia Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Lunyow.

Vnorow, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeres Johannes Wnorowszky de armis Strzegomya. In qua sunt duo lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unum praedium militare et duae hortulaniae, de quibus decimatur pro ecclesia in Lunyow.

Zorawicze, villa sub parochia de Lunyow sita, cuius haeredes: Stanislaus Machowszky de armis Habdank, Nicolaus Tylkowszky de armis Bippennium, et Petrus Skothniczky de armis Bogoria, qui ibi habent tria praedia, de quibus decimatur pro ecclesia in Lunyow et Dambno. Item ibi sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Villae parochiales: Lunyow, Swynari, Jassyenycze, Krowya

gora, Baszyczicze minor, Sulischow, Trzebyslawicze, Wnorow, Zorawicze, Chothkow, Zawidza.

OLBYERZOWICZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Laurentio martyri dicatam, cuius haeredes Martinus Szitko Olbyerz. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad ... Item ecclesia de Olbyerzowicze habet in eadem villa agros praediales liberos, et duo prata, unum circa arbusta Johannis Suffraganei, et aliud circa viam eundo in Oppathow.

WYTHOWSZKA WOLYA, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad ...

WYTHOWICZE, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeredes: Jacobus ......, de domo et armis Szyrokomlya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad .....

WLYANOWICZE, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad ...

STRADOW, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeres Nicolaus Stradowszky nobilis de domo Jastrzabczy. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad .....

CLYMYUNTHOW, villa sub parochia dc Olbyerzowicze, cuius haeres Andreas Ossolinszky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ....

RAMOLTHOWICZE, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeredes .... de domo et familia Szirokomlya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad ...

DOLY, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeres

Zawissius Nowowyeszky de domo et armis Szulyma. In qua sunt aliqui lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, ad Zawissium haeredem pertinentes, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Olbyerzowicze. Item hortulaniae non sunt; item ibi unum molendinum in flumine Coprzywyanka, habens duos haeredes, videlicet Zawissium Nowowyeszky et Andream Ossolinszky.

Nova Wyesz, villa sub parochia de Ołbyerzowicze sita, cuius haeredes Zawisza de domo Szulima, et Andreas Ossolinsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item praedia ibi militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Olbyerzowicze.

Nawodzicze, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeredes: Paulus Derslaus cum fratribus de Zborzenna, de armis Cygnorum, item Johannes Doluszky de armis Trium tubarum, item Nicolaus Trzebyenszky de armis Srzenyawa. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item molendinator unus habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis Sanctae Mariae Sandomiriensis, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item tabernae tredecim habentes agros, item hortulaniae quatuor, item tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Olbyerzowicze pro uno anno, et pro altero anno ecclesiae in Kyelczina.

Yurkowycze, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeres Moszgawsky de domo et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item ibi praedium in antiquis agris, de quibus decimatur pro ecclesia in Olbyerzowicze.

Parva Pelczicze, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeres Petrus ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Olbyerzowicze.

Magna Pelczicze, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita, cuius haeres Johannes Pulya de domo Szyrokomlya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Olbyerzowicze, et valor eius aestimatur ad ....

Villae parochiales: Olbyerzowicze, Wytowszka Wolya, Wythowicze, Wlyanowicze, Stradow, Clymyunthow, Ramolthowicze, Doly, Nowa Wyesch, Nawodzicze, Yurkowicze, Parva Pelczicze, Magna Pelczicze, utraque Szymunowycze, Pokrzywyanka, Conary, Conarszka Wolya, Rybnycza.

SULYSLAWICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Nativitati dicatam, cuius plebanus Stanislaus presbyter, cuius proprietas ad Johannem Lenarthowicz, et Albertum Gorzyczensky.... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Andrzeowiensi, et valor eius aestimatur ad .... Item sunt ibi praedia duo militaria, item hortulaniae, de quibus decimatur pro ecclesia in Sulyslawicze. Item habet ecclesia agros pro praedio suo, hinc inde sparsos, et pratum unum. Item habet ibidem unam hortulaniam, habentem agrum et pratum. Item habet unam tabernam, habentem agrum, quae ecclesiae censuat unam sexagenam.

DMOSZICZE, villa sub parochia de Sulislawicze sita, cuius haeredes Jacobus et Johannes... de armis Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae, item praedia duo militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sulyslawicze, et valor eius aestimatur ad ....

RUSCZYA, villa sub parochia de Sulislawicze sita, cuius maior pars ad decanatum Sandomiriensem pertinet. In cuius parte sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros decani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro decanatu Sandomiriensi, cuius valor ad septem marcas existimatur. Item minor pars dictae villae, pertinet ad Szyagneum et Oszkam de armis Rawa, in qua parte sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Sulislawicze, et aliquorum cmethonum. Item decanus Sandomiriensis non habet ibi praedium.

WOYCZYESZYCZE, villa sub parochia de Sulyslawicze sita, cuius haeredes: Johannes de Strzegomya, Petrus de Strzegomya, Matthias Nicolaus Hanszlowicz.... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Sulyslawicze, et valor eius aestimatur ad ....

Villae parochiales: Sulislawicze, Dmosczicze, Ruszcza, Woyczyeszicze.

CHROBRZANY.

Villa habens ligneam ecclesiam parochialem in se, Sancto Johanni Evangelistae dicatam, cuius plebanus modernus Goworek, cuius haeres et patronus Goworek Chrobrzenszky, nobilis de domo Rawa. In qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Chrobrzany. Item habet ecclesia in Chrobrzani agros et prata sua.

GORICZANY, villa sub parochia de Chrobrzany sita, cuius haeres Albertus Strachota Gorzyczszky de armis Antiquorum Equorum et Nicolaus Chrŏbersky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae; item sunt ibi praedia duo militaria, de quibus decimatur et in manipulo et in canapo, pro ecclesia Chrobrzani, et valor decimae aestimatur..... Item molendinum est ibi.

BYSTRZEYOWICZE, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeres Jacobus Lipniczsky de domo .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chrobrzani. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Wrzawi.

YAKYMOWIČZE, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeredes: Pelka de domo Bippennium, Jacobus Sbignyewsky Prandotha de domo Grzymalitarum et Jacobus Dmosziczsky de Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chrobrzani, et valor eius aestimatur ad ....

YANOWICZE, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeredes Johannes Gamba, Dobeslaus Byschowsky de Nyeczuya castellanus Belszensis, et Nicolaus Chustka de Nyeczuya. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae tres, item hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas, aliquando ad octo. Item molendinum est, sed non habet agros. Item sunt ibi praedia tria militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Chrobrzani.

BYSSCHOW, villa sub parochia de Chrobrzany sita, cuius haeres Dobeslaus Byschowszky castellanus Belszensis de armis Nyeczuya. In qua sunt sex lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item

est ibi praedium unicum militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Chrobrzani.

Strączkow, villa sub parochia de Chrobrzani, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Coprzywniczensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium ibi non est.

Rylowicze, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeres Johannes Chrobrzensky de domo Rawa. In qua sunt duo lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali in Chrobrzany. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Chrobrzany.

Slupcza, villa sub parochia de Gori sita, cuius haeres Johannes Slupeczky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro archidiaconatu Zawichostensi. Item in eadem villa est praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Chrobrzani.

Faliszowicze, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeredes Johannes et Groth fratres de Rawa. In qua sex lanei cmethonales, duae tabernae, duae hortulaniae, de quibus decimatur.... Item duo praedia, de quibus decimatur praebendae in Ottwinow, et valor eius ad duas marcas.

Villae parochiales: Chrobrzani, Gorziczani, Byestrzeyowicze, Yakimowicze, Yanowicze, Byschow, Strączkow, Faliszowicze.

Obrazow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius proprietas pro maiori parte, ad praepositum et ad monasterium hospitalis S. Spiritus in Sandomiria, quod monasterium hospitalis habet ibi quatuor laneos cmethonales, et unam tabernam habentem agros, praedium non habet; item ad tres nobiles, videlicet ad Nicolaum Bronyowszky de armis Tarnawa, qui habet ibi duos cmethones, et unam tabernam; item ad Johannem Gamba de armis Jaszyona, qui habet unam tabernam et unam hortulaniam; item ad Petrum Krupa de armis Tarnawa pertinet. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus quidem omnibus laneis cmethonalibus, tabernis, hortulaniis, item de agris trium praediorum, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali in Obrazow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item non est praedium coenobiale ibi. Item ecclesia in Obrazow habet agros sufficientes pro praedio suo; item habet pratum bonum liberum, penes granicies villae Glazow.

Praefatae autem Sancti Petri ecclesiae in Obrazow unicus collator et patronus est Cracoviensis episcopus pro tempore, occisus enim fuit superioribus et antiquis annis, a patronis et collatoribus dictae ecclesiae, eius plebanus et pastor, ob quod quidem nefandum scelus, ecclesia in Obrazow ad collationem ordinariam coepit pertinere: modernus eius plebanus Johannes Pyekarsky nobilis, presbyter, de armis Nyeszobya.

Glazow, villa sub parochia de Obrazow sita, et per Casimirum secundum pro villa Mąkoschin, quae fuit primarius fundus monasterii hospitalis Sandomiriensis, vicissitudine cambii donata. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna prope Roszky habens agros, item una hortulania habens agros, item unum praedium coenobiale, habens bonos agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Obrazow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ibi montes plumbei.

Wyeprzky, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeredes Nicolaus Guth de armis Rawa, et Johannes Roschkowsky de armis et familia Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Obrazow, et valor eius aestimatur ad .....

Komarna prima, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeres Johannes Tulkowszky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, in praediis militarium locati, item una taberna, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Obrazow.

Yugoschow, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeres Jacobus Yugoschowszky de armis Habdank. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et una taberna habens agros, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Obrazow, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Gozlicze. Sunt etiam aliqui agri praediales, de quibus decimatur pro ecclesia in Byeliny.

Dambyani, villa sub parochia de Obrazow sita, et per Boleslaum Pudicum ducem Cracoviensem et Sandomiriensem, monasterio Sanctimonialium Sancti Andreae, in eius fundatione donata. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt in eadem villa duo

nobiles, videlicet Johannes Dambyenszky de armis . . . . ., et Johannes Zborzenszky de armis Cygnorum, qui habent ibi praedia, de quorum agris et unius cmethonis de Dambyani, qui vocatur Cunrathowi, decimatur ecclesiae in Obrazow.

Byelcza, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeres Johannes Byelyeczky de domo Habdank. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro archidiaconatu Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Obrazow.

Szwyaczicza, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeres Nicolaus Guth de armis Rawa. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Obraszow.

Zorawicze, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeres Vilhelmus de armis Godzyambya. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae septem habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas, aliquando ad decem. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Obrazow.

Rinarczicze, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeredes Bernardus Vrzazowszky de armis Janina, qui habet quinque laneos cmethonales et unum praedium, item Jacobus Lipnyczky de armis Olobok, et pro insigni medium salmonem defert cum capite, qui habet quinque laneos cmethonales, item unam tabernam, item duas hortulanias, et omnia habent agros; item est ibi unus laneus cmethonalis, cuius medietas pertinet ad Nicolaum Bronyowszky de armis Tharnawa, et medietas ad Johannem Gamba de armis Yasszyona, de omnibus autem laneis cmethonalibus, item de agris tabernae et hortulaniarum, praeter duos laneos cmethonales, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, et duo lanei cmethonales, de quibus decimatur pro ecclesia in Obrazow.

Roszky, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius haeredes: Vyssek, Paulus Bozek, Nicolaus Secula, Abraham et Johannes Swyder de armis Nyeczuya, qui omnes habent propria praedia, de quibus solvunt decimam ecclesiae in Obrazow. Item sunt ibi duo lanei cmethonales, item duae tabernae

habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Obrazow, et valor totius decimae, quae solvitur pro ecclesia in Obrazow, aestimatur ad octo marcas. Item de campis praefatae villae Roszky, iacentibus iuxta viam publicam, eundo de Sandomiria in Roszky, percipit decimam manipularem ecclesia et plebanus in Pkanow.

Malycze, villa sub parochia de Obrazow sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua suut novem lanei cmethonales, de quorum medietate, decimam manipularem et canapalem percipit episcopatus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad sex marcas, de alia vero medietate villae, variatur perceptio decimae, inter ecclesiam de Obrazow et Samborzecz, de duobus enim campis, decurrentibus iuxta limites villae Obrazow, usque ad vallem, percipit eam ecclesia in Obrazow.

Villae parochiales: Obrazow, Glazow, Wyeprzky, Komarna, Yugoschow, Dambyani, Byelcza, Swyaczicza, Zorawicze, Rynarczicze, Roszky, Malicze.

Gorzycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Vitto martyri dicatam, in qua plebanus Stiborius Maczeyowszky nobilis, presbyter, de domo Thaurorum, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, et ad plebanum spectantes, item sex hortulaniae, item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Gorzycze, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item habet ecclesia in eadem villa Gorzycze duas tabernas liberas, habentes agros, et quaelibet solvit pro censu ecclesiae, unam sexagenam, et laborat quaelibet sex falcastris pro una die. Item habet molendinum proprium et liberum, de quo sibi solvuntur metretae, cum piscina. Item habet molendinum fullonum, de quo sibi certae pecuniae secundum plus vel minus, proveniunt. Item molendinator habet agrum et pratum. Item habet in eadem villa theloneum perpetuum, in quo secum nullus participat, et de quo nulli aliquid reddit, de quo mercatores quicumque ex Russia vel in Russiam transeuntes, tenentur iuxta morem vetustum, solvere pro quolibet equo, medium grossum; item a bove vel vacca, quatuor denarios; tenetur tamen plebanus facere pontem in fluvio Trzeszna, super quo habetur privilegium Vladislai regis primi. Item tabernatores foenum colligunt, brasea parant, et cervisiam braxant, ex debito et necessitate. Item habet in eadem villa agros praediales sufficientes, liberos. Item habet et prata sufficientia. Item habet obstaculum in fluvio Szan liberum.

Mothycze maior, villa sub parochia de Gorzycze sita, cuius proprietas ad decanatum Sandomiriensem pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item duae hortulaniae habentes agros, item unum praedium decani, in tres campos divisum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia Gorzycze, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Mothicze minor, villa sub parochia de Gorzycze sita, cuius haeres Nicolaus Chrasthowszky nobilis de armis Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, d quibus solvitur decima manipularis sed varie, nam de aliquibus campis percipit eam ecclesia in Gorzycze, de aliquibus vero ecclesia in Zalyeszany, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Szbygnyew, villa sub parochia de Zalyeschani sita, cuius haereditas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium regale, de quibus solvitur decima manipularis sed varie; nam de aliquibus campis percipit eam ecclesia in Gorzycze, de aliquibus vero ecclesia in Zalyeschany, et valor eius aestimatur ad sex marcas; de agris enim cmethonum versus Thurbya a sepibus per duo stadia, item post unum cmethonem dictum Babnek, post fluvium Brzoza, usque ad sylvam Korzonek, ex alia vero parte a via, quae vadit de Sbignew in Wolya, cedit ecclesiae in Zalyeszany, alia vero residuitas ecclesiae in Gorzycze.

Yaschkowycze, villa sub parochia de Charzowicze sita, cuius haereditas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gorzycze, et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad duodecim.

Kamyen, villa sub parochia de Gorzycze medietas, et medietas de Sancto Petro in Sandomiria sita, cuius proprietas ad Jacobum de Conyeczpolye de domo Pobodze pertinet. In qua sunt tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro ecclesia in Gorzycze et plebano eius, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum media. Item est ibi quarta hortulania, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria.

Zborow, villa sub parochia ecclesiae de Solyecz sita, prope Stobnyczam, cuius haeres Petrus Zborowszky de armis Yastrzambczy. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gorzycze, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item praedium

est ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Szolyecz et eius plebano, cuius valor ad duas marcas.

Dzyekanowycze, villa sub parochia de Dzyaloschicze oppidi sita, cuius haeres Johannes Czyzowszky de armis Polukosza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gorzycze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa sunt praedia militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Dzyalyoschicze.

Ubnin, villa sub parochia de Strzezowicze sita, cuius haeredes Johannes et Petrus de armis Ostoya. In qua sunt duo lanei cmethonales versus orientem, quorum proprietas et dominium pertinet ad ecclesiam in Gorzycze. Item est ibi una taberna habens agros, cuius etiam proprietas pertinet ad ecclesiam in Gorzycze, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Gorzycze, et valor eius aestimatur ad duas marcas; et habet agros et prata. Item de quolibet laneo plebanali solvitur census, una marca et octo grossi...; item de taberna solvitur census ecclesiae in Gorzycze, una marca et octo grossi. Item sunt in eadem villa tria praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Strzezowicze. Item est ibi unus laneus cmethonalis, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus decimatur vicariae praebendae Sandomiriensis, quae dicitur Kobyernyczka; item quilibet laneus solvit unam marcam cum octo grossis, ecclesiae in Gorzycze, et unum diem in septimana laborant, et pratum plebani falcastrant et colligunt, absque die. Item habet ecclesia in Gorzycze duos laneos et prata, de quibus decimam pro se tollit.

Villae parochiales: Gorzycze, Maior Mothicze, Minor Mothicze, curia in Byalkowicze, navigium in Usczye, et praedium regale dictum Sczythnyky.

Trzesznya.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam, in qua est plebanus modernus Mathias presbyter, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow castellanus Visliciensis. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unicum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Trzesznya, et valor eius aestimatur ad . . . . Item agros praediales . . .

Szokolnyky, villa sub parochia de Trzesznya sita, cuius haeres in certa parte Johannes Felix Tarnowsky de armis Leliwa, et serenissimus Poloniae rex in alia. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur

decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Trzesznya, et valor eius aestimatur ad . . .

Nabrzeze, villa sub parochia de Trzesznya sita, cuius haereditas ad civitatem Sandomiriensem pleno pertinet iure. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item de aliis laneis cmethonalibus, tabernis et hortulaniis, decimatur ecclesiae in Trzesznya.

Szarzykowycze, villa sub parochia de Trzesznya sita, cuius proprietas ad vicecustodiam Sandomiriensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, in solutione decimae manipularis diversificati; nam de agris iacentibus versus villam Trzesznya, percipit illam ecclesia parochialis in Trzesznya, de agris vero circa villam Zarzykowicze sitis, percipit eam vicepraepositura Sandomiriensis. Item in eadem villa est praedium speciale vicecustodis, de cuius agris, nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus percipit, et in horreum suum inducit. Item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae,

Theloneum. In praefata villa Trzesznya habet ecclesia parochialis de Trzesznya theloneum perpetuum et liberum, de quo secum nullus participat, et recipit ab equo per medium grossum, item a bove quatuor denarios, et pontem in altero fluvio tenetur aedificare.

Villae parochiales: Trzesznya, Sokolnyky, Nabrzezye, Szarzikowicze.

Wyelyawyesz.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto . . . dicatam, quam pro praesenti habet Jacobus presbyter de Tharnow, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow de armis Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyelyawyesz, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, item ecclesia in Wyelyawyesz habet in eadem villa agros sufficientes praediales, et prata.

Szobow, villa sub parochia de . . . cuius haeres serenissimus Poloniae rex et princeps. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, idem praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wyelyawyesz, et valor eius aestimatur ad . . .

Szyedlyecz, villa sub parochia de Wyelawyesz sita, cuius haeres Johannes Felix Tharnowsky de armis Lyelywa. In qua sunt lanei

cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; sed perceptio eius diversificatur, nam medietatem eius recipit episcopatus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de altera vero medietate villae, percipit eam ecclesia de Wyelyawyesz, et valor eius etiam aestimatur ad quatuor marcas.

Zakrzow, villa sub parochia de Wyelyawyesz sita, cuius haeres Andreas Osszolinsky de armis et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi quaedam portio unius lanei, de quo decimatur ecclesiae in Wyelyawyesz. Item praedium...

Mokrzeschow, villa sub parochia de Wyelyawyesz sita, cuius haeres serenissimus princeps Poloniae rex. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Wyélyawyesz, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi scoltetia, habens duos laneos, de quibus decimatur decima manipularis pro ecclesia in Wyelyawyesz. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur . . .

Klyssow, villa sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius haeres Johannes Korzyenyowsky de domo Janina. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae quatuor, non habent agros proprios, sed curiales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Wyelyawyesch pro uno anno, pro altero vero anno solvitur ecclesiae parochiali in Gawluschowicze.

Villae parochiales: Wyelyawyesz, Szyedlyecz, Zakrzow, Mokrzeschow, Klyssow.

Mychoczyn.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, lapide per nobiles de familia Habdank muratam, cuius nunc haeredes Martinus et Nicolaus Machowsky de Habdank, et Jacobus Domarath de Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, item quinque tabernae, habentes agros, et ad proprietatem plebani spectantes, quarum duae solvunt ecclesiae pro censu per tres fertones, tertia vero quatuordecim grossos, quarta mediam marcam, quinta sedecim grossos; item hortulania una, item praedium militare unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Michoczin, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item habet ecclesia praefata agros praediales sufficientes, liberos; item habet prata sufficientia in Wyelyopolye, item prata alia in Zmarsczek circa Oczczicze; item habet sylvam

propriam, dictam Yedlicze, cum mellificiis et pratis in eadem haereditate consistentem, et ad unum milliare protenditur, usque ad sylvas Damba.

Kaymow, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haereditatis una pars ad Nicolaum Machowsky pertinet de Habdank, et altera ad Jacobum Cobilensky de Grzymalya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Michoczin, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Nagnoyow, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius proprietas ad monasterium Coprzywniczense pertinet, quae per Jacobum Falkowszky tunc abbatem, et monasterium Coprzywniczense, a Johanne de Lganow nobili de armis Gelita, pro ... comparata est. In qua sunt lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Michoczin, et valor eius aestimatur ad decem, aliquando ad sedecim marcas; item praedium non est in eadem villa coenobiale; item ecclesia in Michoczin habuit ibi et in Syedlisczani duas tabernas, habentes agros et prata, sed dedit illas monasterio Coprzywniczensi ex pacto, et scoltetus cum cmethonibus, ratione huiusmodi agrorum, pratorum et rippae Vislae, solvunt ecclesiae in Michoczin septem fertones, pro festo Sancti Martini.

Dzikow, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haeres Andreas Osszolinsky de domo Bippenium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Michoczin, et valor praedialis decimae aestimatur ad octo marcas.

Machow, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haeredes Martinus et Nicolaus germani de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Pauli in Sandomiria, de omnibus antiquis agris, valoris decem marcarum. Item praedium unicum, de quo decimatur ecclesiae in Michoczin, valoris duarum sexagenarum. Item pro altero anno, decima cmethonalis solvitur et conducitur pro ecclesia Sancti Pauli, extra muros Sandomirienses, de novis agris, pro altero vero de eisdem novis agris, pro ecclesia in Michoczin.

Borow, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haeredes Johannes Lampas et Andreas Osszolinsky de domo et familia Bippenium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia

in Michoczin, et valor eius ad tres marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Michoczin.

Szyedlysczani, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haereditatis proprietas pro maiori parte ad abbatem et monasterium Coprzywniczense pertinet; quam abbas et conventus Coprzywniczensis pro villa bona et integra Oczycze, etiam sub eadem parochia de Michoczin sita, parum provide cambivit. In qua sunt duo tantum lanei cmethonales in parte monasterii, item tabernae duae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Skothniky, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Michoczin, valor eius tres marcae. Item Nicolaus, item Johannes Dmitrowsky, item Nicolaus et Johannes Syedlisczensky, habent ibi portiones et sortes.

Radobansz, villa sub parochia de Michoczin sita, cuius haeredes Domarath Kobilanszky de domo Grzymala, et Jacobus Domarath de Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Michoczin, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam.

Obstacula tria in Visla. In villis Machow et Caymow ad milites et in ...... consistentia, et ad proprietatem monasterii Coprzywniczensis spectantia, singulis annis et singulis septimanis, in tribus diebus, videlicet: feria quarta, sexta, et sabbatho, omnem capturam piscium, quae illo die provenerit, pro certis servitiis, ecclesiae et plebano et ministris in Michoczin reddunt et solvunt.

Scoltetiae. Scolteti et cmethones, in villis Nagnoyow et Syedlisczany, ad monasterium Coprzywniczense pertinentes, singulis annis pro festo Sancti Martini solvunt, solvereque tenentur censum perpetuum, septem videlicet fertones communis pecuniae, ratione commutationis tabernarum et agrorum in Wyeczerzyszka, Nagnoyow et Syedlisczany, quae alias pertinebant ad ius et proprietatem ecclesiae in Michoczin.

Villae parochiales: Mychoczin, Oczicze, Kaymow, Nagnoyow, Dzykow, Machow, Borow, Radobansz, Szyedlysczany, Wyeczerzyszka, Chmyelow regia, Mokrzeschow, Dambrowicza, Schuchorzow.

Zalyeschany.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres Nicolaus Chrzasthowszky vexilifer Cracoviensis de domo Strzegomya, ratione uxoris, quam nunc regit modernus plebanus Nicolaus. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, item

hortulaniae tres, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zalyeschany, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item habet agros praediales, eundo Sandomiriam ad dextram partem, et pratum circa eundem agrum. Item habet sylvam usque ad limites villae Mothicze ab una parte, ab alia vero parte usque ad agros cmethonum; et licet dicta sylva plebanalis usque ad lacum dictum Moczidlcze fuisset extensa, tempore tamen Thobiae Bohemi et Stanislai de Brzostek plebanorum, extirpaverunt cmethones ibidem prata, et sibi appropriaverunt, et modernus haeres Nicolaus Chrzasthowszky stringit modernum plebanum Nicolaum, ad cedendum de proprietate dictorum pratorum. Item habet unam tabernam in hortulania, et eadem taberna habet etiam unum pratum non magnum, et non solvit pro censu annuo aliquid in Zalyeschani ecclesiae, et duo inhabitant ibi, et duos dies laborant in septimana. Item habet unum lacum circa fluvium Szan.

Mothicze minor, villa sub parochia de Gorzicze sita, cuius proprietas ad Vilhelmum Zorawsky de domo Godzamba pertinet. In qua post agros Zawronye versus fluvium Szan, decima solvitur et conducitur pro ecclesia in Zalyeschani, et valor eius ad unam marcam; de aliis autem agris cmethonalibus, tabernarum et hortulaniarum, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Gorzicze. Item praedium est ibi militare unum, quod solvit decimam ecclesiae in Gorzicze.

Crayczowa Wolya, villa sub parochia de Zalyeschyani sita, cuius haeres Stanislaus Koth Wolsky de armis et familia Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item est in eadem villa praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Zalyeschani, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Primum Szkowyerzin, villa sub parochia de Zalyeschani sita, cuius haeres Stanislaus Skowyerzinsky de domo .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ......; praeter et excepto uno arvo seu campo praediali, nobilis Mroczek, qui iacet circa fluvium Szan, de quo decimatur ecclesiae in Zalyeschani.

Szkowyerzin alia, villa sub parochia de Zalyeschani sita, cuius haeres Stanislaus Mroczek. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius

aestimatur ad . . . . . Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Zalyeschani, cuius valor ad mediam marcam.

Sznyekozy, villa sub parochia de Zalyeschani sita, cuius haeres Andreas de Schenno de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zalyeschani, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Szbygnyew, villa sub parochia de Zalyeschani sita, cuius haeres serenissimus quilibet Poloniae rex. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis, sed varie; nam de aliquibus campis percipit eam ecclesia in Gorzicze, de aliquibus vero ecclesia in Zalyeschani, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; de agris vero cmethonum versus Turbya, a sepibus per duo stadia, item post unum cmethonem dictum Babnek, post fluvium Brzoza, usque ad sylvam Korzonek, ex alia vero parte quae vadit de Sbignew in Wolya, cedit ecclesiae in Zalyeschani; alia vero residuitas ecclesiae in Gorzicze.

Villae parochiales: Zalyeschani, Mothicze minor, Crayczowa Wolya, Skowyerzin, Szkowyerzinek, Snyekozi, Sbignyew.

Raczlawycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Stanislao martyri dicatam, cuius haeredes Stanislaus . . . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres, item hortulaniae, de quibus omnibus perceptio decimae variatur; nam post agros tabernarum Mirzantha et Kothul, item post duos laneos videlicet: fabri et Panczek, item post agros unius hortulaniae, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis integre, pro ecclesia et plebano in Raczlawicze; praeter unum campum sive arvum fabri, qui iacet post allodium suum, de quo decimatur ecclesiae in Byelini. Post agros vero Jayko et Stanislai tabernatorum, medietas decimae manipularis cedit ecclesiae in Raczlawicze; et altera medietas ecclesiae in Byelini. Item sunt ibi praedia militaria, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Raczlawicze. Item habet ecclesia et plebanus eius in Raczlawicze agros sufficientes, pro praedio suo liberos, cuius modernus plebanus est Przibislaus, nam habet unum laneum inter cmethones, quem etsi Stanislaus haeres dictae villae abstulerit, in recompensam tamen illius, dedit sibi medium laneum, situm iuxta laneum antiquum plebanalem. Item habet alium agrum dictum Poszwyathnye; item iuxta praedictum agrum Poszwyathnye habet alium agrum...; item habet et alium agrum dictum Wangrzinow, iuxta fluvium Szan et rippam suam iacentem, in

quo etsi iam robora per negligentiam culturae creverant, per modernum tamen plebanum extirpantur, et rediguntur ad culturam. Item circa eundem agrum Wangrzinow habet ecclesia in Raczlawicze pratum liberum.

PRZEDZYEL, villa sub parochia de Raczlawicze sita, cuius haeres Philippus et nepotes sui, de domo et familia Nalancz. In qua sunt duo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus decima manipularis integraliter solvitur pro ecclesia in Raczlawicze. Item sunt ibi praedia militaria, de quorum agris medietas decimae solvitur pro ecclesia in Raczlawicze, et medietas pro ecclesia in Byelini. Item in eadem villa Przedzyel est unum stadium agrorum, in quo residet cmetho Rybalth, de quo decimatur ecclesiae in Raczlawicze. Item est ibi alter campus seu *nywa*, in fine lanei, in quo Russek cmetho residet, de quo etiam pro ecclesia in Raczlawicze decimatur.

ZASZICZE, villa sub parochia de Raczlawicze sita. In qua sunt unus cum medio lanei cmethonales, in quibus resident duo cmethones, quorum quilibet vocatur Wyechecz, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Raczlawicze. Item est ibi unus laneus praedialis, de quo decimatur ecclesiae in Raczlawicze. Item de aliis agris cmethonalibus, tabernatorum et praediorum, solvitur decima manipularis pro ecclesia in Byelini, post tres videlicet laneos cmethonales.

PODGRODZYE, villa sub parochia de Raczlawicze sita, cuius haeredes..... de armis Ossorya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis .... Item est ibi praedium militare, de cuius agris omnibus solvitur decima manipularis in Raczlawicze.

Villae parochiales: Raczlawicze, Przedzyel, Zasżicze, Podgrodzye, Zarzecze.

BYELYNI.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Adalberto dicatam, quam et hactenus regit et gubernat Kyelcius plebanus, nobilis de domo Habdank, cuius haeres Johannes et Kelczius Jugoschowszky de armis Habdank. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae non sunt, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelyni, et valor eius aestimatur ad ..... Item ibi ecclesia et plebanus habent agros pro praedio sufficientes, et prata; item unus arvus seu campus penes fluvium Szan, sed non magnus, item tria prata in Szyedliszka, ex quibus unum pratum in Lawy, item habet quartum pratum in Szan przewosz, item post Szan fluvium quintum pratum in Strozowicze łąnky; item habet tabernam in Byelini, de qua sibi pro censu annuo

solvitur, item habet tres lacus ibidem in Byelini proprios; item habet sylvam propriam, incipiendo a fluvio dicto Zaclicza, usque ad Lyebyedenko, et a Lyebyedenko usque ad Labyadnyo, et ab inde usque ad lacum magnum plebani, dictum Wyschzmiduczem, et ab inde usque ad Szan fluvium.

Byelinecz, villa sub parochia de Byelini sita, cuius haeres Kelczius Jugosszowsky de domo Habdank. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedia non sunt militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelini, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Tnyew, alias Wolya Tnewska, villa sub parochia de Byelini sita, cuius haeres Johannes Jugosszowsky de armis Habdank. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae non sunt, item praedia non sunt militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelini, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Przedzyel, villa sub parochia ecclesiae de Raczlawicze sita, cuius haereditas Philippi Bolochowyecz et nepotum eius de armis Nalancz. In qua sunt duo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus decima manipularis integraliter solvitur pro ecclesia in Raczlawicze. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris medietas decimae, solvitur de duobus laneis pro ecclesia in Raczlawicze, et medietas maior pro ecclesia in Byelini. Item in eadem villa Przedzyel est unum stadium agrorum, in quo residet cmetho Ribalth, de quo decimatur ecclesiae in Raczlawicze. Item est ibi alter campus seu *nywa*, in quo Russek cmetho residet, de quo etiam pro ecclesia in Raczlawicze decimatur.

Raczlawicze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Stanislao martyri dicatam, cuius haeredes Stanislaus .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus perceptio decimae variatur; nam post agros tabernarum Mirzantha et Kothul, item post duos laneos, videlicet fabri et Panczek, item post agros unius hortulaniae, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis integre, pro ecclesia et plebano in Raczlawicze, praeter unum campum sive arvum fabri, qui iacet post allodium suum, de quo decimatur ecclesiae in Byelini, post agros vero Jayko et Stanislai tabernatorum, medietas decimae manipularis cadit ecclesiae in Raczlawicze, et altera medietas decimae, ecclesiae in Byelini.

NYSZKO, villa sub parochia de Byelini sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelini, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item est in eadem villa praedium regium, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Raczlawicze.

ZAOSZICZE, villa sub parochia de Raczlawicze sita, cuius haereditas et proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt unus cum medio lanei cmethonales, in quibus resident duo cmethones, quorum quilibet vocatur Wyechecz, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Raczlawicze. Item est ibi unus laneus praedialis, de quo decimatur ecclesiae in Raczlawicze. Item de aliis agris cmethonalibus, tabernatorum et praediorum, solvitur decima manipularis pro ecclesia in Byelini, post tres videlicet cmethonales laneos.

THURBYA, sub parochia ecclesiae de Charzowicze sita, fundus unicus praebendae Sandomiriensis, quae appellatur Thurebszka. In qua sunt lanei cmethonales, item quatuor hortulaniae, sed non habent agros, item sunt ibi tres tabernae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelini, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi praedium canonicale, de cuius agris solvitur decima manipularis vicariae Sandomiriensi, ad eandem praebendam Turebszka pertinenti.

YUGOSCHOW, villa sub parochia de Gozlycze sita, cuius haeres Kyelcius de armis Habdank. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Obrazow, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Gozlicze, praeter paucos agros, qui decimant ecclesiae in Byelini post campos, qui vocantur Zagorayne.

KOPKY, villa sub parochia de Byelini ecclesiae sita, cuius haeredes Johannes Pnyowszky de armis Habdank et Stanislaus Corythko de armis Gelithonum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Byelini. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de qua etiam decimatur ecclesiae in Byelini, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur . . . . .

ZARZECZE, villa sub parochia de Byelini ecclesiae sita, cuius haereditas et proprietas ad serenissimum principem dominum Casimirum Poloniae

regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Byelini, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Villae parochiales: Byelini, Byelynyecz, Tnyew, Nyszko......

CHARZOWYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres Johannes Blinowsky..... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Charzowicze, et valor eius aestimatur ad ...... Item praefata ecclesia et eius plebanus Stanislaus modernus, habet agros sufficientes, pro suo praedio: et primo, habet unum laneum retro allodium, qui tenditur usque ad lacum haeredis, item duo arva dicta Szyedlyszka, habet et prata tota ibidem in Szyedlyszka; item habet pratum in Chrzanowyszka, item habet sylvam dictam Kolyano, cum omni iure et proprietate, videlicet mellificiis et aliis; item tabernam habet in Charzowicze, habentem agros, quae ecclesiae et plebano solvit pro censu .....; item habet unum laneum integrum liberum in villa Przelank, penes limites villae Pylchow.

PRZELANK, villa sub parochia de Charzowicze sita, cuius haeredes Petrus et Szwider de armis Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulani ....., de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro praebenda Sandomiriensi Turebszka, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item sunt ibi duo praedia militaria, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae in Charzowicze.

PYLCHOW, villa sub parochia de Charzowicze sita, cuius haeredes.... de armis Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandomiriensi Thurebska, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam.

WYELYOBOROWYCZE, villa sub parochia de Charzowicze, post fluvium S'zan sita, cuius haeres Nicolaus Wolsky de armis ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Charzowicze, et valor eius aestimatur ad .....

PRZYSZOW, villa sub parochia de Charzowicze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, ibi curia regia, a Casimiro secundo Poloniae rege, propter venationes, cum turri murata. In qua sunt

item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus sol-
r decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Cha-
lor eius aestimatur ad ..... Item praedium.
a sub parochia de ...... sita, cuius haereditas et pro-
simum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cme-
bernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et
manipularis et canapalis pro ecclesia in Charzowicze,
imatur ad ..... Item praedium. ....
E MAIOR, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita,
ndreas de armis Bippennium et Venceslaus Nowo-
is Sulima. In qua sunt novem lanei cmethonales, item
em hortulaniae sex habentes agros, de quibus omnibus
itur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Cha-
alor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedia ibi
de quorum agris solvitur decima manipularis monasterio
andzyschow, et valor eius aestimatur ad tres mar-
vebatur ecclesiae in Wyerczyczow. Item sunt ibi duo
Coprzywnyanka, sed non habent agros.
E MINOR, villa sub parochia de Olbyerzowicze sita,
dreas Szymunowszky et Andreas Osszolinszky,
ippennium. In qua sunt lanei septem cmethonales, item
tabernae tres, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Charzowicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium nullum est, item molendinum non est ibi aliquod.

Villae parochiales: Charzowicze, Przyszow, Plaw, Pylchow, Przelank, Turbya. Item post fluvium Szan: Jaszkowicze, Branwicza, alia Branwicza, Wyeloborowicze, utraque Rzeczicza, Wolya Rzecziczka.

Wrzawy.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres Andreas de Schenno de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wrzawi, et valor eius aestimatur ad ..... Item ecclesia praefata et eius plebanus Johannes modernus, habet pro praedio agrum, retro domum suam, ad longitudinem quinque stadiorum; item habet praedium in villa Glynnyk, ad quod pertinent quinque arvi agrorum. Item habet pratum, inter lacum dictum Goczalkowskye versus meridiem, inter vallem et lacum, usque ad pratum curiae; item habet alind pratum, circa

lacum versus Szadowye, inter prata cmethonum; item habet in lacu villae Wrzawi decimam omnium piscium, quando sagena trahitur.

Goczalkowycze, villa sub parochia de Wrzawi sita, cuius haeredes: Andreas de Schenno pro una medietate, de Dambno, et Jacobus de Conyeczpolye pro altera medietate, de Pobodzye. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wrzawy, et valor eius aestimatur ad .....

Byalkowycze, villa sub parochia de Wrzawi sita, cuius haeres Nicolaus Byalkowsky de armis Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wrzawi, et valor eius aestimatur ad ......

Szadowye, villa sub parochia de Wrzawi sita, cuius haeres pro media parte Andreas de Senno de Dambno, et Jacobus de Conyeczpole pro altera medietate, de Pobodze. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Wrzawy, et valor eius aestimatur ad .....

Glynnyk, villa sub parochia de Wrzawy sita, cuius haeres Andreas de Schenno miles de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wrzawy, et valor eius aestimatur ad .....

Oczyrchow, villa sub parochia de Wrzawy sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wrzawy, et valor eius aestimatur ad .....

Pnyow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, noviter fundatam et dotatam, et Sancto Sigismundo martyri et regi dicatam, cuius haeres Johannes Pnyowszky de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia Sancti Petri in Sandomiria, et valor eius aestimatur ad ......

Nyekyszyalka, villa sub parochia ...... sita, cuius haeres Andreas de Schenno de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur

ad . . . . Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Wrzawi.

Bystrzeyowycze, villa sub parochia de Chrobrzani sita, cuius haeres Jacobus Lypniczsky nobilis de armis Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chrobrzani, et valor eius aestimatur ad . . . . Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Wrzawi.

Villae parochiales: Wrzawi, Goczalkowicze, Szadowye, Glynnyk, Oczyrchow, Byalkowicze, Strachoczin, Zabno.

Item habentur privilegia super praedio in Glynnyk, ibidem in thesauro ecclesiae.

Ramyzow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sanctae Mariae Virgini dicatam, ultimam in fine dioecesis Cracoviensis, et dioecesi Przemysliensi immediate conterminatam. Cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, cuius plebanus Nicolaus sacerdos, qui habet duas tantummodo villas sub sua parochia, videlicet: Ramyzow et Ramyzowszka Wolya cuius iuspatronatus ad regem Poloniae pertinet, qui habet proventus infrascriptos: et primo, habet agros multos et prata pro praedio suo liberos, de quibus solus tollit decimam; item habet molendinum in piscina prope villam, in quo secum nullus participat, et solvit pro quolibet anno de censu plebano tres marcas; item habet borram cum mellificiis bonis et largis; item habet in eadem villa unam tabernam, habentem agros, quae solvit ecclesiae et plebano marcam cum media. Item habet decimam manipularem in Ramizow post omnes cmethones; in qua non sunt lanei cmethonales, sed novem hortulaniae habentes agros, et tenentur eam inducere propriis curribus in horreum plebani, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item decimam canapi tollit pro se plebanus. Sciendum autem, quod pro praefata decima in Ramizow Cracoviensis episcopus contendit cum plebano de Ramizow, et uterque asserit illam ad se de iure pertinere, plebanus quidem iure parochiali, episcopus vero, quod villa ipsa in cruda radice locata sit.

Ramyzowszka Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Ramizow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, et quilibet solvit ecclesiae parochiali in Ramizow duos choros siliginis et duos avenae. Item habet ibi plebanus et ecclesia in Ramizow ius et facultatem extirpandi pro se quatuor laneos, in cruda radice liberos, absque omni censu et onere per ipsum possidendos. Item est in eadem villa scoltetia, habens laneos liberos, post quorum agros solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et eius plebano in Ramizow.

Item ibi omnes cmethones solvunt decimam pecunialem, quilibet de laneo unum fertonem communis pecuniae, et episcopus Cracoviensis asserit eam ad se pertinere, et plebanus de Ramizow similiter.

CZYEMNOLYASZ.

Villa in cruda radice noviter locata, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow. In qua sunt lanei .... In eadem, ecclesia est parochialis lignea, Sancto Stanislao pontifici dicata, et noviter fundata et dotata, quam obtinet nunc Nicolaus de Lanczky primus eius plebanus.....

Praepositura Wisliciensis.

Wisliciensis praepositus habet de iure officium visitationis in praepositura Wisliciensi, in omnibus parochiis seu plebaniis eidem praeposituræ Wisliciensi subiectis, et officium archidiaconi exercet in eas, visitando illas annis singulis, et procurationem ab eis exigendo. Quarum nomina inferius subiciemus.

Sancti Laurentii extra muros Wislicienses.

In suburbio Vysliciensi versus aquilonem, est ecclesia lignea parochialis Sancto Laurentio martyri dicata, cuius plebanus Stanislaus, cuius patroni et collatores Johannes Czarnoczki de Nyeprowicze, Stanislaus Nyeprowszky, Johannes Nyeprowszky de domo et familia ...., Petrus Myedzigorszky de domo Kopaschina, cuius proventus sunt infrascripti, et villae parochiales infrascriptae. Primo, plebanus dictae ecclesiae habet pro sua dote medium laneum, in suburbio inter civiles agros, liberum a censu et tributis, quem proprio aratro et labore colit, pro suo usu et utilitate; solvit tamen pro episcopatu Cracoviensi de illo decimam pecunialem unum fertonem. Item habet in eodem suburbio Vysliciensi aream propriam liberam, cum horto et domo, inter suburbanos eiusdem oppidi.

COBILNYKY, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Laurentio sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item praedium de duobus laneis advocatiae Vysliciensis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis in *gonithwam*, pro praebenda in Chotel Militari, non tamen uniformiter, sed perceptio eius diversificatur; nam de agris sitis versus Buszko, percipit illam omni anno praebenda de Chotel Militari, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, de agris vero sitis versus Visliciam, recipit illam cantoria Wisliciensis, et valor eius aestimatur ad quindecim

marcas. Item est ibi taberna advocati, non habens agros. Item plebanus Sancti Laurentii non habet in eadem villa, nisi columbationem per duos grossos de quolibet laneo.

Suburbium Visliciense sub parochia de Sancto Laurentio. In quo sunt lanei civiles, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi. Item de eodem suburbio plebanus de Sancto Laurentio non habet, nisi columbationem.

WYSZNYOWKA, villa prope Cobilniky sita, sub parochia ecclesiae de Sancto Laurentio extra muros Vislicienses, quae hactenus tota deserta est; cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua ob longam desertationem, numerus laneorum sciri non potest. Alii asserunt et verius, quod illic villa nunquam fuerit, sed quod campus praefatus pertinuit pertinetque ad villam regiam Cobilniky, in cuius vicinitate consistit, et quem cmethones de Cobilniky colere consveverunt, ob nascentia illic cerasa Wysznyowka in polonico appellatus, et cuius decimam propriis curribus conducere ad horreum a praeposito locandum tenentur; valor decimae praefatae aestimatur ad duas marcas.

NYEPROWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Chroberz sita, cuius haeredes Johannes Nyeprowszky de domo Wyenyawa, item Stanislaus, item Czarnoczky, item Przeczslaus, habentes quatuor praedia, de quibus omnibus solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali Sancti Laurentii ante Visliciam. Item est ibi unus laneus cmethonalis, largos habens campos, in quo quatuor cmethones resident. Item sunt septem hortulaniae, habentes campos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae et canonicatui Visliciensi dictae Nyeprowszka, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas de laneo. Item est ibi una taberna habens agros, cuius-proprietas pertinet ad ecclesiam et plebanum Sancti Laurentii ante Visliciam, quae pro censu et pro decima manipulari, solvit eidem plebano Sancti Laurentii duas marcas annuatim.

RUDAWA, villa sub parochia ecclesiae de Chroberz sita, cuius haeredes Jacobus et Johannes de Myedzigorze nobiles de armis Kopaszina. In qua sunt duo lanei cmethonales cum dimidio laneo, item est ibi una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae Nyeprowszkyey et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi duae curiae militarium et duo praedia, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali Sancti Laurentii ante Visliciam.

CHOTHEL CUSTODIS.

Villa, a qua fluvius, qui subter illam decurrit, denominatur, habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Stephano regi et confessori dicatam. Quam Johannes senior Dlugosch canonicus Cracoviensis et custos Visliciensis ligneam et putridam reperiens, muro pulchro lapideo fabricavit, vitris et casulis et calicibus et imaginibus, aliisque clenodiis adornavit, et in singulis partibus testudinavit, atque latere cocto texit; vetus parochia et mater multarum aliarum in circuitu ecclesiarum, ex cuius proventibus et custodia Visliciensis, et aliqua pars praepositurae Visliciensis, et cantoria Visliciensis, et praebenda Stroziczka Visliciensis, et praebenda Widuchowska Visliciensis, fundatae sunt et dotatae. Cuius nunc plebanus est Nicolaus de Besczcze presbyter, habens sex villas sub sua parochia; cuius unicus patronus et collator est custos Visliciensis pro tempore, cuius infrascripti sunt proventus: et primo, habet plebanus praedium bonum, habens speciales agros et prata, liberum, de quo nulli solvit decimam, quod plebanus colit pro sua utilitate. Item sunt in eadem villa novem lanei cmethonales, ad custodiam pertinentes; item duo lanei episcopales, episcopo Cracoviensi pro tempore, censum et laborem solventes, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis custodiae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item est ibi praedium custodis, ex cuius agris et molendinatoris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Chotel.

GLUZY, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeredes Janussius Nicolaus Tarapny, Johannes Mikul cum quinque fratribus de domo . . . Crzistek cum quatuor fratribus. In qua lanei non sunt cmethonales; item hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis plebano in Chotel, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

BYELCZOW, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Johannes Obulyecz nobilis de domo Odrowansch. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa non sunt hortulaniae. Item in eadem villa est curia habens agros, de quibus decima manipularis abstracta est ab ecclesia in Chotel, ad quam spectabat iure parochiali, et solvitur ecclesiae parochiali et plebano in Michalow, per usurpationem.

HOLUCZA, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Derslaus Sborzenszky nobilis de domo Cygnorum. In qua sunt

decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad sex. Item tres sunt in eadem villa hortulaniae, quae de agris praedialibus locatae sunt, et solvunt decimam ecclesiae parochiali in Chotel. Item est in eadem villa curia militaris una, habens praedium, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali et plebano in Chotel, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Lganow, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Msczugius Lganowszky nobilis de domo Pobodzye. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Visliciensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a cantore locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item est in eadem villa unum tantummodo praedium militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali et plebano in Chotel. Item sunt duo hortulani, habentes agros ex praedio largitos, qui etiam solvunt decimam manipularem ecclesiae in Chotel.

Latanycze, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Nicolaus Jarosch de Byechow, subiudex Cracoviensis, de armis Powala. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Stanislai in Chotel Militari, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Est etiam ibi una taberna habens agros, de qua etiam decimatur praefatae praebendae in Chotel. Item non est praedium in eadem villa. Item de omnibus sex villis praefatis solvitur columbatio ecclesiae in Chotel, de quolibet laneo per duos grossos.

Radzanow, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Nicolaus nobilis de domo Habdank. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia parochiali et eius plebano in Chotel, villa custodis Wisliciensis, cuius valor ad sedecim marcas aestimatur. Item est in eadem villa curia militaris una, quae iure parochiali non ad Dobrowodam, sed ad Buszko pertinet, habens agros praediales bonos in tres campos divisos, de quibus post unum campum, iuxta torrentem qui vadit de Owczari in Holucza, solvitur decima manipularis pro monasterio in Buszko, de

residuis vero campis praedii praefati, solvitur decima manipularis in Xangnicze, et valor eius ad duas marcas.

DOBROWODA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, filialem ecclesiae de Chotel, ex qua sumpta et fundata est, et dotata per Johannem Grothonis episcopum Cracoviensem, et murata lapideo muro per Florianum episcopum Cracoviensem, Sanctaeque dicata Mariae Magdalenae; cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, qui est illius unicus collator et patronus. In qua sunt octo lanei, septem quidem cmethonales, octavus vero plebani, qui quondam erat cmethonalis, de quibus omnibus absque aliqua diminutione, decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro custodia Visliciensi. Item non sunt in eadem villa hortulaniae. Item est una taberna habens agros, ex praedio episcopali illi largitos, de quibus decimam manipularem solvit ecclesiae in Dobrowoda. Item est ibi curia et praedium episcopale, habens agros, de quibus decima solvitur ecclesiae et plebano loci eiusdem in Dobrowoda. Item ecclesia ultra laneum cmethonalem ei datum, habet aliquas pecies agrorum, in postico suae domus, de quibus non decimat custodi Visliciensi, quia erant quondam praediales, ex praedio episcopali; item habet pratum ibidem.

BARANOW, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, item praedium episcopale de aliquot laneis, item taberna habens laneum, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum locandum, et solvunt decimam canapi de laneo per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi unus laneus specialis ecclesiae et plebani in Dobrowoda, non computatus inter laneos cmethonales et tabernae, supra descriptos, qui cum omni iure et cum decima manipulari, spectat ad plebanum; solvens decimam manipularem eidem ecclesiae et plebano in Dobrowoda, eo, quod erat quondam praedialis. Item non sunt in praefata villa hortulaniae.

GADAWA, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Johannes Felix de Tharnow castellanus Visliciensis nobilis de domo Lelywa. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi, et per cmethones villae propriis curribus conducitur in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item est in eadem villa una hortulania, de qua decima manipularis cedit ecclesiae et rectori alterius partis Omnium Sanctorum in Cracovia, qui

pro dote habet lapideam. Item in eadem villa non est taberna, neque praedium aliquod militare, neque molendinum.

Kykow, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dobrowoda, et valor eius aestimatur ad octo marcas; cuius haeredes sunt Martinus Zborowszky de armis Accipitrum... Item in eadem villa sunt praedia militaria, item tabernae, item hortulaniae.

Groczkow, villa sub parochia de Dobrowoda sita, cuius haeres praefatus Martinus Zborowszky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dobrowoda, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item in eadem villa praedium, item tabernae, item hortulaniae...

Zagoscz.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Johanni Baptistae dicatam, et ex muro fabricatam, quam fundasse et dotasse asseritur Henricum ducem Sandomiriensem, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, cuius nunc rector est Johannes Woyschik custos Cracoviensis de armis Powalya. In qua sunt octo lanei cmethonales, item praedium regium habens agros amplos, item taberna una, habens agros, item hortulaniae duae speciales a laneis, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zagoscz, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item plebanus habet agros praediales ad duo et tria stadia; item habet pratum bonum, circa fluvium Nyda, et iuxta prata regia; item molendinum est ibi unum regium, in flumine Nyda, sed non habet agros.

Szkothnyky, villa sub parochia ecclesiae de Zagoscz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item praedium regium non est ibi, item taberna una habens agros, item hortulaniae non sunt, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zagoscz, et valor eius aestimatur ad quindecim, aliquando ad viginti marcas. Item plebanus habet ibi unum laneum liberum, pro praedio suo, cum pratis, et unum arvum, alias *nywam* foecundum et amplum.

Wynary, villa sub parochia ecclesiae de Zagoscz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales; item praedium regium non est in eadem villa, item taberna habens agros, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zagoscz,

et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item plebanus habet ibi unum laneum liberum pro praedio suo, et prata.

Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Zagoscz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zagoscz, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item praedium regium non est ibi, item taberna una habens hortum, item hortulaniae non sunt, item molendinum non est.

Villae quinque ad ecclesiam in Zagoscz spectantes, videlicet: Zagoscz, Szkothniky, Wynari, Wolya et Skoroczicze.

Crziszanowicze.

Monasterium ordinis praemonstratensium, habens in se parochialem ecclesiam, cuius fructus et proventus in regestro monasteriorum descripsimus.

Boguczicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, tantummodo a fundamentis muratam; Casimirus enim secundus, Poloniae rex, fabricare illam iniciaverat, sed morte praeventus reliquit imperfectam; Sancto Christophero martyri dicatam, cuius ad praesens plebanus presbyter ...... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Nicolai in Wislicia collationis regalis, quae praebenda capellae Sanctae Trinitatis in ecclesia maiori Cracoviensis reginae Zophiae, incorporata, et valor eiusdem decimae aestimatur ad .... marcas. Plebania autem habet hos proventus: imprimis habet praedium optimum, quod colit proprio aratro, cuius agri aestimantur ad quatuor laneos cum medio; item habet tria prata bona, item habet unam tabernam, habentem agros, qui decimant manipulo plebaniae et solvit plebano pro censu duas marcas; item habet hortulaniam in eadem villa, quae solvit unum fertonem pro censu, et laborat unam diem in septimana pedestri labore, item habet piscinam; item est in eadem villa curia et praedium regale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro eadem ecclesia in Boguczicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Grochowiska, villa sub parochia de Boguczicze sita, ad serenissimum Poloniae regem pertinens. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur pro ecclesia parochiali in Boguczicze de quolibet laneo per octo grossos, et proveniunt .....; si quis autem agros desertos colit, dare tenetur decimam manipularem pro ecclesia in Boguczicze, de omnibus frumentis, quae seminaverit. Item praedium non est in eadem villa, neque taberna, neque hortulaniae, neque molendinum.

Szandziwoyowicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, lapide albo muratam, et

Sancto Jacobo Apostolo dicatam, cuius haeres Petrus Obulyecz de armis Odrowansch, in media parte villae, in alia vero parte, Nicolaus Chiczsky, Johannes Gyedeczsky de armis Griffonum, et Jacobus Rey de Naglowicze de armis Oxa. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, uno anno pro custodia Kelcziensi, altero pro praebenda Kelcziensi, quae dicitur Pirszniczska, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item duae tabernae militares, sed non habent agros; item hortulaniae non sunt. Plebania autem habet introitus: et primo, pro praedio suo habet agrum dictum Markusszowka, item agrum dictum Gasthowka, item agrum dictum Kąpye, item post gayum magnum, campum de tribus stadiis, item agrum post piscinam dictam Szmilow staw, et pratum ibidem dictum Wrothy, item agrum dictum Barkowska nywa, item agrum in bivio ex utraque circa collem, alias *przigorka;* item habet pratum post Chomanthow; item habet tres tabernas, habentes agros in Szandziwoyowicze, et quaelibet sibi solvit pro censu unam marcam, item habet hortulaniam, habentem agrum et pratum, et solvit pro censu unum fertonem, et laborat unum diem pedester in septimana; item sunt ibi duo praedia militaria, videlicet Nicolai Chiczsky et Petri Obulyecz, et de utroque decima manipularis solvitur ecclesiae in Szandziwoyowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Borkow, sub parochia de Szandziwoyowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Szandziwoyowicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item praedium, item tabernae, item hortulaniae .....

Chrapkow, villa episcopi Cracoviensis, sub parochia de Szandziwoyowicze sita. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, duae hortulaniae habentes agros, item praedium unum episcopale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szandziwoyowicze, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Chomanthow, villa sub parochia de Szandziwoyowicze sita, cuius haeres Warczislaus Pyeczonka de armis Vulpium. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, uno anno pro vicecustodia Kelcziensi, altero pro vicaria Kelcziensis praebendae Pyrzszniczska, cuius valor aestimatur ad tres marcas; item praedium unum militare, et una hortulania habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Szandziwoyowicze, et post aliquas peties agrorum cmethonalium, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item tabernae non sunt in eadem villa.

Slyodkow, villa sub parochia de Szandziwoyowicze sita, cuius haeres Zegotha Baliczsky de armis Bippennium. In qua sunt quinque

lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Kelcziensi uno anno, pro altero vero conducitur et solvitur pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Pirszniczska, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item est ibi taberna una, et hortulania una, habentes agros, et de omnibus solvitur decima in *gonithwam*. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sandziwoyowicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Szarbkow, villa sub parochia de Kygye sita, cuius proprietas ad praepositum et sanctimoniales de Buszko pertinet. In qua novem lanei cmethonales, duo scoltetiales, una taberna, una hortulania, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi, dicta Zydowska, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item in eadem villa est campus dictus Lyaskowyecz, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szandziwoyowicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item praedium coenobiale non est in eadem villa.

Szyanyecz.

Villa habens ecclesiam parochialem, muro lapideo fabricatam, et Sanctae Virgini Mariae dicatam, cuius haeres Crzeslaus de Curoszwanky de domo Roszae; cuius plebanus magister Stanislaus de ...... In qua sunt lanei cmethonales, item agri praediales unius praedii, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szanyecz, et valor eius aestimatur ad decem marcas, praeter duos laneos cmethonales, de quibus solvitur decima pro praebendario ibidem in Szanyecz. Item ecclesia habet pro praedio agros sufficientes et prata. Item sunt in eadem villa duae tabernae, et habent agros, et quaelibet solvit ecclesiae pro censu unam sexagenam, et decimam manipularem reddit. Item habet molendinum, de quo sibi solvitur una marca; item habet tres piscinas ibidem.

Praebenda. Est etiam ibi specialis praebenda habens aream propriam et domum, et decimam manipularem post quatuor laneos eiusdem villae, distinctos ab illis, qui plebano decimant, et valor eius decimae aestimatur ad quatuor marcas.

Syedlyecz, villa sub parochia de Sanyecz sita, in qua ecclesia de Sanyecz habet quatuor laneos censuales, et quilibet laneus solvit ...., item habet ibi prata cum gayo, et unam piscinam.

Galyow, villa sub parochia de Szanyecz sita, cuius haeres ..... Krusszina, nobilis de domo Mandrostky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szyanyecz, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

Unikow villa sub parochia de Szanyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szanyecz, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Slawkowicze, villa sub parochia de Szyanyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szyanyecz, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Mikulowicze, villa sub parochia de Szanyecz sita, cuius haeredes .... de armis Mandrostky. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item sex hortulaniae habentes agros, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogila, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, et unum molendinum habens agros, de quibus solvitur decima manipularis in Szanyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Mlini, villa sub parochia de Szanyecz sita, cuius haeres Crzeslaus de Curoszwanky de domo Roszae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sanyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Praedia non sunt, nec tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szanyecz, et aestimatur ad unam marcam.

Kozina, villa sub parochia de Szanyecz sita, cuius haeres Crzeslaus de Curoszwanky de domo Roszae. In qua sunt ...... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szanyecz, et aestimatur ad unam marcam.

Villae parochiales: Szanyecz, Galyow, Unikow, Slawkowicze, Mikulowicze, Mlini, Kozina.

Buszko.

Oppidum habens sanctimonialium et fratrum ordinis praemonstratensium coenobialem et parochialem ecclesiam, cuius proventus in regestro monasteriorum descripsimus.

Janina.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Adalberto martyri dicatam, cuius haeredes Marcus, Thomas Schadlo, Johannes Kolyaczkowsky, Thomas Karsky, et eiusdem ecclesiae collatores et patroni, de domo Janina; cuius plebanus Johannes Galyowsky presbyter. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una plebani, solvens duas marcas, item hortulaniae quatuor habentes agros, item quatuor praedia militaria,

de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Janina, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item habet ecclesia in eadem villa unam tabernam, habentem agros, liberam, quae pro censu solvit plebano unam sexagenam. Item ante eandem tabernam habet piscinam liberam, propriam. Item habet in eadem villa duos laneos liberos cum pratis, pro suo praedio et cultura. Item habet ultra haec, duo prata, ambo circa fluvium Schodnya.

Ruszlinow, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeres Johannes Zabyerzowsky nobilis de domo et familia Osthoya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae, item praedium in eadem villa militare non est, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Janina, et valor eius aestimatur ad septem marcas, aliquando ad decem.

Strzalkow, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeredes Johannes Zabyerzowsky praefatus, qui habet dictae villae medietatem, Gregorius, Thomas et Leonardus fratres de domo et familia ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae ibidem non sunt, item hortulaniae ...., item praedia quatuor militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Janina, et valor eius aestimatur ad sex marcas, praeter duos laneos sive praedia, de quibus ecclesiae in Daleschicze. Item ibidem duo lanei, ad proprietatem ecclesiae et sui plebani in Janina pertinentes.

Karszi, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeredes Thomas Karszky, Johannes Korzyenyowsky de armis Janina. In qua sunt tres lanei cmethonales, item duo praedia militaria, videlicet Thomae Karszky et Johannis Korzyenyowsky. Item taberna una habens agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus praediis omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Janina, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de laneis vero cmethonalibus, tabernae, solvitur ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item sunt ibi alii ......

Balicze, villa sub parochia de Janina, cuius haeres Petrus Baliczsky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item taberna..., item hortulani..., item praedium ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Zawada, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeres praefatus Petrus Baliczsky de domo et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et cana-

palis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, item taberna una habens agros, item hortulani..., item praedium ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius ad duas marcas.

POLYANKY, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeres Petrus Baliczsky praefatus de domo et familia Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item taberna una habens agros, item hortulaniae..., item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor ad unam marcam.

KOTHKY, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeres Petrus Knoth nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt.

WIDUCHOWA, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeredes Johannes Naschian de armis Bippennium, et Petrus Myedzigorsky de armis Kopaszyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item hortulani..., item taberna una habens agros, item duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

MYEDZIGORZE, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeres Petrus Myedzigorsky de domo Kopasszyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulani.... Item unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius ad unam marcam.

SCITHNIKY, villa sub parochia ecclesiae de Janina sita, cuius haeres Petrus Mruk de armis....... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Daleschicze, et valor eius ad quinque marcas aestimatur. Item unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Janina, et valor eius ad unam marcam.

ZIRNIKY, sub parochia de Sczeworzisz sita, cuius haeres Nicolaus Roszpąd de domo Koszlye rogy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Daleschicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas, item taberna, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae

in Janina, et valor eius ad unam marcam, et post unum campum iuxta viam, quae ducit in Widuchowa. .....

Colyaczowicze, villa sub parochia de Janina, cuius haeredes: Johannes et Thomas Kolyaczowsczi de armis Janina.... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Daleschicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedia tria militaria, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Janina, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Villae parochiales: Janina, Russzlinow, Strzalkow, Karszy, Balicze, Zawada, Polyanky, Kothky, Widuchowa, Myedzigorzicze, Scithniky, Zirniky, Kolyaczowicze.

Praebenda in Chotel Militari.

Chotel Militaris, villa quae alias vocitatur Zyeni Chotel, sub parochia de Busko sita. In qua est ecclesia sive oratorium, Sancto Stanislao martyri dicatum, in quo praebenda nullam habens curam animarum. Quam Vittus Plocensis episcopus, monasterii in Buszko fundator, ex suo patrimonio fundator primarius, nobilis de domo Janina, ob pietatem in genitricem suam..., ut haberet locum, in quo sacrum audiret, cum grandaeva ob senium parochiam in Buszko adire non posset, fundavit, et dotavit decimis infrascriptis manipularibus.

Chotel Militaris alias Zyeni, pro una sui medietate, fluvius enim Chotel sulphur redolens eam dissecat, ad decanatum Sandomiriensem pertinet; in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu, et valor eius aestimatur ad octo marcas; praedium non est, neque taberna, neque hortulania. Altera autem medietas pertinet ad Clementem et Petrum dictos Korzyensczi, de familia Streparum, qui sunt unici collatores illius praebendae; in qua sunt lanei cmethonales et praediales, item praedium unum militare bonum, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda praefata in Chotel, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur; item taberna, item hortulani; item habet eadem praebenda ibidem agrum liberum pro praedio suo, item piscinam unam, item pratum et gayum, cum duobus hortis.

Cobilniky, villa sub parochia Sancti Laurentii extra muros Wislicienses sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item duae advocatiae Vislicienses, item taberna advocati, non habens agros, de quibus omnibus solvitur et con-

ducitur decima manipularis et canapalis in *gonithwam*, sed perceptio eius diversificatur; nam post agros versus Busko sitos, percipit illam praebenda de Chotel, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, de agris vero sitis versus Visliciam, percipit illam cantoria, et valor eius ad sedecim marcas aestimatur. Item hortulaniae non sunt.

Lyathanicze, villa sub parochia de Chotel Custodis sita, cuius haeres Nicolaus Radost de Byechow subiudex Sandomiriensis de armis Powalya. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Stanislai in Chotel, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item praedium non est, item hortulaniae non sunt.

Wolicza, villa sub parochia de Buszko sita, cuius haeredes Clemens et Petrus Korzenscz̈i de armis Strepe. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Stanislai in Chotel, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est praedium, non sunt hortulaniae.

Pyandziczow.

Oppidum in quo parochialis et conventualis ecclesia, lapide per Sbigneum cardinalem murata, honori Sancti Johannis Evangelistae dicata, ordinis Beati Pauli primi heremitae; cuius iam proventus et redditus in regestro monasteriorum descripsimus; habet autem parochiales villas; oppidum Pyandziczow, villas: Koporinya, Wyercziczow, Podlansze, Brzesze, Parsziwka, Kowalye.

Wyercziczow.

Villa olim hominibus possessa, sed in augmentum oppido Pyandzicoviensi cum agris unita, in qua est ecclesia pulchra, tabulatu lapideo quadro fabricata, honorique Beatae Mariae dicata, ac monasterio et ecclesiae Pyandziczoviensi, per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem incorporata, cuius proventus in descriptione monasterii Pyandziczoviensis annotavimus; cuius erant parochiales villae: Wyercziczow, Parszywale, Kowalye.

Michalow.

Villa parochialem ecclesiam lapide fabricatam habens in se, et Sancto Laurentio martyri dicatam, cuius haeres Johannes Curoszwanczsky nobilis de domo Roszae. In qua sunt septem lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Michalow, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item habet

agros praediales domui contiguos, item habet tabernam, habentem agros pro sua proprietate, quae solvit pro censu ecclesiae et plebano duas marcas.

MLODZOWI MAIOR, villa sub parochia de Minori Mlodzowi sita, cuius haeres Johannes de Kuroszwanky de domo Roszae. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item duae hortulaniae habentes agros cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi, quae dicitur Sydlowyeczska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium unicum militare, et duae hortulaniae, habentes agros ex praedio, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia Sancti Laurentii, in Michalow, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

BYELCZOW, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Johannes Obulyecz de domo Odrowansch. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Visliciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem non sunt hortulaniae. Item in eadem villa est praedium militare, de cuius agris decima abstracta est ab ecclesia in Chotel, ad quam spectabat et spectat iure parochiali, et solvitur ecclesiae in Michalow per usurpationem, et datur unus ferto pro ea.

LIPNO, villa sub parochia ecclesiae de..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna . . . . , item hortulani . . . , de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Michalow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, item praedium.

Villae parochiales: Michalow . . . . .

MLODZOWI MINOR.

Villa habens parochialem ecclesiam in se, Sanct . . . . . dicatam, cuius haeredes Johannes et Stanislaus de armis Bippennium et iidem patroni. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Sidlowyeczska, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi tres cum medio lanei, item sunt ibi alii tres cum medio lanei cmethonales, item agri tabernarum et hortulaniarum, item praedium unum militare, et de illis omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Mlodzowi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item habet agrum pro praedio suo plebanus, bonum et faecundum, qui dicitur Valana Gora, una cum pratis. Item habet tabernam propriam, habentem agros, quae solvit illi pro censu annuo . . . . .

BRALICZIN, villa sub parochia de Mlodzowi Minori sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus

solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mlodzowy Minori, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium...

Skrzipyow, villa sub parochia de Mlodzowi Minori sita, cuius haeredes Andreas Pyandziczowsky de domo Dambno, et Johannes Curoszwanczsky de domo Roszae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi praedium unicum Johannis de Curoszwanky, de cuius agris solvitur decima manipularis in Mlodzowi Minori, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Zalupa, villa sub parochia de Mlodzowi Minori sita, cuius haeres Johannes Galka de Myedzwyedz de armis Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, uno anno pro episcopatu Cracoviensi, altero vero anno pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Sidlowyeczska, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item taberna..., item hortulani..., item praedium est ibi unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Mlodzowi Minori, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Villae parochiales: Mlodzowi Minor, Braliczin, Skrzipyow, Zalupa.

Strzelcze.

Villa habens parochialem ecclesiam ligneam, Sanct...... dicatam in se, cuius haeres et patronus unicus Andreas Oleschniczsky de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Strzelcze, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item habet ecclesia et plebanus certos agros, pro praedio suo, mixtos inter agros cmethonum. Item habet tria praedia, unum dictum Strug, aliud post locum, qui dicitur Czarny Brod, tertium post villam Pyeczyenyagy.

Pyeczenyagi utraque, villae sub parochia de Strzelcze consistentes, quarum haeres Andreas Oleschniczsky de domo Dambno. In quibus sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Strzelcze, et valor utriusque decimae aestimatur ad quindecim marcas.

Villae parochiales: Strzelcze, Pyeczyenyagi Maior, Pyczenyagi Minor.

STASSZOW.

Villa habens ecclesiam parochialem, lapide albo per Dorotheam de Tharnow, relictam Martini de Lubnicze palatini Lanciciensis muratam, et Sanct .... dicatam in se, cuius haeres unicus et patronus Johannes Rythwyensky palatinus Cracoviensis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stasszow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item plebanus eius Johannes Sczepyeczsky de domo Leliwa. Et habet ecclesia pro praedio suo duos laneos, domui contiguos, unum pratum inter agros praediales et cmethonum, versus Rythwyani, et ibidem circa pratum, stagnum liberum; item habet tertium laneum post fluvium Czarna, versus Rythwyani penes alios laneos cmethonum finalem; item habet hortum, penes dictum fluvium a parte; item habet unam tabernam ibidem, habentem agros, quae solvit pro censu plebano unam marcam.

DOBRA, villa sub parochia ecclesiae de Staszow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stasszow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

RYTHWYANI, villa iuxta fluvium Czyarna, qui medius decurrit. Albertus Jastrzambyecz de Lubnicze, primum Poznaniensis, deinde Cracoviensis episcopus, ad extremum Gneznensis archiepiscopus, villa ipsa apud dominos de Skothniky pro nepotibus coempta, castrum nobile sumptuoso opere muravit. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros, in parte orientali versus Sandomiriam sitos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Skothniky, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Cuius haeres Johannes Rythwyensky de armis Jastrzambczi. Item praedium ibi unicum militare. Item agri, versus occidentem post fluvium Czyarna siti, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Stasszow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

SBRODZICZE, sub parochia ecclesiae de Buszko sita, cuius haeres Johannes Sluszowsky de armis Lyodza. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Buszko, et valor eius aestimatur ad ..... marcas. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Stasszow, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Villae parochiales: Stasszow, Dobra, Rythwyani.

Praebenda in Rythwyani.

Sub castro Rythwyani sita, Beato martyri Adalberto et pontifici oratorium eius ligneum dicatum est, per Albertum Jastrzambyecz, tunc episcopum Cracoviensem, de mensa episcopali Cracoviensi dotata. Cuius unicus haeres et patronus Johannes Rythwensky de Lubnicza palatinus Cracoviensis de domo Accipitrum; cuius praebendarius Johannes Sczepyeczsky, cuius institutio, vigore fundationis, ad priorem pro tempore in Banschowa pertinet, cuius proventus: primo, habet expensas in castro Rythwyani et sex panes et unum quartale cervisiae singulis diebus, et duas decimas.

OGLANDOW, sub parochia de Zborow sita, cuius haeres Johannes Rythwyenski palatinus Cracoviensis. In qua lanei cmethonales, item unum praedium, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda in Rythwyani, et valor eius ad viginti marcas. Item est ibi unus campus praedialis, de quo tollit decimam manipularem monasterium in Bansszowa.

KOTHUSZOW, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda in Rythwyani, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item, idem praebendarius pro tempore quilibet, tenetur singulis septimanis tres missas legere, aut in oratorio, aut in castro. Item habet propriam domum satis pulchram et honestam in Rythwyani, et hortum eidem domui contiguum.

SCHIDLOW.

Oppidum regium, a Casimiro secundo, Poloniae rege illustri muratum, a Vladislao vero Loktek Poloniae rege secundo fundatum, patre eiusdem Casimiri, in quo est ecclesia parochialis, Sancto Vladislao regi dicata, et per praefatum Casimirum secundum Poloniae regem coctili muro fabricata. Cuius nunc Bartholomaeus presbyter est plebanus. In quo sunt centum lanei oppidanorum, de quibus omnibus absque diminutione, solvitur decima duntaxat manipularis, canapalem enim non solvunt ab antiquo, et conducitur pro praebenda Sandomiriensi, quae vocatur Zayanczska, et valor eius aestimatur ad quadraginta, aliquando ad quinquaginta marcas. Item est in eodem oppido advocatia, quae de propriis agris, ultra agros et laneos oppidanorum, praedictos habet sex laneos, de quibus omnibus decimam manipularem solvit ecclesiae parochiali in Schidlow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium ibi regium, de quo decimatur ecclesiae in Schidlow, et valor eius ad ..... Item eadem ecclesia habet pro suo praedio

duos laneos, ibidem sitos ante valvam, retro ecclesiam extra muros, penes viam, quae ducit in Oppathow in manu dextra parte ab una, et inter laneum agri Stanislai Oltharzik et praedium Matthiae Wrona. Item habet hortum ante eandem valvam in sinistra manu, penes hortum Johannis Czyelyatko. Item habet pratum in valle situm, dicta Wschyczim et intra rivulum, quod pratum vocatur Dobrowoda, penes prata regia, protendens se usque ad pratum Petri Zydowecz. Item habet arvum coadiacens dicto prato et rivulo, penes viam, quae ducit de Schydlow in Zyznowa Wolya. Item in eadem Zyznowa Wolya habet duos laneos agrorum, in quatuor partes divisos, cum pratis et excrescentiis dictorum laneorum. Item in villa Gaczky habet medium laneum, in quo sedet Stanislaus Szmarszlik, penes agrum Rakowa, de quo solvitur ecclesiae census. Item in suburbio Sidloviensi habet unum laneum, in quo sedet Johannes Goszdek, situm inter agros Skoczkowa et Margarethae Stalmachowa, de quo solvuntur octo scotti pro festo Nativitatis Christi, triginta ova, duo casei, duo galli, et tenetur conducere octo currus foeni pro plebano, et praefati cmethones in Gaczky et suburbio, ab omni tributo, servitute, datione, labore suffragio, sunt liberi. Item habet decimam praedialem in villa Gaczky post agros regios. Item in villa Konyeczmosthy regia, ante Vislicziam, habet decimam manipularem post agros praediales regios, quae decimae aestimantur ad quatuor marcas. Item habet tertiam partem molendini fullonum in Sidlow, de quo solvuntur duae marcae pro censu.

Altare in ecclesia Schidloviensi.

Item est in ecclesia Schidloviensi altare, in honorem . . . . . . dicatum, et eius introitus tenues; non enim aliud habet, nisi . . . . .

Villae parochiales: Schidlow oppidum...

Chmyelik.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, omnibus Sanctis dicatam, cuius haeres Andreas Pyandziczowsky de armis Dambno. In qua sunt novem lanei cmethonales, tres tabernae habentes agros, duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae vocatur Chmyeliczska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Chmyelik, et valor eius ad duas marcas. Item habet ecclesia in eadem villa pro suo praedio tres laneos, doti plebani contiguos, item pratum infra molendinum situm, item piscinam in Chmyelik, quae pro censu solvit mediam marcam.

Drugnya, villa regia, in qua ecclesia parochialis, habens laneos cmethonales, item tabernam unam habentem agros, item hortulanias, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chmyelik, et valor eius ad tres marcas. Item praedium ibi, de quo decimatur ecclesiae in Drugnya, et valor ad duas marcas.

Korzin, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales ite .i tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chmyelik, et valor eius ad tres marcas; item praedium...

Gluchow, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chmyelik, et valor eius ad duas marcas. Item praedium. . . .

Villae parochiales: Chmyelik.....

Pyrzsznycza.

Oppidum habens ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Margarethae martyri dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt quatuordecim lanei oppidanorum, de quorum agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Kyelciensi, quae vocatur Pirszniczka, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Rector ecclesiae modernus Nicolaus presbyter. In eodem oppido est advocatia, quae habet duos laneos, de quibus etiam solvit decimam manipularem praebendae Kyelciensi praefatae Pirszniczka, cum aliis oppidanis in *gonithwam*, ad decimam autem canapi non obligatur. Item in oppido praefato non est aliquod praedium regium, non sunt hortulaniae. Item plebanus eiusdem oppidi habet unum laneum liberum, penes agros Matthiae Krolik, de quo nulli solvit decimam. Item habet alterum laneum in Chrzelczicze, penes agrum Nicolai Szliwka. Item habet laneum in villa OsszINY, penes agros scolteti. Item habet pratum unum dictum Szwiczonka, item habet aliud pratum in Crzathly, et ibidem habet piscinam sub praefato prato. Item habet quatuor hortulanias in oppido Pyerzsznicza, de quibus laboratur dies una in hebdomada, pedestri labore.

Stroynow, villa sub parochia ecclesiae de Pyrzsznicza sita, cuius haeres Jacobus Lubanszky de armis Grzymala. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quorum agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro vicaria scolastriae Kyelciensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt in villa praefata alii lanei et agri cmethonales, qui asseruntur olim fuisse praedia militaria, et sunt etiam ibi alii tres nobiles de armis Grabye, qui aestimantur habere agros ad tres laneos, de

quibus omnibus solvitur decima manipularis, pro ecclesia parochiali et eius plebano in Pyrzsznicza, et hi omnes agri aestimantur ad septem laneos.

Villae parochiales: Oppidum Pyrzsznicza, Stroynow.

LYSSOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Andreae Apostolo dicatam, cuius haeredes Lyssowszky de armis Rosa, Petrus Budkowszky de armis Kopaszyna, Johannes Solyeczky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, de quorum agris omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lissow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item ecclesia praefata habet laneum in Zdrbanky. Item habet alium campum magnum agrorum, euntem per montem, usque ad Brod. Item habet tria prata, unum post Malek, alterum magnum post pratum curiae, tertium in Zdrbanky. Item habet unam hortulaniam ibidem in Lyssow, et piscinam post eandem hortulaniam. Cuius rector Johannes sacerdos modernus. Item habet tabernam proprietariam, prope piscinam suam liberam, habentem agros, de qua singulis annis solvitur sibi census.

CHRZELCZICZE, villa sub parochia ecclesiae de Lyssow sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres fertones. Item sunt ibi alii lanei cmethonales et praedia, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Lyssow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in villa Chrzelczicze sunt aliqui lanei et agri, de quibus decimatur pro mensa episcopali Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres fertones.

BRUDZOW, villa sub parochia de Lyssow sita. In qua sunt lanei cmethonales item tabernae, item hortulaniae, item praedia, de quorum agris omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Lyssow, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

ZABORZE, villa sub parochia de Lyssow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedium, de quorum agris omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Lyssow, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

CHMYELYOWICZE, villa sub parochia de Lyssow sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Lissow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item sunt ibi duo campi praediales, unus secus stratam, quae ducit

in Schidlow et pratum curiae, alter in alia parte villae, iuxta eandem viam, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Lukowa, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Obydcze, villa sub parochia de Lyssow sita, cuius haeredes Stanislaus dictus Szyeczipywo de armis Czewya pro una medietate villae, pro altera autem medietate Petrus Szwyaszkowszky de armis Szrokomlya. In qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae duae habentes agros, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kyelciensi, quae dicitur Brzechowszka, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Lyssow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Sczepyecz, villa sub parochia ecclesiae de Pyandziczow sita, cuius haeres Andreas Pyandziczowszky de domo Dambno. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kyelciensi, quae dicitur Zidowszka, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi aliqui agri, pauci tamen, de quibus decimatur pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad mediam marcam aestimatur. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Lyssow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Myedzwne, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .... Item ibidem sunt praedia militaria, de quibus solvitur decima ecclesiae in Lissow, ratione fundi, privilegii et praescriptionis.

Pusta Malyeschowka, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrkowicze sita. In qua sunt praedia nobilium, quae per eos arantur, de quibus secundum assertionem plebani in Lissow, dabatur decima manipularis ad ecclesiam in Lissow, sed alienata est et abstracta, et ecclesiae in Pyotrkowicze adiuncta et appropriata, et illa nunc est in eius posessione pacifica.

Budkow, villa sub parochia de .... sita, cuius haeres Johannes Budkowsky de armis Kopaschyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris, decimatur pro ecclesia in Lyssow, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Notandum autem, quod villa praefata Budkow sita est in dioecesi et terra Przemysliensi, praedialis tamen decima de illa datur ecclesiae in Lissow, ratione fundi et privilegii, et antiquae praescriptionis in dioecesim Cracoviensem, et ad ecclesiam praefatam in Lissow, absque omni renitentia et impedimento.

Solyecz, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales,

de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis .... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia et eius plebano in Lyssow, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, ratione fundationis et privilegii et praescriptionis.

Villae parochiales: Lyssow, Chrzelczicze, Brudzow, Zaborze, Chmyelyowicze, Obidcze, Sczepyecz.

Drugnya.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, lapide muratam, Sancto Sigismundo martyri dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Chmyelik, cuius valor ad tres marcas aestimatur. Item est ibi praedium regale, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Drugnya, et valor aestimatur ad duas marcas. Item ecclesia eadem habet pro praedio suo campos, protendentes se versus molendinum villae praefatae. Item habet in praefato molendino tertiam mensuram, et molendinum huiusmodi situm est penes viam, quae ducit ex Schidlow in Pyrzsznicza. Item habet in piscina regia tertiam partem piscium, quotiescumque piscantur. Item habet tria prata, unum dictum Szwyaszka, secundum ex opposito eius sub sylva, quae iacet penes viam, quae ducit in Chanczìny, item tertium pratum magnum post proprium horreum. Item habet tabernam primam in eadem villa Drugnya, habentem agros, de qua illi solvitur pro censu una marca. Item habet unam hortulaniam, quae laborat unum diem pedestri labore.

Villae parochiales: Drugnya....

Chomanthow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Matthaeo apostolo et Evangelistae et Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius haeredes et patroni Johannes Rokosz de armis Polukoza, Johannes Kapusta et Stanislaus Slyemek de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, item praedia militaria, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chomanthow, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item ecclesia in Chomanthow et eius plebanus habet pro praedio suo certum agrum sive arvum, dictum Skladow, suis metis distinctum. Item habet duo prata, unum eidem arvo Skladow contiguum, aliud inter prata nobilium Rokosz et Baliczky situm. Item habet pascua distincta, doti contigua. Item habet piscinam inter limites villarum Chomanthow et Korythnicza sitam. Item habet unam tabernam in Chomanthow, habentem agros penes domum vicarialem sitam, quae censuat eidem unam marcam.

Stanyowicze, villa sub parochia ecclesiae de Chomanthow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia militaria, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chomanthow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unus laneus specialis, de quo decimatur pro mensa episcopali, et valor decimae aestimatur ad duas marcas. Item asserit plebanus de Lissow, quod decima praefata post agros cmethonales, tota abstracta est et alienata ad mensam episcopalem.

Ostrow, villa sub parochia ...... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chomanthow et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Jawor alias Wolya, villa sub parochia de Chomanthow sita, cuius haeredes: Petrus Baliczky de Bippennibus, Johannes Rokosz de domo trium Tubarum et Johannes Guthowsky de Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia tria militaria, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chomanthow, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi alii sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro praebenda Kelcziensi, quae vocatur Brzechowska, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi laneus cmethonalis, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Korythnicza.

Villae parochiales: Chomanthow, Stanyowicze, Jawor, Lyppa, Grochow.

Korithnicza.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius haeredes et collatores Petrus Baliczky et Johannes Rokosz de armis Polukosza, cuius est Swanthoslaus plebanus. Item ecclesia habet unum mansum distinctum in tribus locis. Item habet tria prata, unum vocatur Chomyny, aliud vocatur Dabyc, tertium vocatur Opaczek. Item habet piscinam desertam, cum molendino etiam deserto. Item habet aliam piscinam post suam aream, cum duobus alveis piscinarum sub eadem piscina. Item habet cmethonem in medio laneo, qui laborat diem in septimana, et unum fertonem solvit pro censu, datias dat quindecim ova, duos caseos, et duos capones, ad festum Sancti Michaelis. Item habet certas rippas in fluvio Nida circa pratum dictum Lyszykyerz et piscatorem, a quibus rippis piscator singulis annis solvit sexagenam. Item habet decimam in Korithnicza, post omnes araturas haeredum et cmethonum, in valore viginti marcarum. Item habet duas hortulanias, de quibus laborant unum diem in septimana.

Villae parochiales: Korithnicza una tantummodo villa.

Jawor, villa sub parochia de Chomanthow sitą. In qua praeter laneos cmethonales sex, decimantes pro praebenda Kelcziensi, qui vocatur Brzechowska, et qui decimant ecclesiae in Chomanthow, est unus laneus cmethonalis, qui decimat ecclesiae in Korythnicza, et valor eius ad unam marcam.

Lukowa.

Villa habens in se parochialem ecclesiam in honorem Visitationis Sanctae Mariae Virginis dicatam, cuius haeredes Johannes Gelithko et Johannes Morawiczky. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro praebenda Kyelciensi, quae appellatur Brzechowszka, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unicum praedium militare, item una taberna, et tres hortulaniae, habentes agros ex agris praedialibus, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae in Mokrsko, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia et plebanus habent pro praedio agros, progressive ab horreo suo, versus mericam dictam Wrzącza se protendens, item habet totam praefatam mericam Wrzacza, et in eadem merica habet pratum bonum, in qua et ampliora posset facere prata. Item habet piscinam in Lukowa prope domum suam. Item in villa Morawicza, sub parochia ecclesiae de Brzeziny sita, habet decimam manipularem praedialem, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item in villa Chmyelowicze, sub parochia de Lyssow sita, de duobus campis, quorum unus iacet penes viam, quae ducit in Schidlow et pratum curiale, alter in alia parte villae, progressive penes eandem viam, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item habet decimas praediales in villis: Zirniky, Skordzeowicze, Wyrzbicza, Poszkithow, Woyczechow ......

Villae parochiales: Lukowa ......

Item deberet habere decimam ab haerede, de omnibus domesticis animalibus, sibi inscriptam.

Pyotrkowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci dicatam, cuius haeredes et patroni: Marcus Malyeschowszky et .... fratres, de armis Griffonum, Jacobus de Pyelgrzimowicze et Nicolaus de Ninoschowicze de armis Prussi. In qua quidem villa ecclesia praefata habet agros suos praediales post ecclesiam et dotem sitos. Item habet prata bona, iacentia circa fluvium Morawka, secus limites villae Grabowyecz. Item habet in eadem Pyotrkowycze tabernam, habentem agros, quae solvit eidem pro censu unam marcam. Item habet piscinam ante domum.

Nynoschowicze, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur, et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Pyotrkowicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Sulyschow, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Pyotrkowycze, cuius valor ad quatuor marcas.

Villae parochiales: Pyotrkowicze, Nynoschowicze, Sulyszow Wlosczowicze et Grabowicze.

Pusta Malyeschowka, villa sub parochia de Pyotrkowicze sita. In qua sunt praedia nobilium, quae per eos arantur, de quibus secundum assertionem plebani in Lissow dabatur decima manipularis ad ecclesiam in Lissow, sed alienata est et abstracta, et ecclesiae in Pyotrkowicze adiuncta et appropriata, et illa nunc est in eius possessione pacifica.

Gawluschowycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Adalberto martyri dicatam, cuius haeres Johannes de Rythwyani Palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas et habet ecclesia ipsa infrascriptos proventus. Primo stagnum, domui plebanali contiguum, post quod habet laneum agrorum pro praedio suo, et pratum ei adiacens, et protendens se usque ad limites villae Klysszow. Item habet arvum penes agros cmethonales dictum Wawrzek, etiam domui contiguum. Item habet circa fluvium Wysloka gayum cum mellificiis, dictum Zawirzb, et sub eodem habet stagnum et pratum, usque ad granities villae Klyschow. Item in praefata villa sunt agri olim praediales, quos colunt tres cmethones; item duo agri scoltetiales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gawluschowicze, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item in villa Klysschow sub parochia Gawluschowicze sita, post agros praediales alternatis annis; uno enim anno percipit eam ecclesia in Gawluschowicze, altero vero plebanus in Wielyawyesch. Item habet decimam praedialem in villa Brzeszye, sub parochia de Gawluschowicze sita, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item habet decimam praedialem in villa Zdakow, sub parochia de Gawluschowicze sita, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, post cmethones ecclesiae in Polyanyecz.

Item habet decimam praedialem in Kamblow, sub parochia de Gawluschowicze sita, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

CRZEMYENICZA, sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius haeres Johannes Felix Tharnowsky de domo Leliwa. In qua lanei cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Polyanyecz, et valor ad duas marcas.

DZYEWYANTHLYE, villa sub parochia de Gawluschowicze sita. In qua erant quondam duodecim lanei cmethonales, nunc autem deserti sunt, et in prata conversi, de quibus, dum colebantur solvebatur, et si quando expost culti fuerint, solvi debet ecclesiae in Gawluschowicze decima manipularis, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item habet ecclesia obstaculum proprium, quod incipit a fluvio Wisloka, usque ad fluvium Bren. Item in villa Dzewyantle etiam nunc est praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gawluschowicze, valor ad unam marcam. Item habet ecclesia tabernam propriam in villa Gawluschowicze, habentem agros, quae pro censu annuo solvit unam marcam. Item habet in eadem villa duas hortulanias habentes agros, et quaelibet solvit annuatim unum fertonem, et unum diem in septimana laborat.

Villae parochiales: Gawluschowicze, Klyschow, Brzesczye, Klyschowska Wolya, Krzemyenicza, Kamblow, Zaduschnyky, Nyekurza, Zdakow, Dzyewyanthlye, Sczukomlothi, Byelsch navigium de Zdakow.

Ecclesiae parochialis in Gawluschowicze tituli Sancti Adalberti martyris per Christinum de Obichow haeredem super certis decimis, fundis, et aliis proventibus edotatio et erectio facta 1215.

In nomine Domini Amen. Quamvis rerum temporalium status clarius cunctis apparet et serenius, quia tamen per prolixitatem temporis saepius a memoria humana dilabi consvevit, necesse est, ut literarum apicibus cum annotatione testium comendetur notitiae futurorum. Hinc est, quod nos Cristinus de Obychow haeres, ex consensu nostro et libero arbitrio, accensus divino amore, timens Dei iudicium, existens sanus mente et corpore, dotavimus, et donavimus, appropriavimus et appropriamus et privilegiamus, et incorporavimus seu incorporamus de nostris bonis haereditariis, seu haereditatibus infrascriptis, fundatae ecclesiae in Gawluschowicze, specialiter Deo Omnipotenti et Beatae Mariae Virgini, et ad honorem Beati Adalberti, et attribuimus eidem ecclesiae decimam in Gawluschowicze post araturam

nostram cum *iuthrzyny*, decimam in Klyszow post araturam nostram cum *iuthrzyny*, decimam ibidem in Klyszow post agros scoltetiales, decimam in Dzyewyanthlye post totam villam, decimam in Zdakow post araturam nostram cum *iuthrzyny*, decimam in Sczukomloth et in Rablow post araturam nostram cum *iuthrzyny*, decimam in Brzesczye post araturam nostram cum *iuthrzyny*. Damus etiam eidem ecclesiae tabernam in rippa Wyszlocze, cum horto adiacenti penes Wyszlokam, obstaculum in fluvio dicto Bren, lacum Mssan cum ambabus rippis, incipiens a Rogoszno, usque ad fluvium Wyszloka, lacum Nyeczycza cum pratis, agris, quae ibi sunt, et fieri possunt, cum tota sylva dicta Zawyerzb, cum mellificiis, nil pro nobis servando et nostris successoribus, incipiens a nova Nyeczycza, usque ad campum in villam eundo; campum post Mssan, tangens, sive viam tendentem in Nyeczyczky, ibidem cum prato post Mssan, usque ad granities villae Klyszow incipiendo a Mssan, et campum ultra pratum, circa viam, quae vadit de Gawluschowicze in Kliszow. Etiam damus rectoribus eiusdem ecclesiae omnem libertatem pascendi, ligna secandi pro omni necessitate, ita tamen, quod nos et nostri successores, et alii quicunque in ipsis haereditatibus araturas habebunt, non tenebuntur alicui alteri, quam ipsius ecclesiae rectori, qui pro tempore fuerit, quovismodo assignare, et omnia suprascripta perpetuo idem rector debet possidere, ut inde rector ecclesiae praedictae eo devotius pro salute nostra et progenitorum nostrorum valeat Deum exorare. Ut autem haec dotatio nostra robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentibus sigillum nostrum iussimus appendi. Actum et datum in Klyszow, in domo nostra, ipso die Sancti Gregorii confessoris, anno Domini millesimo ducentesimo decimoquinto, praesentibus his testibus: strenuo milite Zyra vexillifero de Rathkow, Jaroslao haerede de Byeganow, Ranimiro de Woyslawicze et honorabili viro domino Sigismundo plebano de Konyeczno, et discreto domino Jacobo Sczekoczyn, et aliis quam pluribus ad praemissa vocatis.

Fundus super decimam praedialem alternatam in Klyszow

Sbigneus Dei gratia episcopus Cracoviensis ad perpetuam rei memoriam. Cum optimum et egregium iustitiae genus sit, differentias et lites reprimere, ut cunctis possit quietis svavitas provenire, multo tamen excellentius et laudabilius est, reducta ad pacem negotia, ne novis successu et antiquitate temporis involvantur quaestionibus, stabilire. Proinde significamus universis quibus expedit, qualiter honorabiles viri: Johannes in Wyelyawyesz et Nicolaus in Gawluschowycze, ecclesiarum parochialium rectores, nostram accedentes praesentiam et conspectum supplicaverunt nobis

humiliter et devote, quatenus quandam ordinationem, compositionem et concordiam inter eos, per certos arbitros, videlicet magistrum Jacobum de Szadek vicecustodem et canonicum ecclesiae collegiatae Sanctae Mariae Sandomiriensis, Andream de Trzesznya, Stanislaum de Mydlow ecclesiarum parochialium plebanos et Nicolaum Odolf laicum literatum de Sandomiria arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, de et super decimis manipularibus et campestribus universi grani et seminis, post agros et araturas curiae et praedii in Kliszow et eius perceptione factam, et per eos emulgatam, confirmare, ratificare, et approbare dignaremur. Cuius quidem concordiae et compositionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Universis et singulis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: Nos magister Jacobus vicecustos et canonicus ecclesiae collegiatae Sandomiriensis, Andreas de Trzesznya, Stanislaus de Mydlow plebani ecclesiarum, et Nicolaus Odolf laicus literatus de Sandomiria arbitri arbitratores amicabiles, compositores iudicesque iuris per praesentes infrascriptos electi et deputati. Ad perpetuam rei memoriam cupimus fore notum, quomodo honorabiles domini Nicolaus de Gawluschowycze ex una, et Johannes in Wyelyawyesz partibus ab altera, ecclesiarum rectores, de et super decimis manipularibus et campestribus, ex araturis praedialibus generosi Nicolai Kliszowszky haeredis in Klyszow provenientibus, pro quibus lis et materia quaestionis coram venerabili viro domino canonico et officiali Sandomiriensi, inter ipsos praesentes vertebatur, et nunc coram venerabili domino Raphaele canonico et officiali Cracoviensi generali, verti speratur et pervertitur, et eorum occasione omnibusque ampliationibus, controversiis et displicentiis, qualitercumque inter praescriptas partes exinde suscitatis et quomodolibet movendis, cum omnibus emergenciis incidentiis et connexis, non compulsi nec coacti, sed libera et spontanea voluntate utendo, in nos praedictos arbitros, arbitratores et iudices iuris, nolentes amplius per infractus litium in causa huiusmodi decimarum fatigari, sed potius parcendo laboribus fatigis et expensis ad amicabilem unionem pacis et concordiae volentes praeparare, coram certo notario infrascripto compromiserunt, et nos conformiter et unanimiter in arbitros et iudices huiusmodi nominaverunt, deputaverunt, ac de alto et basso eligerunt, dictique domini compromitentes nobis omnibus in solidum aut duobus vel uni nostrum, plenam, liberam omnimodamque potestatem, de et super dictis decimis, atque singulis et subscriptis capitulis et articulis huiusmodi negotium tangentibus, et quae praemissorum occasione quocumque et qualitercumque in futurum uti possent, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii audiendi, examinandi cognoscendi, testes recipiendi, pronunciandi, laudandi, sententiandi, diffiniendi, determinandi et declarandi, verbo vel in scriptis, stando vel

sedendo, loco et hora consvetis et inconsvetis, die feriata vel non feriata, parte una praesente et altera absente, lite contestata vel non contestata, attestationibus publicatis vel non publicatis, dederunt, per unius et omnium verbum nostrum aut unius organum concesserunt, prout nobis melius et efficacius in causa huiusmodi ipsorum compromittentium videretur expedire; promittentes dicti praesentes compromittentes sibi invicem et in manibus nostris et notarii publici infrascripti manu solenniter stipulata, stare, parere et obedire, sine laudo et arbitrio praecepto, declarationi et pronunciationi omnium, aut unius nostrum, et non contravenire verbo aut facto, modo vel aliqua ratione, aut aliquo subsidio iuris, legis, aut facti, renunciaverunt sub poena ducentorum florenorum ungaricalium auri puri et iusti ponderis, parti tenenti laudum, pronuntiationem et declarationem omnium nostrum aut unius tantum, per partem non tenentem solvenda, quae etiam partes compromittentes in manibus dicti notarii iuraverunt, quod huiusmodi compromissum in nos per ipsas partes compromittentes sic factum, et capitula, puncta, in eo contenta, rata, grata et incorrupta tenebunt et servabunt, et contra ea, vel aliquid eorum ut praescribitur per se, vel per alium, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aut aliquo quovis quaesito colore non faciant, non veniant, sub poena periurii et ducentorum florenorum huiusmodi. Quibus quidem sic celebratis et factis ipsarumque partium compromittentium propositionibus super huiusmodi decimis et responsionibus, nos arbitri praedicti auditis attestationibus testium per ipsas partes in hac causa, coram dictis dominis officialibus productorum, intellectis et recollectis, et iuribus ipsorum compromittentium masticatis et aequa lance maturaque deliberatione praehabita, et dictarum partium de consensu sententiam, arbitrium et laudum, definitionemque et arbitramentum in hac causa, in hunc qui sequitur modum tulimus et pronuntiavimus. Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes. Nos Jacobus vicecustos et canonicus Sandomiriensis, Andreas de Trzesznya, Stanislaus de Mydlow plebani, et Nicolaus Odolf arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores praedicti, per honorabiles dominos Nicolaum de Gawluschowicze ab una, et Johannem de Wyelyawyesz partibus ab altera, ecclesiarum rectores, communiter et concorditer electi et assumpti, super lite et controversia, quae vertebatur, seu verti sperabatur inter ipsos, de et super decimis manipularibus prout in instrumento compromissi per ipsas partes in nos facti clarissime noscitur contineri, visis petitionibus utriusque partis, auditis et intellectis diligenter ea, quae nobis in scriptis dederunt et oretenus dixerunt, et super his omnibus communicato consilio plurimorum sapientum ac utriusque partis praedictae consensu investigato et cognito, solennique deliberatione praehabita, ex vi dicti compromissi in nos facti, pro bono pacis et concordiae inter

eos habendae, perpetuo laudamus, arbitramur, dicimus et per hanc nostram sententiam arbitralem pronuntiamus; decimas manipulares et campestres universi grani et seminis, post agros et araturas curiae et praedii in Klyszow, generosi domini Nicolai haeredis debere tolli, et percipi per praefatos dominos Nicolaum de Gawluschowicze et Johannem de Wyelyawyesz plebanos alternatis vicibus, quodque dictus dominus Nicolaus de Gawluschowicze ab hac die tribus continuis et ecclesia sua in Gawluschowicze primo tollat, percipiat, et decimet decimam praelibatam, et quarto anno, dominus Johannes plebanus de Wyelyawyesz et sic consequenter annis permutatis dicti domini plebani et successores eorum pro tempore existentes et ecclesiae praedictae ipsorum, dictas decimas percipiant, tollant, et decimabunt futuris perpetuis temporibus et in aevum, expensas vero et impensas huiusmodi inter ipsas partes quomodocumque factas, ex certis causis animum nostrum moventibus compensamus, litesque, dissensiones, controversias et odia, inter eosdem dominos Nicolaum et Johannem plebanos propter hoc exortas, sub poena praedicta extingvimus, et perpetuum silentium ipsis super his imponimus, quam quidem sententiam, pronuntiationem, laudum et arbitrium sic ut praemittitur per nos facta et provulgata, dictae partes compromittentes, omnia superius nominata, humiliter devote et cum gratiarum actionibus emologando ratificaverunt, gratificaverunt, approbaverunt et pro ratificatis, ratis, gratis et firmis habere voluerunt. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et evidentiam pleniorem, praesentes nostras litteras laudi, arbitramenti, pronuntiationis et declarationis ac sententiae arbitralis, seu praesens publicum instrumentum per discretum Johannem Jacobi de Szkothnyky infrascriptum notarium publicum, ac causae huiusmodi coram nobis scribam scribi, ac sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Acta sunt haec anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, indictione nona Sacro consilio Basiliensi durante, die Jovis, vigesima septima mensis septembris, hora vesperarum vel quasi, in domo sanctuariorum ecclesiae collegiatae Sanctae Mariae Sandomiriensis, praesentibus ibidem honorabilibus discretisque viris: domino Nicolao de Crobanow presbytero notario publico, Stanislao capellano magistri Heliae decani Sandomiriensis, Nicolao Thudorowszky, Jacobo de Tarnow in Wyelyawyesz, et Johanne in Trzesznya magistris Cracoviensis dioecesis, testibus circa praemissa. Et ego Johannes Jacobi de Szkothnyky clericus Cracoviensis dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, ac huiusmodi causae coram dictis dominis arbitris scriba, quae praedictorum arbitrorum, arbitratorum et amicabilium compositorum electioni de alto et basso compromissioni, poenae vallatae adiectioni, sententiae arbitralis, decretique pronuntiationi, eorumque emologationi, approbationi, aliisque omnibus et singulis praemissis, dum sic

ut praemittitur agerentur et fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideoque praesens publicum instrumentum exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, meque huic manu propria, una cum appensione sigillorum ipsorum dominorum arbitratorum, subscripsi, ac de eorum mandato consignavi, rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum. Nos vero Sbigneus episcopus Cracoviensis memoratus, attendens praedictam compositionem, ordinationem et concordiam esse rite et legitime, ac pro parte praedictarum ecclesiarum factam, iustis eorum petitionibus assensum dedimus nostrum, et assensum huiusmodi quoque, ordinationem, compositionem et concordiam, admittendum, ratificandum et confirmandum duximus, praesentibusque in Dei nomine admittimus, ratificamus, gratificamus et approbamus, ac auctoritatis ordinariae interposito decreto, confirmamus in omnibus clausulis, conditionibus atque punctis, decernentes eam obtinere robur perpetuae firmitatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes nostras literas, seu praesens publicum instrumentum, ratificationem, ordinationem, compositionem et concordiam in se continentem, seu continens, exinde fieri, et per notarium publicum, nostrumque et facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum, scribi, subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Datum et actum Sandomiriae, die quarta mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, in domo sanctuariorum, hora tertiarum vel quasi, nobis in ibi ad iura reddenda pro tribunali sedentibus, praesentibus ibidem honorabilibus et venerabilibus viris dominis: magistro Johanne de Dambrowka decretorum doctore in Theologia, magistro Sancti Floriani extra muros Cracovienses et Sanctae Mariae in Kyelcze, Johanne Dlugosch custode Wysliczicensi Cracoviensi, Otha cantore, Johanne in Obrazow officiali, magistro Jacobo vicecustode et canonico Sandomiriensi, Daniele in Thuchow et Marco in Lanky ecclesiarum parochialium rectoribus, cappellanis curiae nostrae, testibus circa praemissa vocatis et specialiter rogatis. Et ego Martinus olim Johannis de Wladislavia, clericus Wladislaviensis dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, factique huiusmodi coram reverendissimo in Christo patre et domino Sbigneo Dei gratia episcopo Cracoviensi scriba, quia praedictarum literarum exhibitioni, praesentationi, ratificationi, petitioni, confirmationi et decreto, aliisque omnibus et singulis, dum sic ut praemittitur agerentur et fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, dictasque compositiones et concordiae litteras fideliter de verbo ad verbum transsumpsi et accopiavi, nil mutando, minuendo aut addendo, quod sensum mutaret aut variaret intellectum. Ideo praesens

instrumentum manu propria scriptum huiusmodi ratificationem, confirmationem, ordinationem et concordiam in se continens, exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis in tabulis fieri solitis et consvetis, una cum sigillo praefati reverendissimi patris domini Sbignei episcopi Cracoviensis memorati, et de eius speciali mandato, consignavi requisitus et rogatus. In fidem et testimonium singulorum praemissorum.

Habet has villas ad ecclesiam parochialem pertinentes: Gawluszowycze, Dzyewyanthlye, Klyszow, Zdakow, Nyekurza, Szczukomlothy, Zaduszuyky, Kablow, Borky, Brzeszczye, Krzemyenicza, Wolycza.

Habet etiam ecclesia in Gawluschowicze, duas filias parochiales, iam diu a matre parochiali seclusas, videlicet, in villa Padew et in Borowa, de quibus filiabus, plebanus in Gawluszowicze capit petronales, ab eorum omnibus parochianis seorsum a quolibet cmethone, seu eorum parochianis extorquendo, et solvere consvevit... ex omnibus tribus parochiis petronales centum triginta grossos.

BOROWA.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius haeres Johannes Czebrowsky de armis Olobok. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Borowa, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item plebanus eiusdem ecclesiae habet unum laneum pro praedio post ecclesiam situm, protendentem se versus fluviolum dictum Bren, et iterum ab horreo plebanali protendentem se versus torrentem Lukawyecz. Item habet pratum, circa praefatum flůvium Bren cognomine Gyschowa. Item habet molendinum in praefato fluvio Bren, de quo sibi cedunt duae mensurae, et molendinatori tertia. Item habet tabernam in eadem villa, in fundationis privilegio sibi inscriptam, sed non habet illam in possessione. Locus tamen areae penes hortum Jacobi Textoris penes pratum dictum Oszkra.....

PLAW, villa sub parochia de Borowa Regis sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est in eadem villa scoltetia, habens tres laneos; item tres hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Borowa, cuius valor ad tres aestimatur marcas.

GAWLUSCHOWICZE, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Johannes Rythwyenszky palatinus Cracoviensis. In qua sunt tres

lanei cmethonales, de quibus decimam manipularem percipit episcopatus Cracoviensis, quam plebanus de Borowa asserit ad se et suam ecclesiam pertinere, ex fundationis privilegio per Petrum Wysch episcopum Cracoviensem confirmato.

Plawszka Wolya, villa sub parochia de Borowa Regia sita. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor aestimatur ad tres marcas. Hanc etiam decimam asserit plebanus de Borowa ad se pertinere. Item ibi non est praedium.

Villae parochiales: Borowa, Plaw, Plawszka Wolya.

Czyrnin.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Clementi martyri dicatam, cuius haeredes et patroni Florianus et Petrus Paczanowszczy de armis Gelitha. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item praedium militare unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Czyrnin, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ecclesia habet agros pro praedio in praefata villa, protendentes se ab ecclesia usque ad fluvium Bren, et prata eisdem agris contigua. Item habet stagnum in fluvio Visznya penes sylvam, quae iacet in latere praefati fluminis Bren. Item habet tabernam in eadem villa Czyrnin habentem agros, quae solvit pro censu plebano unam sexagenam, et facit brasea et braxat cervisiam pro qualibet necessitate plebani, et sex dies in messe pro plebano laborat. Item habet plebanus specialem agrum in latere domus suae, protendentem se versus curiam villae.

Zyapnyow, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius haeres Aegidius Sudolszky de domo Habdank. In qua tantum est curia militaris et praedium, et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Czyrnin, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Zyapnyowek, villa sub parochia ecclesiae de Czyrnin sita, cuius haeres Aegidius Schudolszky de domo Habdank. In qua non sunt nisi duo lanei cmethonales, qui quondam erant praediales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Czyrnin, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wolya Lyssakowska, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius haeres N..... Lyssakowsky de domo...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas

marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Czyrnin, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

LYSSAKOW, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius haeres N ... Lyssakowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Czyrnin.

GORKY, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius haeres Johannes Rythwyensky palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Czyrnin.

BISTRAMOWYCZE, villa sub parochia de Czyrnin sita, cuius proprietas ad monasterium de Baschowa pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, ex quibus perceptio decimae diversificatur; nam post tres laneos solvitur ecclesiae in Przeczslaw, post duos vero laneos ecclesiae in Czyrnin.

WILKOWYE, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeredes Florianus et Petrus de Paczanow de Gelitha. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Czyrnin, et valor aestimatur ad quatuor marcas.

Villae parochiales: Czyrnin, Zyapnyow, Zyapnyowek, Wolya Lissakowska, Lissakow, Gorky, Bistramowicze, Otholasz, Othalaska Wolya, Milonin, Bren.

ZABNO.

Oppidum iuxta fluvium Dunayecz situm. In quo est ecclesia parochialis lignea, Sancto Spiritui dicata, cuius haeredes et patroni ratione uxorum Johannes Rzeschowsky de domo Polukosza et Paulus Olschthynsky de domo Odrowansch. In quo sunt duodecim lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Item est ibi praedium unum militare, item unus laneus, qui erat advocati, et quem haeredes cui volunt conducunt ad colendum; item hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zabno, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia praefata habet pro praedio unum laneum, protensum ab ecclesia Sanctae Crucis, usque ad villam Scheradz. Item habet pratum eidem laneo contiguum. Item habet in oppido unam hortulaniam, quae hebdomadatim

unam diem pedestri labore laborat. Item habet in oppido praefato Zabno censum, qui vocatur mensalia, de quo proveniunt ecclesiae duae marcae annis singulis pro censu. Item in villa Nyeczycza praefatorum Johannis Rzeschowszky et Pauli Olsthinszky, sub parochia de Othwinow sita, est una taberna, cuius proprietas cum omnibus iuribus ad ecclesiam in Zabno pertinet, quae pro annuo censu solvit eidem ecclesiae .....

GRAMBOSCHOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Beatae Mariae Virgini dicatam, cuius haeres ..... de armis Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item in eadem villa sunt duo lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gramboschow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia pro suo praedio habet agros, unum incipiendo a graniciebus villae Usczye versus oppidum Opathowyecz, item aliud penes agros hortulani et tabernatoris etiam versus Opathowyecz protensum, item tertium inter agros haeredum et cmethonum, penes quod est fossa plebani dicta Krzinka. Item habet duo arva alia versus limites villae Karsi, item speciale arvum in loco, qui dicitur Łącze; item habet tabernam propriam in Gramboschow, habentem agros, quae censuat ecclesiae unam marcam.

LUBICZKO, villa sub parochia de Gramboschow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Czarnoczin, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur pro ecclesia in Gramboszow, et valor eius ad unam marcam.

Villae parochiales: Gramboschow, Lubiczsko.

OPORZYSCHOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Margarethae Virgini et martyri dicatam, cuius haeredes et patroni ratione uxorum Johannes Rzeschowszky de armis Polukosza et Paulus Olsthinsky de armis Odrowansch. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi campus, qui vocatur Czarne nywy, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Oporzischow, et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item ecclesia praefata habet quatuor stadia agri pro praedio, ab horreo protensa,

et ibidem pratum. Item habet piscinam ante ecclesiam. Item in villa Sczerzasza habet decimam manipularem post agros scolteti, in valore mediae marcae. Item in villa Lýaskowka, sub parochia de Oporzischow sita, habet decimam manipularem post agros scolteti, quae aestimatur ad unum fertonem. Item in villa Chrzastow sub parochia de Oporzischow sita, habet decimam manipularem post agros praediales, cuius valor ad mediam marcam aestimatur. Item in villa Zelazowa Wolya habet decimam praedialem, in valore unius fertonis. Item habet medietatem molendini, quod situm est in graniciebus oppidi Zabno, de quo sibi pro censu proveniunt viginti grossi. Est etiam circa praedictum molendinum ager praedialis, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Oporzischow in valore unius fertonis.

Chrzasthow, villa sub parochia ecclesiae de Oporzyschow sita, cuius haeres Jacobus Oporzyschowsky alias Chransthowsky de domo Sthrzegomya. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decano Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decima solvitur ecclesiae et plebano in Oporzyschow.

Lyaszkowka, villa sub parochia de Oporzyschow sita, cuius haeres Johannes Rabschtinsky de domo Bippennium. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decano Cracoviensi, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Et licet haeres colat duos laneos cmethonales, solvit tamen decimam de eisdem decano in *gonithwam*. Item est ibi unum praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Oporzyschow.

Zelazowka, villa sub parochia ecclesiae de Oporzyschow, cuius haeres Johannes Chrzasthowsky de domo Strzegomya. In qua sunt quinque lanei et aliquot quartae, de quibus decima fertonalis solvitur pro decano Cracoviensi, videlicet una sexagena et quatuor grossi.

Wszeradz, villa sub parochia de Oporzyschow sita, cuius haeres Johannes Rapschtinsky de domo Bippennium. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus pro decima fertonali solvuntur duae sexagenae, pro decano Cracoviensi.

Villae parochiales: Oporzischow, Chrasthow, Lyaskowka Scheraza, Zelazowa Wolya.

Othfinow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Petro apostolo dicatam, cuius haeredes et patroni Johannes de Drochecz de armis Zabawa, Sigismundus de Tochow de armis Griffonum, Naszyon de Pyrszicze de armis Bippennium et Wischek de domo Griffonum.

In qua sunt duodecim lanei cmethonales. Item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, et duae tabernae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Othwinow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item habet duos laneos pro praedio suo, unum inter agros Jacobi et Barteczko cmethonum, alium vero inter praedia haeredum. Item habet agrum post fluvium Dunayecz, iuxta stagnum dictum Szikorske. Item habet unam tabernam in Othwinow, habentem agros, de qua sibi solvitur una marca. Item habet hortum dictum Krzinky. Item in villa Konary habet decimam praedialem de valore sex marcarum, post quatuor praedia militum. Item in villis Drochcza et Zabawa habet decimas praediales in valore sex marcarum. In Przibislawicze habet decimam praedialem in valore trium marcarum. Item in Pirszicze habet decimam praedialem in valore trium marcarum. Item in Janikowicze habet decimam praedialem in valore unius sexagenae. Item in Gorzvyow habet decimam praedialem in valore unius marcae. Item in Zelychow habet decimam praedialem in valore unius sexagenae.

Konari, villa sub parochia ecclesiae de Otphinow sita, cuius proprietas pertinet ad monasterium et praepositum in Krzizanowicze, ordinis praemonstratensium. In qua sunt sex lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . . Item non est ibi praedium coenobiale, neque tabernae, neque hortulaniae. Item sunt ibi quatuor praedia militaria, de quibus solvitur, decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Othphinow.

Nyeczyecza, villa sub parochia ecclesiae de Othphinow sita, cuius haeres ratione matris Johannes Rapsthinsky de Crasznyk. In qua sunt tantummodo duo lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Ultra autem istos laneos, sunt in eadem villa alii lanei cmethonales, de quibus percipit decimam episcopus Cracoviensis. Sunt ibi et alii lanei et una taberna habens agros, ad praebendarium in Otphinow pertinentes, de quibus solus et censum et labores percipit.

Czizow, villa sub parochia de Othfinow sita, cuius haeres Stanislaus Ligąza de domo Polukoza. In qua sunt sex lanei et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Pirszicze, villa sub parochia de Othfinow sita, cuius haeres Naszyon de domo Bippennium. In qua sunt quatuor lanei cmethonales,

de quibus solvitur decima manipularis pro decanatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non sunt ibi hortulaniae, neque taberna, sed est curia militaris, quae de agris praedialibus solvit decimam ecclesiae in Othphinow.

Gorzycze, villa sub parochia de Othwynow sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo Polukoza. In qua novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor iuncturas canapalis decano Cracoviensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item sunt tabernae et hortulaniae, sed non habent agros. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Przeczslaw, cuius valor aestimatur ad . . .

Villae parochiales: Othfinow, Konari, Nyeczyecza, Czizow, Pirszicze, Gorzicze, Przibislawicze, Janikowicze, Gorzwyow, Zelichow.

Praebenda in Othfinow.

In ecclesia parochiali in Othfinow est praebenda, cuius haeredes et patroni sunt . . . quae habet infrascriptos proventus; cuius nunc praebendarius est Johannes . . .

Nyeczyecza, villa sub parochia de Othfinow sita. In qua haeredes Johannes Rzeschowsky et Paulus Olstinsky ratione uxorum, habent tantummodo duos laneos cmethonales, qui decimant decanatui Cracoviensi; ultra hos vero, sunt ibi quatuor lanei cmethonales, ad proprietatem praefatae praebendae pertinentes, quorum quilibet solvit praebendario marcam pro annuo censu. Item habet decimam manipularem post eosdem cmethones, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Falyssowicze, villa sub parochia de Chrobrzani prope Sandomiriam sita, cuius haeredes Johannes et Groth fratres de Rawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur. Item sunt ibi duo praedia, de quibus decimatur praebendae in Othfinow, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praebenda praefata habet onus legendi unam missam ad quaelibet quatuor tempora anni.

Opathowyecz.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem muratam, Beatis Apostolis Simoni et Judae dicatam, cuius proprietas totalis et iuspatronatus ad abbatem et monasterium Thiniciense pertinet pleno iure. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro

praefata ecclesia in Opathowyecz, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Est etiam ibi praedium coenobiale de Thinyecz, sed nulli solvit decimam, et illam pro se tollit. Item plebanus habet agros sufficientes pro praedio suo, et unum pratum in medio agrorum suorum versus Rogow. Item habet sex hortulanias in eodem oppido. Item habet mensales per unum grossum, de quolibet domo, et ab inquilinis per medium grossum. Item habet censum tabernalem ratione tabernae, quae olim ad ecclesiam praefatam perpetuo spectabat, de quibus sibi proveniunt ratione census annui duae marcae. Item habet in eodem oppido duo macella, et de quolibet solvuntur ecclesiae duo lapides sepi et media marca. Item sunt ibi duo navigia in Visla superius et inferius; superius solvit quinque marcas pro abbate, et mediam marcam pro plebano, inferius vero solvit pro abbate novem marcas, et pro plebano mediam marcam. Item est ibi monasterium fratrum praedicatorum, cuius chorus cocto latere muratus est, corpus vero ex ligno fabricatum quod anno Domini 1283. Thomas abbas Thinicziensis fundaverat. Quod quidem monasterium habet pro praedio suo agros liberos, de quibus neque decimam reddit, neque censum. Item habet vineam, de qua nihil solvit.

Zukow, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius haeres Johannes de Rythwyani palatinus Cracoviensis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Opathowyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium . . .

Rzemyanowicze, villa sub parochia de Opathowyecz sita, cuius haeres Johannes Pylyeczky de domo Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Opathowiecz, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Proszka, villa sub parochia de Opathowyecz sita, cuius haeres advocatus de Pilsno de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Opathowyecz, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Byenyaschowicze, villa sub parochia ecclesiae de Opathowyecz sita, cuius haeredes Proaczek et Bohun de armis Druzina. In qua

sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi; et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Opathowyecz, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Pauschicze, villa sub parochia ecclesiae de Opathowyecz sita, cuius haeres Johannes Pausziczky de domo Rozae. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris decimatur in Opathowyecz, et valor decimae aestimatur ad tres marcas.

Usczye, villa sub parochia de Opathowyecz sita, cuius haeres Varschius de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est in eadem villa praedium militare, et unus laneus cmethonalis, qui quondam fuerat praedialis, de quibus solvitur decima ecclesiae in Opathowyecz, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Villae parochiales: oppidum Opathowyecz, Vischegrod, Urzuthi, Cobyelya, Kassow, Mistrzowicze, Proska, Pauschicze, Byenyaschowicze, Usczye, Rzemyanowicze, Chrosthowicze, Chfalibogowicze, Krasznyow, Biskupicze.

Rogow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . dicatam, quam Hinczka de Roskow, tunc regni Poloniae vicethesaurarius, de consensu plebani in Opathowyecz, dato sibi agro praediali in recompensam, miles de domo Dzyaloscha fundavit; cuius nunc haeres Eustachius Sprowszky de domo Odrowansch, et eiusdem ecclesiae unicus patronus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi decima praedialis, quae solvitur ecclesiae in Opathowyecz, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item habet agros praediales bonos et duo prata, item unam tabernam habentem agros, de qua solvitur illi una sexagena, pro annuo censu. Item habet piscaturam liberam piscium, in lacu Rogoviensi . . .

Besczczye.

Villa habens ecclesiam parochialem, cocto latere per Ostasium eius haeredem muratam in se, et Sancto Nicolao confessori dicatam. In qua sunt

lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Besczcze, et valor eius aestimatur ad triginta, aliquando ad quadraginta marcas. Item plebanus habet unum laneum pro praedio, cum excrescentiis. Item pratum unum ante villam; item habet gayum speciale vocatum Popowyecz. Item in eadem villa Besczcze datur columbatio de laneo, solum per medium grossum, sed cmethones ibidem obligantur ad ducturam roborum pro aedificiis quibusvis ecclesiae praefatae, ratione huiusmodi moderationis columbationis, de aliis autem villis parochialibus datur columbatio per duos grossos de laneo.

Morawyani Maior, villa sub parochia ecclesiae de Besczcze sita, cuius haeres Donin de Prawkowicze de armis Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Bescze, cuius valor ad quatuor marcas.

Morawyani Minor, villa sub parochia de Besczcze sita, cuius haeres Donin de Prawkowicze de armis Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Besczcze, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Cziszowycze, villa sub parochia de Besczcze sita, cuius haeres Johannes Mlodzyeowsky de armis Antiquorum Equorum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Besczcze, et valor decimae ad tres marcas.

Grodowycze, villa sub parochia de Besczcze sita, cuius haeres Warczislaus de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Besczcze, et valor aestimatur ad quatuor marcas.

Mlogolicze, villa sub parochia de Parva Casimiria sita, cuius haeres unicus Andreas Pyandziczowsky de Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Besczcze,

et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Parva Casimiria, cuius decimae valor ad duas marcas aestimatur. Item de tabernis etiam decimatur pro plebano in Parva Casimiria.

Stoyanowicze, villa sub parochia de Gorzkow sita, cuius haeredes: Andreas de Oleschnicza de domo Dambno, Petrus... de domo Prussy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Besczcze, et valor eius ad quinque marcas aestimatur; sed alternatis vicibus decima huiusmodi percipitur, nam uno anno tollit eam plebanus de Besczcze, altero plebanus de Gorzkow.

Msczyschowycze, villa sub parochia de Besczcze sita, cuius haeres Andreas Przekora de domo Lyodzya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi decima praedialis, quae solvitur ecclesiae in Besczcze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Villae parochiales: Besczcze, Morawyani Maior, Morawyani Minor, Msczіszowicze, Cziszowicze, Grodowicze.

Sokolyna.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Michaeli archangelo dicatam, cuius haeredes: Andreas Zagorsky de armis Biberstein, et Sigismundus Druzikowsky de armis . . . In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sokolina, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item habet ecclesia agros pro praedio suó, secus viam, quae educit in Kollossy; item habet unam piscinam penes eandem viam; item habet tabernam unam habentem agros, quae censuat pro ecclesia in Sokolina.

Charzowycze, villa sub parochia de Szokolina sita, cuius haeres Vyeszdzsky de armis Druszyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi. Item ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Sokolina, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Dambyany, villa sub parochia de Sokolina sita, cuius haeredes Michael et Petrus de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sancti Alexii in Pelcziska, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Sokolina.

Zyemlicze, villa sub parochia de Minori Casimirza sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium militare Paczorkonis, de quo decimatur pro ecclesia in Sokolina, et valor decimae aestimatur ad unam marcam; et praefatum etiam praedium unicum pertinet iure parochiali in Szokolyna.

Villae parochiales: Sokolina, Kamyona, Krczonow, Charbinowicze, Dambyany, Bandzicze, Kolyossi, Zyemlicze tantummodo quantum ad unum praedium Paczorkonis, quantum vero ad residuam villam, in Besczcze.

Koczyna.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Sinowyecz de armis Antiquorum Equorum, et Jacobus Koczinsky de armis Grabye. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, et sex hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Koczina, et valor decimae aestimatur ad sex marcas. Item habet ecclesia pro praedio suo laneum et pratum penes pratum haeredis Sinowyecz, dictum Niwa.

Mystrzowicze, villa sub parochia de Opathowyecz sita, cuius medietas pertinet ad praepositum Visliciensem, qui habet ibi unum praedium et tres hortulanias, et non solvit alicui decimam de suo praedio, sed eam pro se tollit; altera autem medietas pertinet ad Jacobum Koczinsky de armis Grabye, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Koczina, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi campus unus, de quo decimatur pro episcopo Cracoviensi; valor decimae octo scotti.

Ecclesia praefata in Koczyna non habet, nisi unam villam Koczina parochialem.

Probolowycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Jacobo Apostolo dicatam, cuius haeres unicus et patronus Petrus Gnoyensky de armis Cancrorum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro cantoria Visliciensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt in eadem villa alii quinque lanei cmethonales, item una curia militaris habens agros, item

tabernae habentes agros, item tres hortulaniac habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Probolowicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia habet agros sufficientes praediales proprios, item tria prata, unum in Wodka, alterum in Myernow dictum Popowka, tertium in Sliwye; item habet unam hortulaniam liberam.

Myernow, villa sub parochia de Probolowicze sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium regale, item taberna una habens agros: decima autem manipularis villae eiusdem trifarie dividitur; nam de universo praedio regali, item de omnibus agris tabernae, item de maiori parte laneorum et agrorum cmethonalium, cedit decima manipularis ecclesiae in Probolowicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas; de duobus autem laneis, et de aliquibus campis, cedit cantoriae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item de aliquibus agris, cedit mensae episcopali Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Difficile autem est facere certam descriptionem agrorum, cuius proprietati in solvenda decima subiaceant; quoniam agri huiusmodi incerti sunt, et in modum scacorum locati, de omnibus autem laneis praeter duos, decima canapalis ecclesiae in Probolowicze solvitur, de duobus vero cantoriae Visliciensi, episcopus vero in decima canapi non communicat.

Janowicze, villa sub parochia de Probolowicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Probolowicze, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Stawyschicze, villa sub parochia de Pelczíska sita, cuius haeredes Johannes et Petrus de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis cantoriae Visliciensi, cuius valor ad decem marcas aestimatur. Item sunt in eadem villa duo praedia militaria, item una taberna habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur in Pelczíska, et valor decimae aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi unus laneus praebendae de Pelczíska, quem vel solus colit, vel arendat, de quo decimam manipularem pro se tollit, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est etiam ibi unus laneus cmethonalis ultra descriptos, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Probolowicze, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Zwolya, villa sub parochia . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales,

de quibus omnibus . . . Item est ibi praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia in Probolowicze, et valor eius ad unam marcam.

Villae parochiales: Probolowicze, Myernow, Sobow, Czyeskow Maior, Czyoskow Minor, Janowicze.

CZARNOCZIN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Mariae dicatam, pulchro lapide per Otthonem praepositum Gneznensem, et regni Poloniae cancellarium, nobilem de armis Vulpium, anno Domini 1360. fabricatam, cuius haeres unicus et patronus Nicolaus Dlugosch de Czarnoczin de armis Wyenyawa. In qua sunt decem et novem lanei, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium militare unum bonum, aestimatum ad duodecim laneos, item tres hortulaniae habentes agros, item taberna una habens agros, et ad plebanum iure pertinens plenario, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Czarnoczin, et valor eius aestimatur pro una medietate ad quatuor marcas; item de aliquibus agris cedit ecclesiae in Probolowicze.

TRONOWICZE, villa sub parochia de Czarnoczin sita, cuius haeres Ottha Plyechowsky ratione uxoris de domo Bippennium. In qua est praedium optimum, habens aliquot hortulanos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Czarnoczin, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

JANOWICZE, villa sub parochia de Probolowicze sita, cuius haeres .. de armis Streparum. In qua sunt duae hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae in Czarnoczin, et valor decimae ad mediam marcam.

LYUBICZKO, villa sub parochia de Gramboschow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Czarnoczin, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Gramboschow, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

MARZANCZIN, villa sub parochia do Boguczicze sita, cuius haeres .... de armis Gelitha. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia .... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Czarnoczin; valor decimae aestimatur ad unam marcam.

Villae parochiales: Czarnoczin, Tronowicze, Makarzowicze, Budzischowicze.

DZYALOSCHICZE.

Oppidum habens ecclesiam parochialem, lapide muratam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres Johannes Czisz͡owsky de armis Polukosza. In qua sunt sex lanei speciales oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dzyaloschicze, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare optimum, de cuius agris decimatur ecclesiae in Chmyelyow, et valor decimae ad octo marcas aestimatur. Item habet ecclesia agros praediales, adiacentes agris curialibus in Chmyelyow; item habet pratum unum dictum Poszwyathne, sub villis Podgaye et Brunowicze. Item habet laneum unum in tres campos divisum, in villa Jastrzambniky, dictum Poszwyathne. Item habet quatuor piscinas retro curiam plebanalem sitas.

SZYSCZICZE, villa sub parochia de Dzyerząsna sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur ...... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Dzyaloschicze, et valor eius aestimatur ad decem marcas.

PODGAYE, villa sub parochia Scarbimiriensi sita, cuius haeres Petrus Morawyecz de armis Powala. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia et canonicis Scarbimiriensibus, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, item una taberna habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Dzyaloschicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi molendinum, sed non habet agros.

PIROCZICZE, villa sub parochia de Dzyaloschicze sita. In qua sunt lanei ..... Item est in eadem villa, unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Dzyaloschicze. Valor decimae ad tres marcas aestimatur.

DZYEWYACZICZE, villa sub parochia de Wolicza sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis .... Item est ibi unus campus seu ager, de quo decimatur ecclesiae in Dzyaloschicze, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item praedia decimant ecclesiae in Wolicza, et valor decimae ad quatuor marcas.

Villae parochiales: oppidum Dzyaloschicze, Chmyelyow, Piroczicze.

WOLICZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres ..... de armis Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur ...... Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Wolicza, cuius valor aestimatur ad unam

marcam. Item ecclesia habet pro suo praedio agros liberos, et pratum agris suis contiguum.

Dzyewyaczicze, villa sub parochia de Wolicza sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur ..... Item habet praedia militaria, de quibus decimatur pro ecclesia in Wolicza, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Villae parochiales: Wolicza, Dziewyaczicze.

Stradow alias Zastampow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius haeredes et patroni Christopherus Schaffranyecz ratione uxoris de armis Antiquorum Equorum, Aegidius de Schudol de armis Habdank et Stanislaus Romak de armis ..... In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unicum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stradow, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item habet ecclesia agros praediales bonos, liberos et prata; item habet unam hortulaniam habentem agros, quae solvit eidem pro censu mediam sexagenam; item habet duo gaya, unum inter haeredis gaya, et aliud post monticulum dictum Mogilka.

Malzicze, villa sub parochia de Stradow sita cuius haeredes Stanislaus Sikora, Stanislaus Romak..... In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stradow, et valor eius ad tres marcas.

Czislicze, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeredes ratione uxorum Otho Plyechowsky de armis Bippennium et Andreas Chlyewiczky de armis Odrowansch. Item praedia duo militaria, unum decimat in Czarnoczin, aliud vocatum ...., quod est Johannis .... viczky de Stradow, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stradow, et valor eius aestimatur ad octo marcas. In qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros; de medietate autem huiusmodi laneorum, percipit decimam praepositus Vislicensis, de altera vero medietate ecclesia in Stradow.

Byeglow, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeres Aegidius Sudolsky de armis Habdank. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, et valor eius aestimatur ad tres marcas, et de tribus laneis solvitur decima in Stradow, de duobus vero laneis tollit eam praepositus Vislicensis. Item sunt ibi duo campi post stratam publicam, eundo in Scarbimiriam, de quibus decimatur ecclesiae in Dzierzaszna.

Michalowicze, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeres

Korzensky de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Stradow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Milawczicze, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeres Johannes Naszyon de Ostrowcze de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales sex, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, praepositurae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Stradow, et valor eius ad quinque marcas aestimatur.

Dambyani, villa sub parochia de Stradow sita, cuius haeres Nicolaus Kyelczowsky de domo Habdank. In qua sunt lanei cmethonales item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dzyerzaszna, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item sunt ibi quaedam arva, de quibus decimatur ecclesiae in Stradow, et valor decimae ad unam marcam. Item praedium unum militare, de cuius agris decimatur .....

Villae parochiales: Stradow sive Zastampow, Malzicze, Czuslicze, Michalowicze, Byeglow, Milawczycze, Dambyani.

Kazimiria Minor.

Villa habens ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius haeredes: nobiles Casimirszcy .... de domo Vibersthen, item .... de Zagorzycze de eadem domo Vibersten, et habent inter se alternatas vices, super iurepatronatus ad ecclesiam praefatam. In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna, item hortulania, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Parva Casimiria, et valor eius aestimatur ad marcas viginti. Item habet tabernam unam habentem agros, de qua dantur ecclesiae pro censu quatuor marcae annuatim. Item habet unam hortulaniam habentem agros, unum diem septimanatim plebano laborantem, item agros praediales sufficientes; item pratum unum circa fluvium Nidzicza, prope Jakuschowicze villam, item habet decimam manipularem totam de agris cmethonalibus et nobilium, adiacentibus haereditati Parvae Casimiria in valore sex marcarum, et coluntur praefati agri pro curia in Gyebolthow, et aliqui per cmethones de Gyebolthow, et agrorum praefatorum villae dum erant cultae, quae nunc sunt desertae, vocabantur Oldowyecz et Oszmolicze.

Gyebolthow, villa sub parochia de Parva Casimiria sita, cuius haeres Stanislaus Ligąza de armis Polukosza. In qua sunt lanei cmethonales,

item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad sedecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Minori Casimiria, et valor decimae aestimatur ad sex marcas.

Jakuschowicze Maior, villa sub parochia de Minori Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Minori Casimiria, et valor eius aestimatur ad .....

Jakuschowicze Minor, villa sub parochia de Minori Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad duas marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, post quod, et post cmethones, decimatur ecclesiae in Parva Casimiria.

Bronyschow, villa sub parochia de Parva Casimiria sita, cuius haeres Johannes Smok de domo Polukosza. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi dicta Wawrzynyeczska, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur in Parva Casimiria, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Zyemlicze, villa sub parochia de Parva Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae...; item in eadem villa praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Parva Casimiria, cuius valor ad septem marcas aestimatur.

Mikolayow, villa sub parochia ecclesiae de Parva Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Parva Casimiria; valor decimae ad duas marcas aestimatur.

Stropyeschin, villa sub parochia de Parva Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Parva Casimiria; valor decimae ad tres marcas.

Zagaiow, villa sub parochia de Parva Casimiria sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Item praedium est ibi militare, quod decimat ecclesiae in Chelm, in terra Syradiensi, sed ecclesia in Minori Casimiria habet super eam munimenta.

Zbilyuthowicze, villa sub parochia de Minori Casimiria sita, cuius haeredes Stanislaus......, item Konwa de armis Streparum. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Minori Casimiria, et post omnia praedia nobilium ibi manentium, et valor decimae ad quinque marcas aestimatur.

Mlogolicze, villa sub parochia de Parva Casimiria sita, una cum duabus tabernis habentibus agros, ad Podolyani spectantibus. In qua est praedium militare, de cuius agris et praefatarum tabernarum, iuxta fluvium Nidzicza sitarum, solvitur decima manipularis ecclesiae in Parva Casimiria, cuius valor ad duas marcas.

Villae parochiales: Parva Casimiria, Gyebolthow, Jakuschowicze Maior, Jakuszowicze minor, Bronyschow, Zyemlicze, Mykolayow, Stropyeschin, Zagayow, Zbiluthowicze, Mlogolicze.

Magna Pyassek.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, albo lapide, per Spiczmyerum castellanum Cracoviensem de armis Lyeliwa, muratam, et Sanctae Catherinae dicatam, cuius unicus haeres et patronus Spithko de Melsthyn de armis Lyeliwa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis per sex grossos solvitur ecclesiae parochiali Omnium Sanctorum in Cracovia, plebano mediae partis. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pyassek, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item habet ecclesia unum laneum integrum liberum, pro suo praedio et cultura, una cum pratis ad illum pertinentibus. Item habet gayum in eadem villa, dictum Narth. Item habet duas tabernas in praefata Magna Pyassek, habentes agros, et quaelibet solvit sibi pro censu annuo unam marcam.

Cobilniky, villa sub parochia de Scarbimiria sita, cuius haeres ratione uxoris Ostasius de domo Lyewarth. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Wawrzynyeczska, et valor eius ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium

militare, item una taberna, habens agros ex praedio largitos, item quatuor hortulaniae, habentes agros ex praedio largitos, item tria molendina habentia agros, ex praedio largitos,, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae de Magna Pyassek, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

ZAGAYOW, villa sub parochia de Magna Pyassek sita, cuius haeres Spithko de Melsthin de armis Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item non est in eadem villa praedium, neque hortulaniae. Item est una taberna habens agros, ad proprietatem plebani de Magna Pyassek pertinens, de qua sibi censuat singulis annis duas marcas.

Villae parochiales: Magna Pyassek, et Zagayow, et in utraque villa, solvitur columbatio per grossum de laneo, pro plebano.

ZBOROW alias BASCHOWA EPISCOPALIS.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanctis Nicolao et Aegidio dicatam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem hortulaniae habentes agros et hortos, de quorum agris et hortis solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ecclesia in Zborow habet agros proprios et prata, item habet unam tabernam habentem agros, quae solvit plebano pro censu annuo duas marcas; item habet duas hortulanias, et quaelibet laborat diem in septimana. Item habet lacum et sylvam dictam Koczowa, ex altera vero parte sylvae, sunt prata dictae ecclesiae. Item ecclesia habet lacum proprium, secus lacum cmethonum de Biskupicze, et nullus alius habet proprietatem in dicto lacu, nisi solus plebanus.

XANGNICZE, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres.... Zabyorowsky de armis Ostoya. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae tres habentes agros; de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi praedia militaria, de quorum agris, decimatur ecclesiae in Xangnicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

KARSY PARVA, villa sub parochia de Janina sita, cuius haeredes Thomas Karsky de armis Habdank, et Johannes Korzenyowsky de armis Janina. In quibus non sunt lanei cmethonales, sed sunt hortulaniae habentes agros, in quamlibet hortulaniam distinctos, de quorum agris decima diversificatur; nam de sex hortulaniis percipit decimam ecclesia in

Zborow, et valor eius ad unam marcam, de duobus vero praediis militaribus, in eadem villa existentibus, et post tres hortulanias, percipit eam ecclesia in Janina, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

KARSZY MAIOR, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Paczanowsky de armis Gyelitha. In qua sunt duo lanei tantum cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Zborow, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam; ad decimam autem canapalem de consvetudine, non tenentur. Praefati autem duo lanei, siti sunt secus publicam stratam, quae ducit de Paczanow in Xagnicze.

WOLYCZA BYECHOWSKA, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zborow, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

WOYECZKA, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes de Rithwani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

BYECHOW, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeredes: Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis de armis Accipitrum, et Nicolaus Byechowsky de armis Powala. In qua sunt viginti lanei cum medio in parte Johannis Rithwensky, item hortulaniae, item quinque tabernae habentes agros, item duo molendina habentia agros, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item in parte Nicolai Byechowsky viginti hortulaniae habentes agros, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus decimatur etiam ecclesiae in Zborow in *gonithwam*. Item ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Byechow.

Villae parochiales: Zborow, Sczebrzusch, Orlyecz, Biskupicze.

PACZANOW.

Oppidum habens ecclesiam muratam partim latere, partim lapide in se, cuius haeredes Florianus et Petrus germani, filii olim Floriani subdapiferi Cracoviensis, et Petrus frater eorum patruelis germanus, de armis Gelytha. Quam quidem ecclesiam ad honorem Beati Martini confessoris, Maurus Cracoviensis episcopus ad petitionem Seminiani patroni dedicavit, et octo decimis manipularibus de mensa episcopali dotavit, prout in privilegio, cuius exemplar subnectimus, latius continetur. In quo oppido non sunt lanei oppidanorum, sed agri in pecies distincti, de quibus solvitur decima manipularis

et canapalis pro ecclesia in Paczanow, et valor eius aestimatur ad ... Item sunt in eodem oppido duo praedia militaria, unum duorum fratrum videlicet: Petri et Floriani germanorum, aliud praefati Petri Sanczignyewsky de eisdem armis Gelitha, de quibus omnibus solvitur decima manipularis tam de canapo, sicut de lino, sicut et de aliis frumentis ecclesiae et plebano in Paczanow, et valor eius ad ...... Item de eisdem praediis tenentur haeredes dare plebano decimum caseum, decimum agnellum, decimum porcellum. Item de lacubus Petri Sanczignyewsky datur plebano decimus piscis. Item habet plebanus in eodem oppido duo macella, quae pro annuo censu solvunt ..... Item habet plebanus duas hortulanias in suburbio, quarum quaelibet annuatim solvit sex grossos, et laborat diem in septimana. Item in eodem suburbio habet plebanus annuatim de tribus areis, de qualibet tres grossos.

Nyegoslawycze, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Petrus et Florianus Paczanowsky. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano eius in Paczanow, et valor eius .....

Sczeglin, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes pro media parte Petrus et Florianus de Paczanow; medietas autem villae praefatae ad plebanum de Paczanow perpetuo pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, quatuor videlicet Petri et Floriani haeredum, et quatuor plebani in Paczanow. Item sunt ibi duo praedia, unum militare, et aliud plebani de Paczanow, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Paczanow, et valor eius aestimatur ad .... Item est in eadem villa lacus, quem haeredes habent medietatem et plebanus medietatem, ita quod haeredes piscantur quando volunt et plebanus quando vult, super quem lacum habet plebanus privilegium speciale.

Sgorszko, villa sub parochia de Myelyecz, cuius haeredes Petrus et Florianus Paczanowsczy de armis Gelitha. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Paczanow, cuius valor .....

Zabyerz, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Sanczignyewsky de armis Gelitha. In qua non sunt lanei cmethonales, sed agri in partes distincti, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Paczanow, et valor eius aestimatur ad ....

Slup, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Groth Nicolaus et Skubysch de armis ...... In qua non sunt lanei, sed agri in portiones divisi. Item sunt ibi praedia tria militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Gnoyno, cuius

valor ..... Item est ibi campus unus, de quo decima tollitur pro ecclesia in Paczanow. Item Petrus et Florianus Paczanowsczy habent in eadem villa campum unum proprium et liberum, de cuius agris dant decimam ecclesiae in Paczanow, quam modernus plebanus dominus Wisliczky canonicus Cracoviensis, de speciali devotione dat vicariis, ratione cantus missae maturae de Beata Virgine.

Karsi, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Petrus Sanczignyewsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi campus unus, de quo decimatur pro ecclesia in Paczanow.

Quaschow, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt lanei cmethonales...; item habet in eadem villa plebanus de Paczanow unum cmethonem proprium et liberum, et ad quem haereditarius dominus nihil habet, qui ei solvit pro annuo censu tres fertones, et laborat diem in septimana. Item in eadem villa de certis agris, solvitur decima vicariis in Paczanow, qui semper habentur tres.

Villae parochiales: Paczanow oppidum, Nyegoslawicze, Sczeglin, Sroczkow, Karsi utraque, Rathaye, Slup, Zabyerz.

Xangnicze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sanctae Margarethae virgini dicatam, cuius haeredes: Johannes Zabyorowsky de armis Ostoya, ...relicta Aegidii de armis Awdancze, Thomas et Nicolaus germani de armis Janina, Nicolaus de Radzanow de armis Awdancze, Aegidius de Schudol de armis Awdancze..., consors Christopheri Schaffranyecz de Zastampow de armis Bippennium. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Zborow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi praedia militaria, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item habet ecclesia agros praediales, paucos tamen, prata nulla.

Karsy Minor, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Thomas Karsky de armis Habdank et Johannes Korzenyowsky de armis ...... In quibus non sunt lanei cmethonales, sed sunt hortulaniae, de quibus et de quorum agris decima diversificatur; nam de sex hortulaniis percipit decimam ecclesia in Zborow, et valor eius ad unam marcam aestimatur, de duobus vero praediis militaribus, in eadem villa

existentibus, et post tres hortulanias, percipit eam ecclesia in Janina, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Borzinow, villa sub parochia de Olyeschnicza sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Olyeschnicza, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Gora, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item praedium militare.

Vilkovigye, villa sub parochia do Czyrnin sita, cuius haeredes Florianus et Petrus Paczanowsczy de armis Gelitha. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Czyrnin, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Volicza, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ... Item praedium militare.

Podlyeschye, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium militare.

Radzanow, villa sub parochia de Dobrowoda sita, cuius haeres Nicolaus de domo Habdank. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chotel, villa custodis Visliciensis, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est in eadem villa curia militaris una, quae iure parochiali non ad Dobrowodam, sed ad Busko pertinet, habens agros praediales bonos, in tres campos divisos, de quibus post unum campum iuxta torrentem, qui vadit de Owczary in Holucza, solvitur decima manipularis pro monasterio in Busko, de residuis vero praediis praedii praefati, solvitur decima in Xagnicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Zastampow, villa habens in se ecclesiam parochialem Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius haeredes et patroni: Christopherus Schaffranyecz ratione uxoris de armis Antiquorum Equorum, Aegidius de Sudol de armis Habdank et Stanislaus Romak..... In qua sunt septem lanei

cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Stradow, et valor eius ad septem marcas. Item est ibi praedium militare, quod decimat in Xagnicze, valor decimae ad duas marcas.

SUDOL, villa sub parochia de Dzyerzaszna sita, cuius haeres Aegidius Sudolsky de domo Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyerzasna, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Xagnicze, et valor decimae aestimatur ad marcam cum media.

NYEGLOWICZE, villa sub parochia de . . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . . Item est in eadem villa praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Xagnicze, et valor decimae ad unam sexagenam aestimatur.

Villae parochiales: Xagnicze . . . . .

Praebenda in Xagnicze.

Habet ecclesia in Xagnicze unam praebendam perpetuam, cuius nunc praebendarius est Nicolaus presbyter de Janina; cuius patroni Johannes Zabyerzowsky de domo Ostoya, Dobeslaus de Chlewiska de domo Odrowansch, Nicolaus et Johannes Plechowsczy de domo Bippennium, Absalon de Crampicze de domo Topor, Nicolaus de Budzisszowicze de domo Habdank, et praebenda ipsa habet proventus infrascriptos.

In villa praefata Xangnicze habet praedium distinctum in campos, ad duos laneos agrorum aestimatum, et de agris huiusmodi solvitur decima manipularis ecclesiae in Xagnicze . . . . .

SWINARI.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . . . dicatam, eius nunc plebanus Mathias de Blogye presbyter, cuius haeres unicus et patronus Johannes Zakrzowsky de armis Gelitha. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczuczyn, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Swinari. Item habet ecclesia unum pratum, iacens in merica inter fluvios Strumyen et Przekopa, et prata huiusmodi mediat via Janowska.

Wloschinowicze, villa sub parochia de Swinari sita. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Swinari, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Solyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Hanc decimam Johannes episcopus Cracoviensis de consensu sui capituli anno Domini 1346. ecclesiae in Swinari donavit.

Parchoczin, villa sub parochia de Swinari sita iuxta Vislam. In qua sunt......., de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad octo scotos.

Villae parochiales: Swinari, Wloschinowicze, Parchoczin.

Solyecz.

Villa habens ecclesiam parochialem, Sanct......., lapide muratam, cuius unicus haeres ct patronus Johannes Felix Tharnowsky de armis Lelywa. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Solyecz, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item habet ecclesia duos laneos praediales et duo prata. Item habet piscinam, item habet unam tabernam habentem agros, et solvit plebano pro censu annuo ..... Item habet unam hortulaniam habentem agros, et laborantem unam diem in septimana.

Janow, villa sub parochia de Solyecz sita. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Solyecz, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item praedium .....

Zborow, villa sub parochia de Solyecz sita, cuius haeres Petrus Zborowsky de armis Jastrzambcze. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gorzycze prope Sandomiriam, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Solyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wloschinowicze, villa sub parochia de Swinary sita. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Swinari, et valor eius ad quatuor marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Solyecz, valor decimae duarum marcarum.

Zagorzani, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres Mathias de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Solyecz, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Hinkow, villa sub parochia de Ostrowcze sita. In qua sunt ....., de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Solyecz, et valor eius unius fertonis.

Slupyecz, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Solyecz; valor eius ad unam marcam.

Czyeskowi, villa sub parochia de Probolowicze sita, cuius haeres Johannes Rapsthinsky de armis Bippennium. In qua sunt sex lanei cmethonales, item taberna Nadrosznicza habens agros speciales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi praedium unicum militare, quod decimat ecclesiae in Solyecz, cuius decimae valor aestimatur ad duas marcas.

Lissa Gora, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, et solvunt decimam pecunialem pro ecclesia in Solyecz... de laneo ....

Powązow, villa sub parochia ..... sita. In qua decima, ad mediam marcam se extendens, solvitur ecclesiae in Solyecz.

Zukow, villa sub parochia de Solyecz sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi praedium unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Solyecz, cuius valor ad unam sexagenam.

Villae parochiales: Solyecz, Janow, Zborow, Zukow, Powązi, Welnin.

Ostrowcze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, quam Johannes Naszyon praepositus Visliciensis albo lapide fabricavit; cuius haeres Johannes Naszyon de armis Bippennium. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item unum praedium militare, item una taberna plebanalis habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae in Ostrowcze, cuius valor ad sex marcas. Item ecclesia habet tabernam, de qua datur sibi una marca cum media, item habet agros praediales et duo prata.

Gorna Wolya, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres

Johannes Naszyon nobilis de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimae perceptio variatur; nam de agris versus Novam Civitatem sitis tollit illam episcopatus Cracoviensis, et valor eius ad unam marcam, excepto uno stadio ab horreis se protendente, de quo tollit plebanus in Ostrowcze, in altera vero parte, versus Zagorzani et Zegoczin se protendente, tollit illam plebanus in Ostrowcze, praeter duos laneos, et valor decimae pro plebano, aestimatur ad duas sexagenas.

Zagorżani, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres Mathias de armis Bippennium. In qua de praedio militari ex aliquibus agris, et de duobus stadiis cmethonalibus, decimatur pro ecclesia in Ostrowcze, et valor eius ad octo scottos. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae in Bolęslaw, et valor eius ad unum fertonem.

Villae parochiales: Ostrowcze, Zagorzani, Gorna Wolya, Zegoczin, Hinkow, Pawlow, Breskow, Breskowska Wolya.

Sczuczin.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, in honorem Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius haeredes et patroni: Florianus et Petrus de Paczanow de domo Gelitha, Petrus de Smogorzow de domo .... et Kykowsczy de domo ...... Habet ecclesia agros ex utraque parte viae, quae ducit in Slupyecz. Item habet stagnum iuxta Vislam, dictum Gadka proprium et liberum. Item habet certa fossata, seu alveos aquarum, alias *wanthoky*, unum versus Vislam, aliud versus stagnum haeredis, quod iacet sub eadem villa. Item in eodem stagno habet obstaculum, post tracturas sagenae versus occidentem. Item habet fossatum, alias *wąthok*, inferius ab eodem obstaculo, protendens se versus occidentem. Item habet ex eodem lacu sive stagno decimum piscem, per casses sive sagenas captum. Item in eadem villa sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item praedium. ....

Swinari, villa habens ecclesiam parochialem in se, ... dicatam, cuius plebanus Mathias de Blogye presbyter, cuius haeres unicus et patronus Johannes Zakrzowsky de armis Gelitha. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczuczin, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, quod decimat ecclesiae in Swinari, et valor eius ad ......

Szmogorzow, villa sub parochia de Sczuczin sita. In qua sunt lanei

cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Sczuczin, et valor eius ad tres marcas. Item in eadem villa Szmogorzow, habet ecclesia in Sczuczin unum cmethonem, habentem laneum, qui censuat ecclesiae in Sczuczin tres fertones, et decimat de omnibus agris ecclesiae in Sczuczin, et decima aestimatur ad unam marcam. Item tenetur eidem laborare, et *syep* solvere, tres videlicet choros mensurae confertae tritici, et tres avenae, seu siliginis, etiam confertae. Item duos capones, quatuor caseos, triginta ova.

Topolya, villa sub parochia de ...... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus .... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Sczuczin, cuius valor ad tres marcas. Item habet in eadem villa Topolya agros, seu arva certa sub piscina curiali, ex utraque parte fluvii iacentia versus Stobniczam.

Dalostowicze, villa sub parochia .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Sczuczin, et valor eius ad unam marcam.

Lyubasch, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima in Sczuczin, cuius valor aestimatur ad unum fertonem.

Syedliszka, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur in Sczuczin, et valor decimae ad unum fertonem aestimatur.

Rathagye, villa sub parochia de ...... sita. In qua est campus dictus Blonye, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Sczuczin, et valor eius ad unum fertonem aestimatur.

Slupyecz, villa sub parochia de Sczuczin sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad duas marcas. Item est ibi praedium militare, et cmethones atque agri ex altera parte Vislae iacentes, de quibus decimatur ecclesiae in Sczuczin, et valor decimae ad unum fertonem aestimatur.

Kasschina Wolya, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima in Sczuczin, et valor eius ad unam marcam.

Villae parochiales: Sczuczin. . . . .

Olyeschno.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, in honorem Sanctae Cathe-

rinae Virginis et martyris dicatam, cuius haeredes et patroni Stanislaus Kyelbassa de armis .... et Stanislaus Ligąza de armis Polukoza. Habet ecclesia laneum agri progressive ab horreo domus, versus meridiem, et habet prata modica, inter eosdem agros. In qua quidem villa sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro .... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Olyeschno, valor decimae unius fertonis.

Bren, villa sub parochia de Olyeschno sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ecclesiae in .... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Olyeschno, et valor decimae aestimatur ad unam marcam.

Chrosczina, villa sub parochia de Gorzkow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Olyeschno, et valor decimae ad unam marcam aestimatur.

Smogorzow, villa sub parochia de Olyeschno sita. In qua sunt certi agri scolteti et cmethonum, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Olyeschno; valor eius ad mediam marcam aestimatur.

Szvarzow, villa sub parochia ecclesiae de Olyeschno sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Olyeschno, et valor eius ad mediam marcam.

Wyelyopolye, villa sub parochia ecclesiae de Olyeschno sita, cuius haeres Stanislaus Ligąza, de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur ..... Item est praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Olyeschno, et valor eius ad unum fertonem aestimatur.

Borek, villa sub parochia ecclesiae de Olyeschno sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima in Olyeschno; et valor eius aestimatur ad unum fertonem.

Groschow, villa sub parochia de Dambrowa sita. In qua ecclesia de Olyeschno habet piscinam liberam et propriam, in fine villae, eundo ad Myelyecz.

Dambrowa.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, in honorem Omnium Sanctorum dicatam, cuius haeredes et patroni Stanislaus Ligąza, Martinus Sopichowsky de armis Polukosza, Stanislaus Nyemstha de armis Accipitrum, et Petrus et Andreas de Czarnkow de domo Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dambrowa, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item habet ecclesia pro suo praedio duos laneos, progressive ab horreo plebanali ad orientem protensos, et prata eisdem immixta, una cum piscina in dictis agris sita. Item habet unam tabernam in praefata villa, habentem agros,

quae censuat ecclesiae duas marcas, et unum octuale cervisiae, pro festo Nativitatis Christi. Item braxat plebano pro qualibet necessitate et tempore cervisiam, absque pretio. Item quoties mactat aliquod pecus, tenetur dare plebano quartam partem dono. Item quoties ducit cervisiam, de civitate emptam, aut quoties per se braxatam propinat, tenetur plebano dare, medium quartale cervisiae. Item quando emit ab eo plebanus cervisiam, tenetur eam sibi remissius dare uno grosso, quam cmethonibus, aut caeteris exteris hominibus; et quoties medium quartale cervisiae recipit, tenetur uno denario levius sibi illud, quam aliis dare. Item quoties braxat cervisiam, tenetur plebano unam tinam siligarum dare. Item tenetur falcastrare totum pratum solus plebani, quod est penes tabernam.

Brnik, villa sub parochia de Dambrowa sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item est ibi scoltetia habens agros, de quibus decimatur ecclesiae in Dambrowa, et valor decimae aestimatur ad unam marcam.

Groschow, villa sub parochia de Dambrowa sita. In qua est scoltetia habens agros, de quibus decimatur ecclesiae in Dambrowa, et valor decimae aestimatur ad unam marcam.

Czarnkow, villa sub parochia de Korczin sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Dambrowa, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Sopichow, villa sub parochia de Strozіska sita, cuius haeres .... de armis Polukoze. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur .... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Dambrowa, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

Badzimiszke, villa sub parochia de ....., versus Ropczicze sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dambrowa, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, de quo etiam decimatur in Dambrowa; valor decimae ad tres marcas.

Olchawa, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei..., item est ibi praedium militare, de quo solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Dambrowa, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Bolyeslaw.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Adalberto martyri et pontifici dicatam, cuius haeres Johannes Lipniczky de armis Polukosza, cuius plebanus Stanislaus Cracovita baccalaureus, et habet ecclesia infra scriptos proventus: et primo, agros praediales proprios pro

sua cultura, item habet duo obstacula in lacu haeredis dicto Vislka. Item in eadem villa sunt lanei cmethonales, vel potius agri partiales, non in laneos, sed in peties distincti, et separatim iu locis eminentioribus extirpati, item est ibi unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item habet ecclesia in eadem villa lacum proprium liberum, qui dicitur Lubyeschowo.

Szwyebodzin, villa sub parochia de Boleslaw sita, cuius haeres Johannes Lipniczky de armis Polukosza. Jn qua sunt agri cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Bolyeslaw, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium non est ibi.

Grandi, villa sub parochia ecclesiae de Boleslaw sita, cuius haeres Johannes Wyelowyeczky de armis Polukosza. In qua sunt agri cmethonum, in peties non in laneos distincti, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item non est ibi praedium. Item plebanus de Boleslaw habet ibi columbationem.

Madrzechow, villa sub parochia de Boleslaw sita, cuius haeres Johannes Wyelepniczky de armis Polukoza. In qua non sunt lanei emensurati sive distincti, sed sunt in illa decem cmethones habentes agros, secundum magis aut minus, neque ordinate illos colentes, sed pro proprio arbitrio et voluntate, de quibus omnibus solvunt, solvereque tenentur decimam manipularem, vicariae praebendae Visliciensis, quae dicitur Stroziczska, et in horreum conducere a vicario locandum. Verum quia villa praefata in loco basso sita, et fluvius Visla undis et alluvionibus inflatus, frequenter eius segetes devorat, incolae villae praefatae, ex pacto cum vicario pro tempore inito, solvunt sibi pro villa et eius iure, annis singulis duas marcas. Item in eadem non est praedium militare, neque taberna, neque hortulania, columbationem tantum habet ibi plebanus de Boleslaw.

Brzesznicza, villa sub parochia de Boleslaw sita, cuius haeres idem Johannes Lipniczky de armis Polukosza. In qua sunt tres cmethones, piscator, de quibus plebanus de Boleslaw tollit columbationem, et decimam manipularem episcopatus Cracoviensis.

Cana, villa sub parochia de Boleslaw sita, cuius haeres Johannes Lipniczky praefatus. In qua sunt sex cmethones, de quibus plebanus in Boleslaw tollit columbationem et decimam manipularem, et valor eius ante tempora aestimabatur ad septem marcas, sed per inundationem aquarum absorpta videtur.

Zamoczicze, villa sub parochia de Boleslaw sita, cuius proprietas

ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua quinque cmethones, de quibus plebanus de Boleslaw tollit columbationem, decima vero manipularis solvitur episcopo Cracoviensi.

Sczithnyky, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius haeres Johannes Mlodzyeowsky de armis Starykon. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Stroziska. Item est ibi taberna una habens agros.

Czobakow, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius proprietas ad plebanum de Stroziszka pertinet. In qua sunt lanei sex cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro ecclesia in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium plebani de Stroziska, de quo plebanus non solvit decimam, sed eam pro se tollit.

Zegoczyn, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres Mathias Zagorzansky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium non est in eadem villa.

Hinkow, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres Mathias Zagorzansky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non est praedium ibi.

Zagorzany, villa sub parochia de Ostrowcze sita, cuius haeres idem Mathias Zagorzansky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Boleslaw, post unum campum, et valor eius ad unum fertonem aestimatur. Item praedium est ibi, de cuius agris, et etiam de agris duorum cmethonum, decimatur ecclesiae in Ostrowcze, et valor eius aestimatur ad octo scottos; item ecclesia de Solyecz post unum campum secundum, post tertium vero campum ecclesia de Gorinicze.

Szmyechowycze, villa sub parochia de Samborzecz sita, cuius haeres Dobeslaus de armis Polukosza. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item hortulania una, item taberna una habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Samborzecz, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Boleslaw, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Villae parochiales: Boleslaw, Szwyebodzin, Grandi, Madrzechow, Brzesznicza, Cana, Zamoczicze.

STROZYSZKA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, lapide albo per Michaelem haeredem de Stroziska militem de domo Polukosza pulcherrimo opere fabricatam, et Sanctis Omnibus dicatam; cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro canonicatu et praebenda Visliciensi, quae vocatur Stroziczska, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est ibi praedium unum regale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Stroziska, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Plebanus autem dictae ecclesiae nunc est Johannes Wantrobka de Strzelcze nobilis de domo Okscha. Item habet plebanus ibi curiam et hortum ad se pertinentem, habet etiam in eadem villa *niwam* propriam bonam. Item est in eadem villa seorsum domus vicariorum et schola. Item habet ibi plebanus quoddam spatium, in quo ut aliqui asserunt, prius fuit piscinula plebani.

CZOBAKOW, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius proprietas ad plebanum de Stroziska pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Boleslaw, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium plebani de Stroziska, de quo plebanus non solvit decimam, sed eam pro se tollit, tenetur autem quilibet cmetho, de medio laneo solvere plebano pro censu annuo, mediam marcam. Item quilibet cmetho tenetur solvere plebano mediam marcam de fluvio Nida, quem appretiant apud eum. Item habet plebanus in eadem villa prata magna et bona, inter tamen alia, unum quod vocatur magnum, tenentur cmethones plebano falcastrare, congregare et in horreum plebani propriis curribus conducere, ita tamen, quod plebanus debet eis dare duo octualia cervisiae. Item cmethones in eadem villa tenentur laborare unam diem de laneo plebano in septimana. Item habet plebanus duas sylvas parvas in eadem villa. Item cmethones de eadem villa solvunt castro Novae Civitatis unam sexagenam, et laborant aliquot dies in anno, et hoc propterea, ut habeant liberam sectionem, et plebanus, lignorum ad ignem, et ad omnia necessaria sua in sylvis regiis.

UCZYESZKOW, villa sub parochia de Stroziska consistens, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Visliciensi, quae appellatur Stroziczska,

et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Byedrzichowycze, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius haeres Johannes Rithwensky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de quo decima, licet iure ad plebanum in Stroziska pertineat, attamen violenter per praefatum dominum Rithwyensky ablata est, et monasterio Banschowiensi donata.

Byedrzichowska Wolya, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky de armis Accipitrum. In qua sunt lanei, sed omnes deserti propter aquae penuriam, de quibus decima trifarie solvitur si coluntur; nam una pars cedit pro episcopo Cracoviensi, alia pro praebenda Visliciensi appellata Stroziczska, tertia pro . . . . Item non est ibi praedium, neque taberna, neque hortulania.

Wysznyowa, villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius haeredes Raphael et Spithko de Jaroslaw. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Stroziska, de quolibet laneo per fertonem.

Gorky, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis de domo Accipitrum. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, inclusa taberna, quae colit unum laneum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, quae appellatur Stroziczska, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, solum plebanus de Stroziska habet ibi columbationem.

Sczithniky, villa sub parochia de Stroziska sita, cuius haeres Johannes Mlodzyeowsky de armis Starykon. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Boleslaw, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Stroziska, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi taberna una habens agros.

Zochow, oppidum habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Marco Evangelistae dicatam... Item plebanus in Stroziska tollit decimam manipularem et canapalem pro se, post praefatum oppidum Zochow, et post suburbium, et post villam Grabye contiguam suburbio.

Szyedlyecz, villa sub parochia de . . . . sita, cuius haeres Martinus Sopichowsky de armis Polukoszya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia

et plebano in Stroziska, et valor eius aestimatur ad . . . . Item est in eadem villa praedium militare, de quo decima solvitur ecclesiae in Sandzischow.

Olchawa, villa sub parochia de . . . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Stroziska. Item est ibi praedium militare, quod decimat ecclesiae in Dambrowa.

Bandzimisl, villa sub parochia de . . . sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus medietas villae solvit plebano in Stroziska decimam manipularem, et medietas pecunialem, et de quolibet laneo solvitur per octo grossos.

Dambrowa, villa . . . . medietas villae solvit plebano in Stroziska decimam manipularem, et medietas pecunialem, quilibet de laneo per octo grossos. Item est praedium militare in eadem villa, quod decimat ecclesiae et eius plebano in Trczyana.

Trczyana, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Laurentio martyri dicatam. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Stroziska, quilibet cmetho de laneo per octo grossos.

Zwyerzicze, villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Stroziska, quilibet de laneo per fertonem.

Wyerczani villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis ecclesiae in Stroziska, quilibet de laneo per fertonem.

Bistrzicza, villa sub parochia de Noczkowa sita, cuius proprietas ad castellanatum Sandomiriensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro ecclesia in Stroziska, de quolibet laneo per fertonem.

Zaszow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Clementi dicatam, cuius haeres ratione uxoris Stanislaus Thanczinsky. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis decano Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur; item de aliis quinque laneis cmethonalibus eiusdem villae, decima fertonalis pro decano... Item est ibi praebendarius, habens unum laneum, quem solus colit, de quo reddit decano decimam. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae ibidem in Zaszow.

Wyewyorka, villa sub parochia ecclesiae de Zassz ow sita, cuius haeres Stanislaus Thanczinsky ratione uxoris. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, de quibus solvitur, decima fertonalis pro decano Cracoviensi, et summa facit decem marcas. Item haeres depositis tribus cmethonibus de laneis, convertit eos in praediales, et abstulit decimam a decanatu, et decimat de illis praebendario in Zassow.

Borowa, villa sub parochia de Zassow sita, cuius idem haeres Thanczinsky ratione uxoris. In qua novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis decano Cracoviensi, cuius summa novem fertones.

Roza, villa sub parochia de Zassow sita, cuius haeredes plures, et undecim lanei cmethonales, solventes decimam fertonalem decano Cracoviensi, cuius summa tres marcae minus fertone.

Nova Civitas.

Oppidum regium iuxta fluvium Nida situm, habens ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Elisabeth viduae et electae dicatam, cuius unicus patronus Poloniae rex. Habet ibi ecclesia propriam dotem, pomerium et hortum. In quo quidem oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Nova Civitate, et valor aestimatur ad . . . . . Eius rector Paulus Nocta sacerdos. Item omnes oppidani praefati oppidi solvunt mensalia, alias *stolowe*, ecclesiae parochiali et plebano in villa Korczyn, tanquam matrici, et valor mensalium ad . . . Item est ibi monasterium fratrum minorum, latere cocto fabricatum, cuius conditionem statum et positionem in regestro monasteriorum specialiter descripsimus, quod quidem honori Beatissimi Stanislai martyris et pontificis Cracoviensis dicatum est. Item est ibi iuxta ecclesiam parochialem hospitale infirmorum.

Praebenda Novae Civitatis.

Est iuxta oppidum praefatum arx regia, a Casimiro secundo rege latere cocto aedificata, in qua est capella latere fabricata et honori Sanctae Trinitatis et Sancti Stanislai martyris dicata, de proventibus alterius ecclesiae in Korczin dotata, cuius nunc praebendarius Jacobus Strachoczsky de domo Accipitrum, qui habet propriam domum in castro, et expensas singulis annis met secundus, et tenetur ad legendum singulis septimanis . . . Et habet praefata praebenda infrascriptos proventus et decimas.

Grothnyky, villa sub parochia de Nova Civitate sita. In qua sunt lanei cmethonales de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et

canapalis pro praebenda Novae Civitatis, et valor eius ad sex marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, non sunt tabernae.

WYNARY, villa regia sub parochia de Korczin sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium regium habens agros largos, item taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Novae Civitatis, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

KORCZYN.

Villa regia, habens ecclesiam parochialem Deo et Sancto Nicolao dicatam in se, cuius chorus et sacristia albo lapide per Casimirum secundum Poloniae regem fabricata sunt; cuius unicus patronus Poloniae rex, cuius plebanus Andreas presbyter de Pabyanicze. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium regale, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Korczin, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item ecclesia habet proprios agros pro praedio et cum pratis . . .

CZARNKOW MAIOR, villa sub parochia de Korczin sita, cuius haeres Andreas Trzczyensky alias Czarnkowsky de domo Polukosza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis tantummodo; ad canapalem enim non tenentur pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Dambrowa, et valor eius aestimatur ad duas marcas, item tabernae non sunt, neque hortulaniae; item ecclesia in Korczyn habet columbationem.

CZARNKOW MINOR, villa sub parochia de Korczin sita, cuius haeredes Petrus Kanya de domo Streparum et .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, ad canapalem enim non tenentur, pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad .... Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Dambrowa, et valor decimae ad tres marcas aestimatur. Item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae. Item plebanus de Korczin habet ibi columbationem.

KSCHANI, villa sub parochia de Corczin sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales. Item praedium episcopale et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas, praeter unum laneum, ad scholastriam Sandomiriensem pertinentem, cui et censum solvit, et decimam manipularem.

Zukowycze, villa sub parochia de Korczin sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duo lanei cum medio, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Korczin, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Olyeschnicza.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Assumptioni Sanctae Mariae Virginis dicatam, cuius haeres unicus et patronus Andreas de Olyeschnicza miles de domo et familia Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olyeschnicza, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item plebanus habet proprios agros et propria prata, pro suo praedio et cultura. Item in eadem ecclesia sunt mansionarii, horas Sanctae Mariae nocturnas et diurnas cantantes, per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem ordinati et dotati. Ecclesia etiam ipsa in Olyeschnicza per ipsum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem cocto latere est fabricata, quae, dum ex incendio casuali villae consumpta fuisset, Sbigneus de Olyeschnicza episcopus Wladislaviensis nepos eiusdem cardinalis per sangvinem germanus, illam anno Domini 1477 reparavit. Mansionarii autem praefati manuales sunt et temporales, decimis manipularibus mensae episcopalis Cracoviensis infrascriptis dotati.

Sroczkow, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeres .... nobilis de domo Kopacze. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis in Olyeschnicza, et valor eius aestimatur .....

Podlyeschye, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro mansionariis in Olyeschnicza, cuius valor aestimatur ad .....

Olyeschniczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Olyeschnicza sita, cuius haeres Andreas de Olyesznicza de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Olyeschnicza, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Suchczicze, villa sub parochia de Olyeschnicza sita, cuius haeres Andreas de Olyeschnicza de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Olyeschnicza, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Krampicze, villa sub parochia de Olyeschnicza, cuius haeres Andreas de Olyesznicza de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Olyeschnicza, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Stobnicza.

Oppidum regium, a Casimiro secundo Poloniae rege fundatum, in quo est curia regia, quem locum ipse Casimirus rex singulari prosequebatur charitate. In quo est ecclesia parochialis, Sanctis Apostolis Petro et Paulo dicata, quam ipse Casimirus secundus Poloniae rex lapide quadro fabricavit, et capite Beatae Mariae Magdalenae, argento ornato, caeterisque clenodiis ornavit. Cuius nunc praepositus et rector est Johannes primus de Crayow nobilis de domo Cignorum. In quo quidem oppido sunt lanei, item praedium regium sufficientes agros habens, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura in Stobnicza, cuius valor aestimatur ad triginta marcas. Item habet praepositus speciales agros pro suo praedio. Item est ibi suburbium sub eodem oppido, de cuius agris solvitur decima pro praeposito in Stobnicza, cuius valor ad quadraginta marcas.

Byaloboze, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt octuaginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Stobniczensi, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas.

Gorne Klyampycze, haeres Sroczkowsky de domo Kopaczowye, et ista villa etiam est sub parochia de Stobnicza. In qua sunt lanei cmethonales, item est praedium militare in eadem villa, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Stobnicza, cuius valor aestimatur ad triginta marcas.

Klyampicze, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Stobniczensi, et valor eius ad triginta marcas aestimatur.

Metel, villa sub parochia de Stobnicza. In qua haeredes et nobiles de domo Trzasky et Ogonowye agros cmethonales occupant, et in eis resident, et solvunt decimam manipularem et canapalem pro praeposito Stobniczensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Maczkowa Wolya, villa sub parochia de Stobnicza, cuius haeres Johannes Woischik nobilis de domo Powalya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis

pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, item scoltetia habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Stobnicza, cuius valor ad unam sexagenam aestimatur.

Sklyanow, villa sub parochia de Stobnicza, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicario in Stobnicza, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

Kykow, villa sub parochia ecclesiae de Stobnicza, cuius haeredes Martinus cum fratribus germanis Zborzensczy de domo Accipitrum. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus medietas decimae tollitur pro praeposito in Stobnicza et medietas pro plebano in Dobrowoda.

Topolya, villa sub parochia de Stobnicza, cuius haeres Johannes Topołsky de domo et armis Powalya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Stobnicza, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris decimatur pro ecclesia in Sczuczin, cuius valor ad decem marcas.

Smogorzow, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius haeredes Nicolaus, Petrus, patruus germanus, cum nepote Smogorzowsczy de armis Powalya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro medietate episcopatui Cracoviensi, reliqua vero medietas tollitur pro praeposito, et valor eius ..... Item sunt in eadem villa tria praedia militaria, de quibus medietas decimae solvitur pro ecclesia in Sczuczin, et medietas pro vicariis de Stobnicza.

Prussi, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur mansionariis in Stobnicza.

Cuchari, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius haeres Hinok de Zagorzani. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Dzyaloschicze, et valor eius aestimatur ad .....

Skrobaczow, villa sub parochia de Stobnicza, cuius haeredes Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis, et Johannes Kulka de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima partim solvitur episcopo Cracoviensi, et partim mansionariis in Stobnicza pro maiori parte.

Falanczin, villa sub parochia de Stobnicza, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro medietate episcopatui Cracoviensi, et pro altera medietate tollitur pro mansionariis in Stobnicza.

Zdzyeslawicze, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius haeredes Szulek, Petrus et Nicolaus de domo Powalya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus partim decimam tollit episcopus Cracoviensis, partim plebanus de Byechow, et partim mansionarii de Stobnicza eam percipiunt.

Czizow, villa sub parochia de Stobnicza sita, cuius haeredes Stanislaus, Nicolaus et Johannes fratres, de armis Ogoni et de domo Roza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae in Cargow, post certos vero agros percipiunt eam mansionarii in Stobnicza.

Gnoyno.

Villa habens parochialem ecclesiam in se, Sancto Johanni Baptistae dicatam, et quadro fabricatam lapidatu, cuius haeredes, Preslaus Woischyk nobilis de armis navem deferentium, alias Lodzya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulania una, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ecclesia non habet aliquos agros praediales, pro sua cultura, habet tamen prata sufficientia, pro suo usu et necessitate. Item habet unam tabernam ibidem in Gnoyno, habentem agros, et solvit plebano pro censu annuo.... Item habet unam hortulaniam habentem agros, et pro annuo censu ...... Item habet tres piscinas in eadem villa, liberas et proprias; item prata plebani, unum dicitur Passzyeka, aliud Mogilnicza Maius, tertium Mogilnicza Minus et quartum pratum in haereditate dicta Falky, quod vocatur Poszwanthna. Item campum unum in Jarzambky, cum parvo campo dicto Zaduszne.

Velnin, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gnoyno, et valor eius ad duodecim marcas. Item non est ibi praedium.

Kuczkrayowicze, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes Kuczkraiowsczy, post cuius tantummodo agros decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Slup, villa sub parochia de Paczanow sita, cuius haeredes Groth Nicolaus et Skubisch de armis ..... In qua non sunt divisi lanei cmethonales, sed campi, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus praeter unum campum, qui cedit ecclesiae in Paczanow, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item Petrus et Florianus Paczanovienses habent ibi campum unum proprium et liberum, de quo decimatur ecclesiae in Paczanow.

Glinka, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeres Preslaus Woischik. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae in Gnoyno, cuius valor aestimatur ad novem marcas.

Kothlicze, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeres Borzikowsky.... Marchoczky, de cuius agris tantummodo decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Yarzabky, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes Nicolaus Tluk, Paulus Kuchnya, Pyetrika, Paulus Mrosz, Nicolaus Wylk, Przeczslaus, Stanislaus, Adam, Stanislaus, Thomas Kiczka, Petrus Mroz; item agri Soszniky, Chodek Petrus et alius Chodek, Dominicus Mirosz, Laurentius, Dzivisius, Yothka, Sdzislaus, Nicolaus Niger, Mikul. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulani non sunt, sed nobiles, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Schisczicze, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes Syscziczczy, post quorum tantummodo agros decimatur ecclesiae in Gnoyno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in ...... cuius valor aestimatur ad .....

Sluszow, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius proprietas ad praepositum et monasterium in Buszko pertinet. In qua est unum praedium et lanei cmethonales, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Gnoyno, et valor ad sex marcas.

Kostira, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius proprietas ad praepositum et monasterium in Buszko pertinet. In qua sunt.... lanei, de quibus omnibus decimatur pro episcopatu Cracoviensi; est tamen ibi unus campus, de quo decimatur pro ecclesia in Gnoyno.

Maczeyowicze, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes .... post quos, et omnes agros cmethonales, decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Wolya Parchowata, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, cuius valor ad .....

Falyky, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes ..... post quorum agros decimatur ecclesiae im Gnoyno.

Wolya Boxiczka, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gnoyno cuius valor aestimatur ad .....

Grabki, villa sub parochia ecclesiae de Sidlow sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad .....

Janyuschowycze, villa sub parochia de Gnoyno sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno.

Borzikowa, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes Borzikowsczy, post quos tantummodo decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Dzywslawkowycze, villa sub parochia de Gnoyno sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad .....

Wolya Kothowa, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabern..... item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Gnoyno, cuius valor ad ......

Sluzow, villa sub parochia de .... sita, cuius proprietas ad monasterium in Buszko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item est ibi praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Pozegy Major, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeres Andreas de Oleschnicza miles nobilis de domo et familia Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad ......

Grapkowka, villa sub parochia de ...... In qua est unus campus militaris, de quo decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Plosznya, villa sub parochia de Gnoyno sita. In qua sunt lanei

lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Gnoyno, et valor eius ......

Raczicze, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeredes ..... post quos, et omnes agros cmethonales, decimatur ecclesiae in Gnoyno.

Pozegy Minor villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeres Andreas de Olyeschnicza miles nobilis de domo et familia Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, dc quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, et valor eius aestimatur ad .....

Gorzachwa, villa sub parochia de Gnoyno sita. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Gnoyno, cuius valor ad .....

Mosth, villa sub parochia de ..... sita. In qua non sunt aliqui lanei cmethonales, sed hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Gnoyno et valor eius aestimatur ad .....

Chechlyowka, villa sub parochia de Gnoyno sita, cuius haeres Johannes Gnoyensky de armis Lodzya. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium non est, taberna non est.

TUCZAMPI.

Villa parochialem ecclesiam habens in se ligneam,Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius haeres Abraham Chrzasthowsky de armis Strzegomya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Tuczampi, et valor eius aestimatur ad ..... Item plebanus habet agros bonos, et prata, pro suo praedio et cultura. Item est ibi praedium militare unicum, de cuius etiam agris decimatur ecclesiae in Tuczampi.

Nizini, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Nicolaus Sczepyeczky de armis Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulani, item praedium unicum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ct canapalis pro ecclesia et eius plebano in Tuczampi, et valor eius aestimatur ad ......

Grzimala, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item praedium militare unum, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Tuczampi.

Syeczkow, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes Rythwyensky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur decima ecclesiae in Tuczampi, cuius valor ....

Dobrow, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Nicolaus Gnoyensky de armis Grzymala. In qua lanei cmethonales, item praedium unum militare, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Tuczampi, et valor eius aestimatur ad .....

Góra, villa sub parochia ecclesiae de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes Prussky. In qua unum praedium et lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Tuczampi, et valor eius ......

Naczasslawicze, villa sub parochia ecclesiae de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes ...... In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum, de quibus solvitur decima pro ecclesia in Tuczampi.

Wyrzbycza, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeredes, Johannes de domo ...... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ...... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Tuczampi, et valor aestimatur ad .....

Januschkowicze, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes Szczepyeczky de domo Janina. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis .....

Jaroslawicze, villa sub parochia de Tuczampi sita, cuius haeres Johannes Sczyepyeczsky de domo Janina. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Villae parochiales: Tuczampi, Nizyny, Szyeczkow, Dobrow, Grzymala, Gora, Nacząslawycze.

Cargow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sancto Vladislao regi confessori dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, quam quidem ecclesiam cocto latere Casimirus secundus Poloniae rex fabricavit et testudinavit, pulcherrimisque insignivit clenodiis, et latere cocto cooperivit. In qua quidem villa sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Cargow, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia et plebanus in Cargow habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Cargow sita, cuius proprietas ad serenississimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . . . . Item non est ibi praedium.

ZYRNYKY, villa sub parochia de Cargow sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Cargow, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item praedium militare . . . . . .

BOSSZOWICZE, villa sub parochia de Cargow sita, cuius haeres Felix de Oleschnicza nobilis de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Cargow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

POLANYECZ.

Oppidum regium iuxta fluvium Czarna situm, habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Martino pontifici et confessori glorioso dicatam. In quo sunt lanei oppidanorum non distincti in laneos, sed agri per pecies et quartas divisi, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item in eodem oppido sunt centum octuaginta hospites, domos proprias habentes, item est advocatia habens agros speciales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Polanyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item plebanus habet agros proprios satis bonos pro praedio, et prata et dotem propriam et horreum et hortum; et licet fluvius Czarna archidiaconatum Sandomiriensem dividat a praepositura Visliciensi, ecclesia tamen praefata Polanecensis sita post fluvium Czarna, pertinet ad praeposituram Visliciensiem, sub decanatu rurali Paczanoviensi constituta, cuius nunc rector et plebanus est Nicolaus Laurentii de Sandomiria presbyter. Constat autem iuxta veterum relationem, quod oppidum Polanyecz olim situm fuit in monte, versus Vislam, et habuit in se ecclesiam ligneam, Sanctae Catherinae virgini dicatam, cuius adhuc visuntur reliquiae; sed per Casimirum Secundum Poloniae regem translatum est ad locum bassiorem, fluvio Czarna contiguum: ex decimis etiam praefatae ecclesiae in Polanyecz, praepositura Sandomiriensis pro maiori parte fundata et dotata est, et ideo praepositus Sandomiriensis pro tempore, unicus est ecclesiae in Polanyecz collator

et patronus. Item plebanus habet macellum in oppido Polyanecz proprium et liberum.

Ostrow, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad unam marcam. Item non est praedium, nec tabernae, nec hortulaniae; columbationem solum tollit plebanus Polanyeczensis.

Zawada, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item non sunt tabernae, nec hortulaniae, nec praedium; columbatio solum cadit pro plebano in Polanyecz.

Gliny Maior, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Borowsky de Lopuchow. In qua est unus cum dimidio laneus, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad unam marcam aestimatur. Item praedium non est, neque tabernae, nec hortulaniae.

Gliny Minor, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Petrus Sroczkowsky de domo Kopaczowe. In qua est unus cum medio laneus, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi, cuius decimae valor ad unam marcam. Item non sunt ibi tabernae, hortulaniae, neque praedium.

Ribythwy, villa sub parochia ecclesiae de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Jugoschowsky de domo Habdank. In qua sunt quinque lanei cum medio, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Ruscze, villa sub parochia ecclesiae de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Byechowsky de domo Powala. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Polanyecz, et valor decimae aestimatur ad tres marcas. Non est taberna, neque hortulania.

Okragla, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Non est praedium, nec taberna, neque hortulania.

Brzozowa, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Non est praedium, neque taberna, neque hortulania.

Zdzyecz, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi scoltetia, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Polanyecz. Item non est praedium, nec hortulaniae.

Zdrzabin, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas. Non est praedium, nec taberna, nec hortulania.

Lyuschicza, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Nossek Turszky de domo Janina. In qua duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Polanyecz, cuius valor aestimatur ad unam marcam. Item praedium non est, nec taberna, neque hortulania.

Tursko Minor, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeredes Johannes Nossek et Spithek de domo Janina. In qua sunt novem lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Polanyecz et valor eius ad decem marcas aestimatur.

Ruda, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Rudnyky, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad octo marcas aestimatur. Praedium ibi non est.

Sczeka, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis

pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item praedium unum militare est ibi, de quo decimatur pro ecclesia in Polanyecz.

CLODA, villa sub parochia de Polanyecz sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky palatinus Cracoviensis. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad decem marcas aestimatur. Praedium non est, nec taberna, nec hortulania.

NYEKURZA, villa sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, iuxta fluvium Visla iacens. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Polanyecz, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item non est ibi praedium, nec taberna, nec hortulania.

ZADUSCHNIKY, villa sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius haeres Nicolaus Golambyowsky de armis Janina. In qua sunt unus cum medio lanei cmethonales, cum excrescentiis, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Polanyecz, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur decanatui Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad mediam marcam. Fuit autem haec villa primum fundus ecclesiae parochialis in Polanyecz, ex post vero fuit fundus decanatus Sandomiriensis, novissime vero magister alias doctor Theologiae decanus Sandomiriensis, permutavit illam pro villa Mothicze, addendo ducentas... Nicolao Golyambiowsky, et exinde facta est militaris, decima tamen manipularis pro decano Sandomiriensi remansit, post agros duntaxat praediales.

KRZEMYENICZA, villa sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius haeres Johannes Felix Tharnowsky de domo Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Polanyecz, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

ZDAKOW, villa sub parochia de Gawluschowicze sita, cuius haeres Johannes Felix Tharnowsky de domo Leliwa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Polanyecz; et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item navigium circa Zdakow, habens agros, de quibus decimatur in Połanyecz.

Villae parochiales: Polanyecz, Ostrow, Zawada, Glini Maior, Glini Minor, Ribithwi, Okragla, Brzozowa, Ruscze, Zdzyecz, Zdrzambyn, Lyuschicza, Tursko Minor, Ruda, Rudniky, Sczeka, Cloda.

CUROSWANKY.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem, lapide albo muratam,

et Assumptioni Sanctae Mariae Virginis dicatam, cuius haeres Petrus Lubelczik unicus, et patronus de domo Rozarum. In quo sunt lanei oppidanorum, item praedium unum militare, item advocatia habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item habet ecclesia pro suo praedio tres laneos, duos, qui olim ad scoltetiam spectabant et cum prato post molendinum Pyasseczny, tertium in villa Kothuszow, inter laneos cmethonum, versus Curoswanky. Item habet agrum seu arvum in Nyemsczicze, penes viam, quae ducit de Curoswanky in Grzibow. Item habet piscinam post pontem, prope fluvium Czarna, in dextra manu. Item habet in oppido Curoswanki tres areas, duas eundo ad circulum in dextra manu, ex opposito templi, tertiam in platea Sandomiriensi, eundo ad pontem, quae dicitur Colanowska, et quaelibet censuat ecclesiae mediam marcam. Item habet prata duo, unum post molendinum civile, inter pratum molendinatoris et oppidani dicti Lissek, aliud in sylva dicta Radzyechow, inter pratum molendinatoris dicti Kozina, et oppidani dicti Komoscha, cum agro eidem prato contiguo. Item habet tabernam in Podgrodzye, in manu dextra eundo in Bardo, sub castro, quae censuat annuatim unam marcam, et omnes tabernatores ecclesiae in Curoswanky, exempti sunt a solutione datiarum, et ab omni iuvamine et viis et subsidiis, alias *pomoczi*, et a ducturis, alias *poyasd*.

Czirnicza, villa sub parochia de Curoswanky sita, cuius haeres Petrus Lubyelczik de domo et familia Rozarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item in eadem villa, habet ecclesia de Curoswanky molendinum liberum, quod illi annis singulis censuat unam marcam.

Ponik, villa sub parochia de Curoszwanky sita, cuius haeres Petrus Lubelczik de domo Rozae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Nyemsczicze, villa sub parochia de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Gorzuchow, villa sub parochia de Curoswanky sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Żarasz, villa sub parochia de Curoswanky sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi aliqui agri et lanei cmethonales, qui quondam erant praediales, de quibus solvitur decima ecclesiae in Curoswanky, et valor eius ad unam marcam.

Grzibow, villa sub parochia de .... sita, cuius haeres Nicolaus Lyubelczik de domo Rozae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Jemyelno, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decima tollitur in Curoswanky, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Praebenda in Curoswanky.

Habet etiam ecclesia parochialis in Curoswanky unam praebendam, sive altare, in titulum Sancto ...... dicatum, cuius modernus praebendarius est Albertus de ... cuius unicus patronus est Petrus de Curoswanky, quae quidem praebenda habet pro dote sua decimam manipularem in Brzezini.

Brzezyni, villa sub parochia de ...... sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda in Curoswanky, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Asserunt autem nonnulli, quod per falsum privilegium Sbignei episcopi et capituli Cracoviensis, praedicta decima applicata sit praebendae in Curoswanky, cum pro datae tempore, Sbigneus nondum episcopus Cracoviensis fuerit.

Byechow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Omnibus Sanctis dicatam, cuius haeredes Johannes de Rithwyani palatinus Cracoviensis, de armis Accipitrum, et Nicolaus Byechowsky de armis Powala; et habet ibi Johannes de Rithwyani duas partes villae, et Nicolaus Byechowsky tertiam. In parte autem Johannis Rithwyensky sunt viginti lanei cmethonales, item quinque tabernae habentes agros, item duo molendina habentia agros et prata, item hortulaniae quatuordecim, habentes agros; sub Nicolao autem Byechowsky sunt sex lanei, viginti hortulaniae habentes agros et prata, item unum molendinum, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zborow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, unum Johannis Rithwyensky, alterum Nicolai Byechowsky, et de utroque solvitur decima manipularis ecclesiae in Byechow. Item plebanus habet ibi agros proprios, pro sua

cultura, item habet prata sufficientia, item habet unam tabernam habentem agros, de qua solvitur pro annuo censu .... Item sunt in eadem villa viginti lanei cmethonales, Johannis Rithwyensky.

Wolya Byechowska, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes de Rithwyani. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Zborow, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Woycza, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeredes Johannes de Rithwyani et Johannes Woyschik cum nepotibus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Busko, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima pro ecclesia in Byechow.

Woyeczka, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeredes Johannes de Rithwyani et Stanislaus Pyestrzeczky. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Zborow, cuius valor ad quinque marcas. Item est ibi unum praedium militare, quod decimat ecclesiae in Byechow.

Pyestrzecz, villa sub parochia de Byechow sita, cuius proprietas pro maiori parte, pertinet ad episcopum Cracoviensem, in minori autem Pyestrzecz sunt duo haeredes, videlicet Johannes Rithwyensky, qui habet duos cmethones et praedium, et Nicolaus Pyestrzeczky de armis Nowina, qui nullum habet cmethonem, nisi praedium. Item episcopus habet ibi sedecim laneos et unum praedium; item sunt ibi tres tabernae, item duae hortulaniae episcopales habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi; item post duo praedia militaria, solvitur decima in Byechow.

Chrzanow, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky de armis Accipitrum. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Byechow. Item praedium non est. Item est ibi unus laneus cmethonalis, qui pertinet ad proprietatem ecclesiae in Byechow, qui solvit tres fertones, et laborat unum diem in septimana.

Vocziczk, villa sub parochia de Byechow sita, cuius haeres Johannes Rithwyensky. In qua sunt septem lanei cmethonales, item praedium unicum militare, de quibus solvitur decima ecclesiae in Byechow Pars autem decimae post duos campos, cedit ecclesiae in Byechow.

Schczeworzysz.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Jacobo Apo-

stolo et Leonardo Confessori dicatam, cuius haeredes Nicolaus .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano in Sczeworzisz, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item ecclesia et plebanus habent ibi proprios agros, prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

Zyrnyky, villa sub parochia ecclesiae de Sczeworzysch sita, cuius haeredes Roszpand de domo Yelithonum .... In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Daleschycze, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Panczelicze, villa sub parochia de Schczeworzysz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Daleschycze, cuius valor aestimatur ad decem marcas, praeter tamen unum laneum cmethonalem, de quo decima alternatim cedit pro praefata ecclesia in Daleschicze, et pro ecclesia et eius plebano in Schczeworzysz; item de aliquibus agris, solvitur decima manipularis ecclesiae et monasterio in Busszko. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur pro ecclesia in Sczeworzysz.

Dzyaloschycze.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se, Sancto ...... dicatam. et de lapide albo fabricatam, cuius haeres Johannes Czyzowsky de domo Polukoza. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro .... Item praedium; item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Dzekanowycze, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres Johannes Czyzowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae et eius plebano in Gorzycze, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item ibi sunt praedia militaria, de quorum agris decimatur ecclesiae in Dzaloschycze.

Jazdowycze, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres Johannes Czyzowsky de domo Polukoza. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro...

Słupow, villa sub parochia de Dzaloschycze pro una medietate sita, et pro alia medietate in Slaboschow, cuius haeres Johannes praefatus de Czyzow. In qua decimae perceptio variatur; nam de sex laneis solvitur et conducitur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Gorzyczska, de aliis vero laneis percipit eam plebanus Omnium Sanctorum in Cracovia,

et de agris etiam praedialibus eidem plebano Omnium Sanctorum decimatur; item de aliquibus etiam laneis decima cedit ecclesiae in Bodzanow.

Jakubowycze, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres praefatus Czyzowsky. In qua decem lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro . . .

Schczothrkowice, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres praefatus Czyzowsky Johannes pro media parte, et pro altera parte nobiles . . .

Nyewyatrowycze, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres idem Czyzowsky . . .

Januschowycze, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres Jacobus Kozlowsky de armis Vulpium. In qua novem lanei cmethonales, ex quibus etsi unus, videlicet nonus, colitur pro curia nobilis praefati, de omnibus tamen novem, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Doyaszdowska, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item est ibi praedium, et duae hortulaniae habentes agros ex praedio, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Kozlow. Item est ibi tertia hortulania habens agros, quae decimat praebendae Cracoviensi praefatae in *gonithwam.*

Pyroczycze, villa sub parochia ecclesiae in Dzaloschycze sita, cuius pro media parte, proprietas pertinet ad Johannem Czyzowsky, et medietas ad nobiles . . .

Chmyelow, villa sub parochia de Dzaloschycze sita, cuius haeres praefatus Czyzowsky. In qua fuerunt olim lanei cmethonales, sed omnes conversi sunt in praediales, et in hortulanias, solvitur tamen decima manipularis de illis . . .

Praepositura Kyelciensis.

Kyelciensis praepositura est principalis in ecclesia collegiata Sanctae Mariae Kyelciensis, cui fundator primarius eiusdem ecclesiae Byethka (sic) episcopus Cracoviensis curam visitationis ecclesiarum parochialium circum circa Kyelcze et Bodzanczin sitarum, annis singulis per eum fiendam, imposuit et annexuit. Cuius quidem praepositurae Kyelciensis, et eius proventuum et omnium praelaturarum et praebendarum, vicariarumque ecclesiae Kyelciensis, et omnium villarum, quae iure parochiali ad ecclesiam Kyelciensem pertinent, fecimus descriptionem in speciali regestro, quod de cathedrali ecclesia Cracoviensi et de omnibus collegiatis ecclesiis, dioecesis Cracoviensis confecimus, et ideo hic facere illam obmisimus. Nomina autem

ecclesiarum parochialium, quae visitationi praepositi Kyelciensis subsunt, cum proventibus, introitibus et proprietatibus earum haec sunt.

BRZEZINY.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, honori Omnium Sanctorum dicatam, cuius nunc plebanus . . . In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad . . . . Proprietas autem et collatio praedictarum villae et ecclesiae, pertinet ad episcopum Cracoviensem. Item plebanus habet ibi proprios agros et prata liberos. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima... Item est ibi scoltetus, habens unum laneum liberum, de cuius agris decimat ecclesiae et plebano in Brzeziny; habet et alterum cmethonalem, sed de illo dat decimam episcopo.

DZIBALTHOW, villa sub parochia de Brzeziny sita, cuius proprietas ad nobilem Andream de domo Gelithonum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Brzeziny, quam illi donavit primarius eius fundator; cuius valor aestimatur ad . . .

WOLYA DZIBALTHOWSKA, villa sub parochia ecclesiae de Brzeziny sita; cuius proprietas ad nobilem Andream Dzibalthowsky de domo Gelithonum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Brzeziny, et valor eius aestimatur . . .

DALYESCHICZE.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, muratam de petra, et Sancto Michaeli Archangelo dicatam, cuius proprietas et collatio ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna episcopalis habens agros, item duae tabernae plebanales habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis plebano et ecclesiae in Dalyeschicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas, vel septem. Cuius nunc plebanus est Jacobus de Lublin presbyter, anno Domini 1478. in pede uno, quia literas apostolicas pro Nicolao de Lublin exequebatur, Cracoviae per Bartholomaeum laicum de . . . . . mutilatus, vir bonus, mitis et caritatem erga quemlibet redolens. Quaelibet taberna habens agros, solvit plebano . . .: prima taberna plebani solvit pro censu alteram dimidiam marcam; secunda taberna plebani solvit pro censu similiter unam cum media marcam. Item ecclesia et plebanus habet agros proprios liberos et prata, pro sua necessitate et praedio; item habet ibi

plebanus quatuor hortulanias habentes agros, quae solvunt per unum fertonem pro censu, item laborant unum diem in septimana, decimam vero solvunt similiter pro plebano suo.

Byelyny, villa sub parochia de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item una scoltetia, habens duos laneos et unam tabernam scoltetialem habentem agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marccs. Item cmethones eiusdem villae solvunt ecclesiae in Daleschycze *kolandam*.

Szkorzeschycze, villa sub parochia de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item una scultetia habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Daleschycze, cuius valor ad sex marcas aestimatur, pro una parte agrorum; item non est ibi praedium; item pro alia parte agrorum, quae est propinquior villae Daleschycze, eo, quod agri praefati pertinebant ad villam Daleschycze, solvitur ecclesiae in Daleschicze, cuius valor ad sex marcas.

Clyathky, villa sub parochia ecclesiae de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium; item est ibi unus campus, de quo plebanus de Daleschycze decimam percipit.

Nyesthachow, villa sub parochia de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et una scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Gorne, villa sub parochia de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos, et unam tabernam habentem agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

Krayno, villa sub parochia ecclesiae de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis alternatis vicibus, uno enim anno solvitur pro custodia Kyelczensi, altero vero anno percipit eam

praebenda Kyelczensis, quae vocatur Barczska, a villa Bardow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Jachowa Wolya, villa sub parochia de Daleschycze sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi scoltetia una, habens duos laneos, de quibus solvit decimam pro ecclesia in Daleschycze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Czyssow, villa sub parochia ecclesiae de Daleschycze sita, cuius haeres Johannes Oleszky do domo Dambno. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus, alternatis vicibus, solvitur et conducitur decima manipularis; uno enim anno solvitur custodiae Kyelczensi, altero vero solvitur praebendae Kyelczensi quae vocatur Pyrzsznyczska, et valor eius ad decem marcas aestimatur.

Brzechow, villa sub parochia ecclesiae de Daleschycze sita, cuius proprietas ad praebendam Kyelczensem pertinet, quae vocatur Brzechowska, quae et fundus est eiusdem praebendae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro eadem praebenda Kyelczensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item ibi est scoltetia, habens proprios agros, de quibus solvitur decima manipularis praefatae praebendae Kyelczensi.

Kuchari, villa sub parochia ecclesiae de Stobnicza, cuius haeres Hynek de armis Bippennium. In qua lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Daleschycze, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima . . .

Schczythnyky, villa sub parochia ecclesiae de Janyna, cuius haeres Mruk de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Daleschycze cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Kolaczowicze, villa sub parochia de Janyna sita, cuius haeredes Johannes, . . . Kolaczkowsczy, de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus agris cmethonalibus solvitur et conducitur decima manipularis, ecclesiae et plebano in Daleschycze, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur.

Zyrnyky, villa sub parochia ecclesiae de Sczeworzysch sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Daleschycze, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

PANCZELICZE, villa sub parochia de Schczeworzysz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia praefata in Daleschycze, praeter unum laneum, de quo decima manipularis alternatur inter eandem ecclesiam de Daleschycze, et ecclesiam in Sczeworzycze, cuius decimae totius valor aestimatur ad decem marcas.

STRZALKOW, villa sub parochia de Janyna sita, cuius haeredes multi, et cmethones pauci. In qua sunt lanei, de quibus solvitur decima diversimode; nam de quibusdam agris, aequivalentibus duobus laneis, solvitur ecclesiae et plebano in Daleschycze, de reliquis vero, solvitur ecclesiae in Janina. Haeredes villae, Johannes Zabyerzowsky de domo Ostoya, qui habet unam medietatem villae, Gregorius, Thomas et Leonardus fratres de domo . . . habent alteram medietatem villae. Item quatuor praedia militaria . . .

BODZANCZYN.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem, ex latere cocto, per reverendissimum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem muratam, et Sanctae Mariae Virginis Assumptioni dicatam, cuius proprietas, collatio et totum dominium, ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti quatuor lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis tantum episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item plebanus habet ibi agros proprios liberos. Item ibi est praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima.

SZMYATHKA, villa sub parochia de Tharzek sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus decima variatur; nam post unum campum tollit praepositus Kyelciensis, post secundum episcopus Cracoviensis, post tertium ecclesia in Dambno. In qua, ecclesia de Bodzanczin habet unum laneum liberum, ratione praedii sui in primaeva fundatione sibi datum, ab omni tributo, censu et a qualibet decima liberum.

LYESCZNA, villa sub parochia de Bodzanczin sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros, pratum et hortum, item tres hortulaniae sunt ibi habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item quilibet cmetho de laneo, tenetur ecclesiae et plebano in Bodzanczin, tres choros siliginis, et tres choros avenae mensurae confertae Bodzanczinensis.

TARZEK.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, muratam quadro lapide per

aliquos pontifices Cracovienses, et Sancto Aegidio confessori dicatam. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi; valor eius aestimatur ad decem et duas marcas. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Tarzek. Item ecclesia praefata et plebanus eius habet agros bonos et prata, pro suo praedio et necessitate. Item non est scoltetia in eadem villa, non est molendinum, non sunt hortulaniae. Fuit autem in loco illo quondam oppidum episcopale notabile; sed Bodzantha de domo et familia Roszae, existens tunc Cracoviensis episcopus, situ meliori investigato, illud in locum paulo altiorem transtulit, in quo et civitas ampliores habet agros, in radice cruda extirpatos, qui etiam in hanc diem extirpantur, et ex suo nomine illam Bodzanczin, quod et in hanc diem retinet, intitulavit.

Szmyatka, villa sub parochia de Tharszek sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duo scoltetiales, item est molendinum episcopale habens agros, item est taberna episcopalis habens agros, item scoltetia habet tabernam et duas hortulanias, in agris scoltetiae locatas, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; nam de uno campo tollit eam praepositura Kelcziensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de secundo vero campo tollit eam praebenda Kelcziensis, quae vocatur Siradowska, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; de tertio campo tollit eam ecclesia parochialis et plebanus eius de Dambno, et valor eius similiter aestimatur ad quatuor marcas. Item est in eadem villa specialis laneus, ad proprietatem ecclesiae et plebani Bodzanczinensis pertinens, de quo nulli solvit decimam manipularem, neque censum, sed omnia ex illo provenientia pro se tollit. Item ecclesia in Tharszek habet ex praefata villa columbationem, et offertorium, et Sancti Petri denarium.

Bronykowicze, villa sub parochia de Tharszek sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna episcopalis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est in eadem villa scoltetia habens duos laneos liberos, item habet propriam tabernam habentem agros, item habet duas hortulanias habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro ecclesia et plebano in Tharszek, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non est in eadem villa episcopale praedium, non est molendinum.

Dambrowa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, et Sanctae Mariae

Magdalenae dicatam, cuius proprietas et collatio ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem et septem lanei, minus tribus virgis, cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, in horreum episcopale, cuius valor viginti marcarum. Item ecclesia praefata habet agros bonos et prata sufficientia, liberos a decima. Item habet unam tabernam in eadem villa, habentem agros, de qua ecclesiae solvitur pro censu marca. Item est ibi scoltetia habens duos laneos liberos, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Dambrowa.

Psari, villa sub parochia ecclesiae de Dambrowa sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item est ibi scoltetia habens duos laneos liberos, et unam tabernam liberam habentem agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Dambrowa.

Szwyanthamarza.

Villa habens ecclesiam parochialem, a fundamentis quidem muro lapideo per Boguchwalum Rogalam praepositum Kyelciensem erectam, semiplenam, vel incompletam, et ideo in superficie ligneam, gloriosae Virgini Mariae dicatam. A titulo autem ecclesiae praefatae, villa Szwyanthamarza denominationem accepit a vulgo, quod ruditer in primordio fidei, gloriosam Virginem Szwyanthamarza appellabant; cuius villae proprietas et dominium ad praepositum Kyelciensem pertinet pro una parte, pro altera vero ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt tres hortulaniae, pro eadem praepositura pertinentes, de quorum agris datur decima praeposituræ eidem. Item ibi sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Szwyanthomarza. Item habet ibi episcopatus Cracoviensis quatuor hortulanias et unam tabernam, habentes agros et prata, de quibus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi.

Swislina, villa sub parochia ecclesiae de Szwyanthamarza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, et de novem quidem laneis, solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Krzynky, de uno vero laneo, qui est decimus, solvitur ecclesiae parochiali in Szwyanthamarza. Item non est ibi praedium, neque scoltetia.

Schirzawi, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos liberos, et unam tabernam, de quibus solutio decimae manipularis diversificatur quolibet anno; nam de

quibusdam agris tollit eam episcopus Cracoviensis, de quibusdam vero praepositura Kyelciensis. Item non est ibi praedium. Item plebanus de Szwyanthamarza non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri, et decimam manipularem omnis grani, post duos laneos advocatiae.

Kraykow, villa sub parochia de Szwyanthamarza sita, cuius dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi. Item non est praedium, neque scoltetia, neque hortulaniae. Item ecclesia de Szwyanthamarza non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri.

Rathkowycze, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus solvitur, conduciturque decima manipularis et canapalis, episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est praedium, non sunt tabernae. Item ecclesia de Szwyanthamarza non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri.

Byelyow, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet; Bartholomaeus enim Bosthowsky de armis Byelyawa, cum esset orbus donavit illam monasterio. In qua sunt quinque lanei cmethonales, una hortulania habens agros, et molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szwyanthamarza, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Brzezye, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Item plebanus de Szwyanthamarza non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri.

Lomno, villa sub parochia de Szwyanthamarza sita. In qua sunt tres lanei cmethonales, ad proprietatem praepositurae Kyelciensis pertinentes. Item sunt in eadem villa septem praedia militaria, videlicet: Jacobi Karzel de domo Dambno, Stanislai Dulek de domo Oksza, Martini Kuczek, Martini Goszdz, Andreae et Otthae de domo Tharnawa, Pauli de domo Dambno et Nicolai de domo Okscha, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Swyanthamarza, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Grabkow, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, quae est

fundus et proprietas praepositurae Kyelciensis. In qua sunt octo lanei cmethonales, item unum praedium, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus una est episcopalis, duae praepositi, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Kyelciensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur.

Rzepin, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, pro una medietate, et pro altera sub parochia de Pawlow, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Calvi montis Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item quatuor tabernae habentes agros, item duae hortulaniae habentes agros, item praedium coenobiale, ad tres laneos aestimatum, de quo decimatur ecclesiae in Pawlow, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro praepositura Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Plebanus de Swyanthamarza non habet ibi, nisi columbationem et Sancti Petri denarium.

Jadowniky, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tabernae duae habentes agros, item hortulaniae duae habentes agros, item praedium coenobiale, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Rzepinek, villa sub parochia de Swyanthamarza sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua non sunt tabernae, neque hortulaniae, nec est aliquod praedium, sed tantummodo sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Dambno.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius proprietas et collatio ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Dambno, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item ecclesia praefata et plebanus eius, habent agros bonos et liberos.

Jezyorko, villa sub parochia de Dambno sita, cuius proprietas et dominium cum omni iure, ad episcopum Cracoviensem pertinet pro tempore. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus vario modo solvunt decimam manipularem; nam ex certis campis, sitis inter Dambno et Jezyorko, item ex campis post sepes, solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, ex aliis vero campis et agris, solvitur et conducitur

decima manipularis pro ecclesia et plebano in Dambno, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item in eadem villa est scoltetia, habens duos laneos liberos, de quibus solvitur decima ecclesiae in Dambno.

WOLYA DAMBYENSKA, villa sub parochia ecclesiae de Dambno sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item in eadem villa est scoltetia habens duos laneos et unam tabernam, de quibus solvitur decima pro ecclesia in Dambno.

POTHOK.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, gloriosae Virgini Mariae dicatam, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro vicariatu perpetuo praebendae Sandomiriensis, quae olim Odanchowska dicebatur, nunc Zayanczkowska appellatur, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia parochiali ibidem in Pothok, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item ecclesia et plebanus in Pothok habent proprios agros, sive laneos liberos et prata pro suo praedio et necessitate. Item non est ibi praedium aliquod, non est molendinum, non sunt hortulaniae.

SCHUMSZKO.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct...... dicatam, cuius haeredes patroni et collatores...., nobiles de domo et familia Oxa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Schumsko, et valor eius aestimatur ad ...... marcas. Item ecclesia et plebanus habent in eadem villa agros proprios et liberos, pro suo praedio, et prata.

BARDO.

Villa sub se et in se habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto.... dicatam, cuius haeres unicus collator et patronus, Nicolaus de Curoszwanky nobilis de domo Roszae. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ...... et valor eius aestimatur .... Item eadem ecclesia in Bardo habet agros proprios liberos, pro suo praedio, et prata.

SBILYUTHKA.

Villa habens in se ecclesiam ligneam parochialem, Sanctae Dorotheae virgini dicatam, per Sbiluthum episcopum Vladislaviensem fundatam et dotatam, cuius patronus unicus episcopus Vladislaviensis. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Zbiluthka. Item plebanus habet proprios agros et prata. Item in eadem villa est scoltetia, habens tres laneos agrorum; item eadem scoltetia habet tres tabernas habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Baczkowicze.

SATHKOW, villa sub parochia de Sbiluthka sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item scoltetia villae Sbiluthka habet in eadem villa duas tabernas, habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur.... Item non est in eadem villa praedium episcopale, non est molendinum, non sunt hortulaniae.

Villae parochiales: Sbiluthka, Schadkow.

LAGOW.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem, pro media parte in choro muratam, pro altera vero medietate ligneam .... dicatam, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet, cuius idem episcopus Vladislaviensis est patronus. Est autem praedicta ecclesia Lagoviensis matrix ecclesiae de Baczkowicze, et utraque per unum plebanum regitur et administratur, quarum nunc plebanus est.... Mikulowsky nobilis de domo Mądrosthky. In eodem autem oppido sunt lanei oppidanorum, de quibus decimam manipularem solvunt et conducunt .... Item in eodem oppido non habitat plebanus, sed in Baczkowicze villa; habitant tamen ibi vicarii sui, qui curant plebem eidem parochiae Lagoviensi subiectam. Item in eodem oppido habet plebanus de Lagow septem domos, in eodem iure, sicut et episcopus Vladislaviensis, et quaelibet domus solvit pro plebano .....

PIRKOW, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, duae tabernae, tres hortulaniae habentes agros, item praedium optimum cum curia episcopali, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas.

GASCHYCZE, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad Vladislaviensem episcopatum pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales,

de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium neque scoltetia, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Pawlowa Wolya, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad Vladislaviensem episcopatum pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tres hortulaniae, quae decimant episcopo. Item est ibi scoltetia habens duos laneos agrorum, quae decimant manipulo ecclesiae in Lagow, et valor eius ad unam marcam.

Schadek, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae in Baczkowicze. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Lechow, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decimatur ecclesiae in Baczkowicze. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Ząmbkowa Wolya, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item post agros scoltetiales et hortulaniae et tabernae scoltetialis, datur decima manipularis plebano in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Pyotrow, villa sub parochia de Lagow sita. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item taberna una episcopalis, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est ibi scoltetia, habens duos laneos et unam tabernam habentem agros, item unam hortulaniam habentem agros et decimatur de omnibus ecclesiae in Baczkowycze, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam.

Villae parochiales eiusdem ecclesiae Langoviensis: Lągow oppidum, Gaszicze, Pawlowa Wolya, Schadek, Lyechow, Zambkowa Wolya, Pyotrow, Pyrkow.

BACZKOWYCZE.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius proprietas ad episcopum Vladislaviensem pertinet, qui est unicus illius ecclesiae patronus, et est filia ecclesiae de Lagow, cuius ..... Mikulowsky de domo Mandrosthky plebanus est. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata. Item non est ibi praedium aliquod episcopale.

OLSCHOWNICZA, villa sub parochia ecclesiae de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item est ibi scoltetia, habens tres laneos agrorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Baczkowicze, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

NYEWSKURZOW, villa sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopatum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus solvebatur decima manipularis pro episcopatu Vladislaviensi; sed Jacobus de Syenno existens episcopus Vladislaviensis, de consensu sui capituli, donavit eam perpetuo, monasterio in Wyelgi Mlyn, ordinis Beati Pauli primi heremitae, in Gneznensi dioecesi et alienavit eam a suo episcopatu; cuius valor ad viginti marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia habens tres laneos, item tres tabernae habentes agros, et de omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* .... Item plebanus in Baczkowicze non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri.

ZIRNIKY, villa sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Modlibozicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non est ibi scoltetia. Item ecclesia de Baczkowicze non habet ibi, nisi columbationem et denarium Sancti Petri.

BARANOW, villa sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales. Item scoltetia habens tres laneos, item duae tabernae et una hortulania habentes agros, item una taberna Piskrzinska, habens agros,

de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Plebanus de Baczkowicze habet ibi nonnisi columbationem et denarium Sancti Petri.

Wschechow, villa sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas ad episcopum Vladislaviensem pertinet. In qua sunt viginti septem cum medio lanei cmethonales, item quatuor tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Vladislaviensi, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est ibi scoltetia habens tres laneos liberos, de quibus solvitur decima plebano in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Manina.

Villa habens in se ecclesiam muratam lapide albo, Sancto Adalberto martyri dicatam, quae etsi fuerit dudum muro fabricata lapideo, Johannes tamen Wronkowsky cantor Oppathoviensis existens eius rector, ipsam muris ampliavit, et testudinibus decoravit. Cuius proprietas ad ecclesiam in Manina pertinet et eius plebanum, dominium vero et ius patronatus eiusdem ecclesiae, pertinet ad episcopum Lubuczensem, et episcopus Lubuczensis est unicus eiusdem ecclesiae patronus, et habet ibi aliquam sortem, ex qua habet dominium supremum eiusdem villae. In qua est unus tantummodo laneus cmethonalis ad proprietatem plebani in Manina pertinens, et solvit pro censu annuo plebano octo scotos. Item est ibi alius laneus cmethonalis, ad episcopatum Lubucensem pertinens, et solvit pro annuo censu episcopo ...... Item labor, item *powaba*, item *oszep*, item tabernae duae habentes agros, et quaelibet solvit pro annuo censu unam marcam plebano. Item hortulaniae duae, quae nihil solvunt sed laborant. Item omnes agri villae praefatae, tam plebanales, quam episcopales, item omnes tabernae et hortulaniae, solvunt et conducunt decimam manipularem et canapalem pro plebano in Manina, in eius horreum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item in eadem villa habet plebanus agros et prata pro se optima, de quibus solus tollit decimam. Item non est ibi aliquod praedium episcopale, neque piscina, neque molendinum.

Stryczowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas ad episcopatum Lubuczensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro vicaria praebendae Kyelczensis, quae vocatur Schewyenszka, cuius valor aestimatur ad sex marcas, aliquando ad decem. Item sunt ibi arva sive campi, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Manina. Item non est ibi praedium episcopale, neque piscina, neque molendinum.

Szwanthkowa Wolya, villa sub parochia de Manina sita, cuius

proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae quatuor, de quibus decimae manipularis solutio diversificatur; nam de agris, ad plagam septentrionalem, citra fluvium versus Msthow, sitis, pertinet ad ecclesiam in Manina, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; de agris vero versus Truskolasz, pertinet ad episcopum Lubuczensem, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est in eadem villa praedium episcopale, neque molendinum, neque scoltetia.

Worowicze, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quinque pertinent ad episcopum Lubuczensem, sextus vero ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis, de quibus omnibus, decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur ad ecclesiam in Manina, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium episcopale, neque molendinum, neque scoltetia.

Gramboczycze et Garbacz, villae duae unitae, sub parochia de Manina sitae, quarum proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet. Et sunt in Garbacz novem lanei cmethonales, et duae tabernae habentes agros, in Grąmboczycze autem sunt.... lanei cmethonales, de quibus omnibus conducitur et solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Manina, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem Garbacz est unus laneus cmethonalis, qui cum omni iure et decima spectat et pertinet ad ecclesiam in Manina.

Kraszkow, villa sub parochia de Manina sita. In qua est unus tantummodo laneus cmethonalis, de quo datur et solvitur decima manipularis episcopo Lubuczensi. Item sunt ibi lanei octo cum medio cmethonales, et duae tabernae habentes agros, quorum proprietas pertinet ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis, de quibus etiam decima manipularis et canapalis eidem monasterio redditur, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Truszkolyaszy et Sczeglecz, duae villae una cum taberna, sibi invicem coniunctae, sub parochia de Manina consistentes; quarum proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet. In Truszkolaszy sunt quatuor lanei cmethonales, item in Sczegel una taberna episcopalis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Lubuczensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item in Sczegel sunt duae tabernae habentes agros, quarum proprietas pertinet pro monasterio Calvi montis.

Myleyowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius maior medietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua sunt

tres lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi. Altera autem medietas et minor est Nicolai et Petri militum de domo Jastrzambczy. In qua sunt lanei cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Manina, et valor eius aestimatur ad ......

Irzmanowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua quondam erant lanei cmethonales, sed redacti sunt in praediales, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Baluthow et eius plebano. Et valor eius aestimatur ad sedecim marcas, de aliquibus etiam agris solvitur decima manipularis de eadem villa ecclesiae in Manyna.

Janowycze, villa sub parochia de Manina sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus decima manipularis solvitur, sed eius perceptio diversificatur; nam de una medietate solvitur decima ecclesiae in Manina, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, de altera vero medietate solvitur ecclesiae in Baluthow, et valor eius similiter aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium, neque molendinum, neque hortulaniae.

Szwarzischowycze, villa sub parochia de ... sita, cuius haeredes ... nobiles de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item est ibi una taberna habens agros, de qua solvitur decima praeposituræ Kyelciensi. Item est ibi unus laneus ad Warsium Michowsky militem pertinens, de cuius agris decimatur ecclesiae .... in Kyelcze.

Mirkowycze, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius haeredes Warsius Michowsky et Andreas Woydak de armis ..... In qua sunt praedia militaria, de quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Manina. Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus decimatur pro vicaria praebendae Kyelciensis quae vocatur .....

Wronischowycze, villa sub parochia de .... sita, cuius haeredes Vladislaus, item Nicolaus Nyeczilsky..... In qua sunt lanei cmethonales, item tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Manina. Item est ibi unus campus dictus ..... de quo decimatur ecclesiae in Schewna.

Vasznyow.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro dicatam, cuius proprietas ad monasterium et abbatem de Wanchoczsko

pertinet, cuius unicus patronus et collator abbas et conventus Wanchoczensis. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et etiam canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Erat id oppidum olim monasterii de Czirwyensko, sed per commutationem venit cum aliquot villis, in sortem monasterii Wanchoczensis. Item praedium coenobiale non est in eodem oppido, neque molendinum. Item plebanus habet agros bonos et prata, pro suo praedio.

Jezow, villa sub parochia de Wazsnyow sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis venit per commutationem pro villa Mniszek, cum monasterio de Wanchoczsko factam. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus olim solvebatur decima manipularis et canapalis monasterio in Wanchoczsko, nunc vero vigore commutationis praefatae, solvitur monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Zayanczkowicze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad praebendam Sandomiriensem dictam Zayanczkowska pertinet. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item est ibi praedium canonicale, de quo decimatur ecclesiae in Wasznyow, et valor eius ad duas marcas.

Prusynowycze, villa sub parochia de Wasznyow sita. In qua praebenda Sandomiriensis Zayanczkowska habet quatuor laneos cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Koninska Wolya, in terra Lublinensi, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item medietas praefatae villae, in qua sunt lanei cmethonales pertinet ad monasterium Wanchoczense, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius ad quatuor marcas. Item praedium in villa eadem. . . .

Podolye, villa sub parochia de Wasznyow sita in suburbio oppidi Wasznyow, cuius proprietas ad praebendam Sandomiriensem Zayanczkowska pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur pro . . . . Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Woczechowycze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeredes... Gląb et Zaklika Czyayanczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus monasterium Wanchoczense habet unum laneum, et milites praefati,

de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item praedia ibi militaria, de quibus decimatur.

PANKOSLAWICZE, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium coenobiale bonum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .....

NOSSOW, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad coenobium sanctimonialium de Bussko pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, item molendinum sine agris, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Item est in eadem villa curia coenobialis et praedium, de cuius agris monasterium non solvit alicui decimam manipularem, sed eam pro suo usu tollit.

KOTHARSCHIN, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Bussko pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est in eadem villa praedium, neque scoltetia, neque molendinum, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

WRONOW, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeredes..., post quorum araturas solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis plebano et ecclesiae in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad.... Item sunt ibi aliqui lanei cmethonales, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi.

MYROGONYOWICZE, villa sub parochia de ... sita, cuius haeredes .... post quorum araturas solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad ..... Item sunt ibi lanei cmethonales, de quibus decimatur episcopatui Cracoviensi.

PYOTROW, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium de Bussko pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

BOLESCHIN, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item tabernae duae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi montis, et

valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa praedium coenobiale optimum, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed illam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Osthkowycze, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeredes Petrus, Stanislaus et Vladislaus .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ....

Strupicze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeredes Petrus et Jacobus nobiles de domo Sirokomla. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Chibicze.

Szwyanszthkowicze, villa sub parochia de Wasznow sita, cuius haeres Johannes de Srokomlya. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Kyelciensi, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Chibicze.

Nagorzicze, villa sub parochia de ... sita, cuius haeres ... Nagorsky de domo Ostoya. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae habentes agros, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad .....

Szwolya, villa sub parochia de .... sita, cuius haeres Andreas Oleschniczsky de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wasznyow.

Modrzewye, villa sub parochia de ... sita, cuius haeres ... Nagorsky. In qua sunt duo lanei cmethonales, ad praedictum Nagorsky pertinentes, et duo ad episcopum Cracoviensem, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wasznyow.

Rostilicze, villa sub parochia de ... sita, cuius haeres ... Nagorsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae parochiali et eius plebano in Wasznyow.

Withoslawicze, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeredes: Nicolaus de Nyeczuya, Albertus Gulyacz, Albertus Grabowecz et Johannes Grabyonek nobiles de Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales tantummodo duo, item duae tabernae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Kyelciensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item sunt in eadem villa praedia militaria quatuor, de quibus decimatur ecclesiae parochiali in Wasznyow.

Gay, villa sub parochia de Wasznyow sita, cuius haeres Thomas Kothowsky. In qua non sunt lanei cmethonales; sed ille solus haeres agros arat, de quibus solvitur decima ecclesiae in Bodzanczin.

Vilkoczin, villa sub parochia de ...... sita, cuius haeres Johannes Wilkoczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Slup.

Kowalikowycze, villa sub parochia de .... sita, cuius haeredes..., qui soli agros arant, et de illis decimam solvunt ecclesiae in Wasznyow.

Pyotrkowycze, villa sub parochia ecclesiae de .... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Grzegorzowicze.

Czayanczicze, villa sub parochia .... sita. In qua sunt haeredes ....., arant per se soli agros cmethonales, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem in Sczayanczicze.

Krzyzanowicze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctis Omnibus dicatam, cuius haeres Johannes Crziszanowsky venator Sandomiriensis de domo et familia Dambno; cuius avus Petrus venator Sandomiriensis sub pontificatu Sbignei cardinalis episcopi Cracoviensis, cuius ipse Petrus venator patruus erat germanus, ipsam ecclesiam in Krziszanowicze, de favore et gratia praefati Sbignei episcopi ipsam ...., et ipse Sbigneus episcopus aliquas decimas manipulares mensae suae illi in dotem contulit. Habet autem ecclesia praefata agros sufficientes et prata, per praefatum fundatorem primarium sibi donata, Petrum venatorem, quos colit pro suo praedio et necessitate. Item praefata villa Crziszanowicze pertinebat olim iure parochiali in Iszlszam, et ibi recipiebat parochialia iura et sacramenta; sed de consensu Michaelis tunc plebani Iszlszensis, proprium titulum, propriamque parochiam habere coepit, carismata quoque ecclesiae suis parochianis administrare.

Goworzina, villa sub parochia de Crziszanowicze sita, cuius haeredes plures milites de domo et familia Dambno. In qua non sunt lanei cmethonales, sed solum nobiles aliquot habent sua praedia et suas hortulanias, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Crziszanowicze, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

Jedlyanka, villa sub parochia de Crziszanowicze sita, cuius haeres Jedlensky de armis et familia Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro...

Item villa praefata solvit columbationem et denarium Sancti Petri in Crziszanowicze.

CUNOW.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto Vladislao regi et confessori dicatam, cuius unicus patronus et collator est episcopus Cracoviensis, ad cuius proprietatem et dominium praefata villa pleno iure pertinet; cuius plebanus modernus Johannes Goworzinsky presbyter, nobilis de domo Dambno. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item octo tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros. Item est in eadem villa curia episcopalis optima, per sanctae memoriae Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem aedificata, habens optimum praedium, in tres campos divisum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Cunow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi speciales agros liberos, et prata, pro suo praedio et necessitate. Item est in eadem villa molendinum in flumine Kamyona, sed non habet agros.

USDZICZOW, villa sub parochia Cunoviensi sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item molendinum in flumine Kamyona, dictum Rudnik, habens speciales agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano Cunoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi praedium, neque scoltetia, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

BUKOWYE, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et una taberna habens agros, item unum praedium de duobus laneis, habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item non est ibi scoltetia, non sunt hortulaniae.

NYETHOLYCZSKO, villa sub parochia de Kunow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, item quatuor tabernae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item praedium non est in eadem villa, neque scoltetia. Item est ibi molendinum in flumine Szwyslyna, sed non habet agros.

DOLY, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Jamnyk, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa non est praedium, non sunt scoltetiae, nec hortulaniae.

Sbignyewycze, alias Wyrzbye, villa sub parochia de Kunow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, quam Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis in cruda radice fundavit et locavit; de cuius agris decima manipularis episcopo Cracoviensi debet provenire.

Choczymow, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita. In hac villa habet episcopatus et mensa sua certos agros, in quibus sedebant alias nobiles, quos ex huiusmodi agris Albertus de Jastrzambyecz, tunc Cracoviensis episcopus, data scoltetia in Jamnyk mensae suae appropriavit, quosdam vero Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis coëmit, et aestimantur huiusmodi agri ad tres laneos, vel paulo amplius, cum certis arvis, et coluntur pro curia Cunoviensi; sed agros ab episcopo coëmptos, non obstante maledictione ab eodem Sbigneo episcopo, contra genus suum data, nepos suus Andreas morte eiusdem episcopi secuta, occupavit. Item sunt ibi aliqui nobiles, et signanter Gregorius Choczimowsky de domo Oxa, et alii, qui habent praedia et hortulanias, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur pro ecclesia in Kunow, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Prawyanczyn, villa sub parochia de Kunow sita, cuius proprietas ad militares olim pertinebat, sed Catherina relicta olim Skalsky Thomae de Prawyanczin, genere nobilis Morova, proprietatem quinquaginta marcarum latorum grossorum monasterio Sanctae Crucis in elemosynam donavit, cui et coram iudicio terrestri in ea inscripsit. In quá sunt sex lanei cmethonales, item quatuor tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus, conducitur et solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Kunow, et valor eius ad triginta marcas aestimatur. Item in eadem villa est praedium quondam militare, sed nunc coenobiale, de cuius agro solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gyelzow, ratione cuius decimae, quilibet haeres et possessor praefatae villae Prawyanczyn, est collator et patronus ecclesiae in Gyelzow.

Vanchoczsko.

Oppidum iuxta fluvium Kamyona situm, circa quem est monasterium insigne, ab oppido Wanchoczsko aliqua distantia distinctum et separatum, et alba fabricatum petra, quadrato opere facta, cuius etiam cellae refectoria et aliae officinae coenobiales, partim ex petra, partim ex cocto latere

muratae sunt, serie et modo italico et humili, et pleraeque etiam sunt testudinatae, et omnis fabrica muralis dicti monasterii, quod Gedeon Cracoviensis episcopus de genere et domo Griffonum in fundo episcopatus Cracoviensis fundavit, et de bonis mensae episcopalis dotavit, opere italico extructa est; a primaeva enim fundatione dicti monasterii, non incolebant illud alii, nisi Italici, usque ad annum Domini 1420. quoniam Poloni nec solebant, nec volebant esse religiosi; et quia in regestro monasteriorum praefati monasterii proventus singulos descripsimus, ideo illam hic obmittimus. Sunt autem in oppido praefato certi agri, non tamen in laneos distincti, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eodem oppido praedium coenobiale, de cuius agris monasterium non solvit decimam, sed eam pro se tollit. Item est in eodem oppido ecclesia parochialis lignea, Sanctae Elizabeth electae dicata, quae pro sua dote habet agros praediales et prata. Item est in eodem oppido advocatia, quae habet duos laneos agrorum, de quibus decimam manipularem solvit et reddit ecclesiae parochiali et plebano in Vanchoczsko, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item oppidani de singulis suis agris solvunt *meschne* ecclesiae et plebano Wanchoczensi, secundum quantitatem agrorum in siligine et in avena.

Skarziczsko coenobialis villa, sub parochia de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad monasterium in Wanchoczsko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros. Item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi praedium, neque molendinum.

Bzyno, villa sub parochia ecclesiae de Wanchoczsko sita, per magnum comitem Nicolaum monasterio donata, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium coenobiale, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Wyelya Wyesch, villa sub parochia de Wanchoczsko et prope oppidum sita. In qua sunt lanei cmethonales, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Wanchoczsko, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item non est ibi praedium, neque molendinum, non sunt tabernae.

Krzizanowa Wolya, villa sub parochia de Wanchoczko sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo tantummodo lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, de quibus

omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium coenobiale, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Lipowe polye, villa sub parochia ecclesiae de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wanchoczsko et plebano eius, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Est etiam ibi scoltetia habens duos laneos, et decimam solvit de illis ecclesiae et plebano in Wanchoczsko. Item non est ibi praedium, neque molendinum.

Tichow, villa sub parochia ecclesiae de Wanchoczsko sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item una taberna habens medium laneum agrorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi praedium neque molendinum.

Villa dicta Myercz,

Sita in districtu Radomiensi et in decanatu Kyelciensi, quae est ab antiquis temporibus monasterii Wanchoczensis haereditaria, habens in se ecclesiam ligneam, tituli Sancti Leonardi, cuius ecclesiae, villae parochiales istae: imprimis praedicta Myercz, secunda villa Thichow, tertia villa Malischyn, quarta villa Zdbyow, quinta villa Gadka, sexta villa Jagodne, septima villa Jagodne, octava villa Osszyni. Item ibidem plebanus in dicta Myercz habet hortulanias quinque, ecclesiae suae praefatae haereditarias, et ibidem plebano ab antiquo, data est libertas in haereditate ecclesiae suae, alias hortulanias tres, vel quatuor, denuo erigendi, sive locandi, qui praefati hortulani plebano suo, domino haereditario, censum solvunt pro festo Sancti Martini per unam marcam, et tenentur praefati hortulani domino suo plebano falcastrare pratum totum, quod est post ecclesiam, usque ad latum salicem, ipsorum falcastris et expensis, et foenum in eodem prato rastrare, in currusque domini plebani imponere, et in horreum domini plebani inducere; in aliis autem pratis ubicumque idem plebanus habere poterit, tantum rastrare foenum tenentur. Item praefati hortulani tenentur plebano subiuvamina quatuor, alias *pomoczi*, hoc est quilibet eorum uno falce metere frumenta hyemalia diem primam, secundam diem frumenta vernalia, tertiam et quartam diem seminare id, quod sereret dominus plebanus, ab eisdemque plebanus hortulanis suis decimulam manipularem percipit, qui quidem hortulani domino abbati monasterii Wanchoczensis ad praedium ibidem in Myercz, tenentur etiam similia quatuor subiuvamina, sicut plebano suo, et nihil plus. Item ad eandem ecclesiam in Myercz ab

antiquis temporibus, tota decima manipularis ab omnibus cmethonibus, et ab omnibus hortulanis, in tota villa, dicta Zdbyow, quae est haereditaria reverendissimi domini episcopi Cracoviensis, quae decima ad praefatam ecclesiam in Myercz, de mensa episcopali ab antiquis temporibus donata et fundata est, et canapalis; ex quibus omnibus cmethonibus, columbationem plebanus percipit per grossum unum. Alia vero decimula in villa Gadka, de agris advocatialibus omnibus et canapalis; tertia decimula etiam de omnibus agris et arvis advocatialibus manipularis et canapalis in villa Jagodne. Item decimam manipularem in tota villa dicta Starà wyesz, quae est sub oppido Schidlowyecz, et canapalem per grossos duos, incola quilibet solvit; de campo vero Zadthkow, curia nobilis Myerdesky de sex mensuris, alias *z przymyarkow*, quae pertinent ad haereditatem Zdbyow, ad eandem ecclesiam Sancti Leonardi, pertinet decimula; et de campis molendinatoris, dicti Xyaznik omnibus arvis, ad eandem ecclesiam pertinet decimula. Item ad eandem ecclesiam in Myercz pertinet arvus agri more haereditario fundatus, qui iacet post areas hortulanorum plebani, et post sepes, duobus stadiis ad longitudinem; in quo arvo continentur septem quartae, alias *szyedm przymyarkow* ad latitudinem, ita videlicet, incipiendo ab area, sive ab horto tabernatoris dicti Galiczsky, usque ad piscinulam domini plebani, quae est post ecclesiam et post montem ecclesiasticum in campo, totaliter, nihil excipiendo, nullius cmethonis, sive tabernatoris domini abbatis de Myercz ibidem aliquo stadio agri interiecto; et duo stadia agri, quae iacent ex alia parte piscinulae ad aquilonem; et stadium agri est eiusdem ecclesiae in summitate eiusdem piscinulae *na wyrzchowisku.* Est etiam eiusdem ecclesiae arvus agri, dictus Klyn, sub sylva dicta Corzonek, cum pratis, qui iacet inter viam, quae ducit de villa Myercz in villam Gadka, et inter aliam viam, quae ducit etiam de villa Myercz in villam Zdbyow, cuius arvi ex adverso et progressive in sylva dicta Corzonek, plebanus ecclesiae praefatae, et eius subditi, prata de nova radice extirpare poterunt, usque ad haereditatem villae dictae Gadka, absque quovis impedimento domini abbatis monasterii Wanchoczensis, et ..... Est alter arvus agri eiusdem ecclesiae, qui iacet in loco dicto Cowalow, alias *w* Zagorzu circa sylvam Trambinow, qui arvus iacet inter agrum Puthkowska et inter agrum Domikowska; cuius agri ex adverso ex ambabus finibus, agrum et prata plebanus extirpare potens erit progressive. Item arvus haereditarius nominatae ecclesiae sub silva dicta Gaczy, et pratum dictum Gaczyna lanka, quod plebanus progressive extirpare potens erit, usque ad sylvam dictam Trambinow, sive ad fluvium dictum Przywyrza per borram. Pertinet etiam ad eandem ecclesiam Myercensem arvus agri, dictus Syemkowska *niwa*, qui arvus iacet inter haereditatem villae

praefatae Myerczensis ab una, et inter haereditatem villae dictae Thichow parte ex altera, quem plebanus extirpare poterit, et pratum per borram usque ad fluvium dictum Przywyrza, et ex altera parte ad viam Iszleska, a via vero praedicta Iszlensi, penes borram inferius, et inter agrum Galiczsky tabernatoris de Myercz, usque ad locum dictum Myąsschi lassch, in quo loco Myasschi lassch est pratum ecclesiae praefatae, tam latum, sicut et arvus agri, a via Iszleska, cuius arvi ex adverso, plebanus extirpare poterit agrum, sive eius subditus, progressive tantum, quantum rubeta se ex adverso arvi extendere poterunt. Est etiam arvus agri ecclesiae praefatae Myerczensis ex antiquo haereditarius, qui iacet sub villa Tychow in graniciebus, alias *na graniczach*, inter haereditatem villae Myercz parte ab una, et inter haereditatem villae Tychow parte ab altera, in loco dicto Smug et cum pratis, quem arvum plebanus ecclesiae praenominatae Myerczensis potens erit extirpare, augmentare, incipiendo ab horto Czubakowsky, inter praefatas haereditates, usque ad sylvam dictam Moczydla, penes quem arvum est praefatae ecclesiae sylva, sive rubetum dictum Szykorzi lassek haereditarium, cum torrente alias *zwodnicza*, per praefatum rubetum currente, ex sylva dicta Moczidla, sive ex sylva dicta Czarni łass, quam sylvam sive rubetum dictum Sykorzy lassek plebanus extirpare poterit progressive, quanto citius penes agros cmethonum de Myercz, agros et prata faciendo, usque ad sylvam dictam Moczidla, sive ad sylvam dictam Czarni lass. Item mellificia alias *barczy* eiusdem ecclesiae Sancti Leonardi, tam in borris reverendissimi domini episcopi Cracoviensis, quam in borris domini abbatis Wanchoczensis et eius conventus, debent esse et sunt, fueruntque ex antiquo robora sive arbores, ad exalveandum libera, et hoc ex donatione antiqua reverendissimi domini episcopi Cracoviensis, et domini abbatis Wanchoczensis et sui conventus, sine quovis impedimento et damno cmethonum de Thychow et cmethonum de Myercz. Est etiam arvus ecclesiae eiusdem post villam et post curiam plebanalem, ad aquilonem, latus usque ad pratum plebanalem, et ex alia parte prati sunt duo stadia agri, penes viam, quae ducit ex villa Myercz in villam Osszyni eiusdem ecclesiae. *)

ISLZA.

Oppidum cui arx ex muro fabricata imminet, habens in se ecclesiam parochialem, ex lapide albo fabricatam, et Assumptioni Sanctae Mariae dicatam, cuius episcopus Cracoviensis unicus est collator et patronus, et ad quem proprietas praefati oppidi et castri pertinet. In qua nunc est plebanus magister Stanislaus de Woycziecze decretorum doctor, nobilis de domo

*) Cum descriptio villae Myercz in authographo, stylo et charactere diverso notata sit, inde conjicimus, eam seriori tempore fuisse insertam.

Scheligy. In quo sunt quinquaginta lanei civiles, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quadraginta marcas. Item est ibi advocatia, habens tres laneos et aliquot *niwas* seu campos, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ......, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item plebanus et ecclesia habet ibi agros praediales sufficientes et prata.

Wscheradzicze maior, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est ibi praedium episcopale optimum, de quo decimatur ecclesiae in Iszlsza, et valor eius ad quatuor marcas. Item scoltetia non est in eadem villa, neque tabernae.

Wscheradzicze Minor, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad duodecim marcas. Item non est ibi praedium, neque scoltetia, non sunt hortulaniae.

Jaszenyecz, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales et duae tantummodo tabernae, quarum una habet tantummodo agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad decem marcas. Item scoltetia est in eadem villa, quae habet duos laneos liberos, et decimat pro .....

Blazyny, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, est etiam ibi una taberna habens agros, et decimat pro episcopo, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item non est praedium in eadem villa, neque scoltetia, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Phalowycze, villa sub parochia de Iszlza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales; item est ibi unum praedium episcopale habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Iszlza, et valor eius ad octo marcas aestimatur. Item non est ibi scoltetia, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Prandoczin, villa sub parochia de Islza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duae tabernae, quarum quaelibet habet laneum integrum proprium, de

quibus omnibus, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano eius in Islza, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium episcopale, non est scoltetia, non sunt hortulaniae.

Rzechow, villa sub parochia de Islza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro plebano et ecclesia in Islza, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi scoltetia, neque praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Parsthowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Islza sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Sunt etiam ibi duae tabernae habentes agros, quae decimant pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas; sed donata est perpetuo huiusmodi decima de consensu capituli, per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem, hospitali Islzensi. Item in eadem villa est scoltetia, quae habet unum laneum, et unam tabernam, de quibus decimatur .....

Malonyezycze, villa sub parochia de Islza sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro plebano et ecclesia in Islza, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium, non sunt scoltetiae, neque hortulaniae. Item columbatio et denarius Sancti Petri solvitur de eadem villa, ecclesiae de Iszlsza.

Pankoslaw, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius haeres Johannes Pankoslawsky nobilis de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis; item de tribus tabernis habentibus agros, decima manipularis et canapalis pro monasterio et praeposito Myechoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium unum militare est in eadem villa, de quo decimatur ecclesiae in Iszlsza. Item columbatio et denarius Sancti Petri solvitur de eadem villa ecclesiae in Iszlsza.

Staroszyedlicze, villa sub parochia de Iszlsza sita, cuius haeres Johannes Starosyedlsky nobilis de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio et praeposito Myechoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium militare ibi, item tabernae. Item columbatio et denarius Sancti Petri solvitur de eadem villa ecclesiae in Iszlsza.

Hospitale. Istud hospitale sanctae memoriae Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis 1452 anno Domini pro recollectione miserabilium personarum, compassus earum calamitati, de consensu capituli sui Cracoviensis erexit, fundavit et dotavit, et in dotem eius, decimam manipularem et canapalem, ad mensam suam episcopalem pertinentem, in Parsthowa Wolya, sub parochia Islzensi sita, decem laneos habentem, donavit et inscripsit.

PAWLOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct.... dicatam, cuius proprietas, iuspatronatus et omnis collatio, ad abbatem et monasterium Sanctae Crucis Calvi montis pertinet, quam magister Michael de Lippye, tunc abbas monasterii praefati, pro villa monasterii sui Woyslaw, sub parochia de Myelyecz sita, cum Johanne Skrzanthka Pawlowsky, nobili de domo Godzamba, additis ducentis marcis, cambivit, meliorem conditionem sui monasterii effecturus, et anno Domini 1471 appropriavit. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, item unum praedium de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Pawlow, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi speciales agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate. Item in haereditate villae ....., sub sua parochia sitae, habet praedium speciale, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item habet ibidem prata et unam piscinam parvam, pro sua necessitate.

DZYUROW, villa sub parochia de Pawlow sita, quae villa erat militaris, sed magister Michael abbas et conventus Sanctae Crucis, emit illam anno 1474 apud Stanislaum et Nicolaum de Schidlowyecz, fratres germanos de armis Odrowansch, pro centum triginta marcis, de consensu Casimiri tertii Poloniae regis propter rippam habendam, et in anno sequenti fabricavit in ea optimam piscinam in flumine Kamyona, foecundam in piscibus, et proprietatem villae in multis accedentem. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Schidlowyecz. Item est etiam ibi praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima in Schydlowyecz, et valor decimae utriusque aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt in eadem villa, neque hortulania, neque scoltetia.

RZEPYN, villa, cuius medietas sub parochia de Pawlow sita est et altera medietas sita est sub parochia de Szwyanthamarza. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item duae

hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de quo decimatur ecclesiae in Pawlow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Dambrowa, villa sub parochia de Pawlow sita, cuius unam medietatem habet Prandotha Konynsky de armis Rawa; alteram vero habet Raphael Chlewyczsky de armis Odrowansch. In qua sunt decem lanei cmethonales, item tabernae duae habentes agros, item hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelczensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item sunt ibi duo praedia militaria, unum Prandothae Konynsky, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Schidlowyecz; et valor eius aestimatur ad unam sexagenam; aliud Raphaelis Chlewiczsky, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Chlewyska, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

Trzanszkow, villa sub parochia de Pawlow sita, cuius haeres Anna relicta Stanislai Grusczinsky, filia Johannis Gnyewosii, nobilis de domo Szgraya. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item una hortulania, de quibus perceptio decimae diversificatur, inter praepositum Kyelcziensem et episcopum Cracoviensem; nam de quatuor laneis decimatur et una taberna pro episcopo Cracoviensi, et valor eius ad quinque marcas aestimatur, de aliis vero quatuor pro praepositura Kyelczensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Pawlow, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Koprzywnycza, villa sub parochia de Pawlow sita, cuius haeres Anna relicta Stanislai Grusczinsky, filia Johannis Gnyewosii, nobilis de domo Sgraya. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item una hortulania, de quibus perceptio decimae diversificatur, inter praepositum Kyelczensem et episcopum Cracoviensem; nam de quatuor laneis decimatur et una taberna, pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, de aliis vero quatuor pro praepositura Kyelczensi. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Pawlow, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Jablona, villa sub parochia de Pawlow sita, cuius haeres Raphael Chlyewyczsky de domo Odrowansch. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelcziensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi aliquod praedium militare, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Zawada, villa sub parochia de Pawlow sita, cuius haeres Prandotha Konynsky de armis Rawa. In qúa sunt duo lanei cmethonales, et alias agri indivisi, item una taberna habens agros, item hortulania una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelczensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non est ibi aliquod praedium militare.

Mychow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto . . . . dicatam, cuius haeres Martinus Michowsky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, item molendinum, de quorum agris solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Michow, et valor eius aestimatur ad . . marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi speciales et proprios agros liberos et prata, pro suo praedio, usu et necessitate.

Krzynky.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Martino episcopo et confessori dicatam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item plebanus et ecclesia habent in eadem villa agros et prata, pro suo praedio et pro sua necessitate. Item non est in eadem villa praedium aliquod, neque scoltetia, neque hortulaniae, neque molendinum.

Viri, villa sub parochia ecclesiae de Krzynky sita. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non est in eadem villa praedium, neque molendinum, neque scoltetia, non sunt hortulaniae.

Kalkow, villa sub parochia de Krzynky sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, item sunt duae tabernae habentes agros, item molendinum Zapnyow habens agros, item circa praefatum molendinum est una taberna episcopalis, habens agrum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas, et proprietas eius est episcopi Cracoviensis.

Godow, villa sub parochia de Krzynky sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad

septem marcas. Item non est in eadem villa aliquod praedium episcopale, non sunt hortulaniae, neque molendinum.

Jastrzambye.

Oppidum episcopale, per Albertum Jastrzambyecz tunc episcopum Cracoviensem in cruda radice locatum, sed sub regimine Sbignei episcopi Cracoviensis auctum. In quo est ecclesia parochialis lignea, Sancto Johanni Baptistae, per Sbigneum praefatum Cracoviensem episcopum, anno Domini 1435. dicata, et eiusdem Sbignei episcopi aedificata sumptibus, dotata autem proventibus et iuribus ecclesiae de Gąnssawy, villae etiam episcopalis, cuius parochiam et omnia iura et proventus, praefatus Sbigneus episcopus de Gąssawi in Jastrząmbye transtulit, et dictae ecclesiae in Jastrzambye univit per suas literas, et incorporavit. In quo quidem oppido sunt quadraginta lanei civiles, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item plebanus et ecclesia in Jastrzambye habent agros proprios, pro suo praedio, et prata in Gąssawi. Item est in eodem oppido advocatia, habens quatuor laneos liberos, de quibus decimam manipularem tenetur reddere ecclesiae in Jastrzambye, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item non est ibi praedium.

Gąszawy, villa episcopatus Cracoviensis, sub parochia de Jastrzambye. In qua quondam fuit ecclesia parochialis lignea, Sanct . . . dicata, et in hactenus est, et propter corpora fidelium in ea et in eius coemeterio sepulta, aliquando officiatur; sed translata est et ipsa et omnis eius parochia ut praemisimus, in Jastrzambye. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi scoltetia habens duos laneos agrorum, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro ecclesia et plebano in Jastrzambye, et valor eius ad unam cum media marcas. Item sunt ibi agri speciales et proprii liberi, qui olim pertinebant ad ecclesiam in Gąnszawy, nunc pertinent ad ecclesiam in Jastrzambye, quos colit plebanus de Jastrzambye, pro suo praedio et necessitate; habet etiam ibi prata.

Lepyenycze, villa sub parochia de Jastrzambye sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens medium laneum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item non est ibi praedium episcopale aliquod, neque molendinum, non sunt tabernae. Item ecclesia in Jastrzambye habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

LEPYENYCZSKA WOLYA, villa sub parochia de Jastrzambye sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item non est ibi praedium, non est scoltetia, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae. Item ecclesia in Jastrzambye habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

ROGOW, villa sub parochia de Jastrzambye sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item unum molendinum, item sunt ibi duae tabernae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad quinque marcas. Item non est ibi praedium, non est scoltetia, non sunt hortulaniae. Item ecclesia in Jastrzambye habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

MYROW, villa sub parochia de Jastrzambye sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item unum molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item non est in villa eadem aliquod praedium, non est molendinum, non sunt hortulaniae, non est scoltetia. Item ecclesia in Jastrzambye habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

SMYLOW, villa sub parochia de Jastrzambye sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item molendinum unum habens agros, quod ad proprietatem advocati de Jastrzambye pertinet, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Jastrzambye, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item non est in eadem villa aliquod praedium episcopale, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, non est scoltetus. Item ecclesia in Jastrzambye habet ibi columbationem et denarium Sancti Petri.

FABRICA ferri LYEPYENNYCZSKA, quae sub regimine et pontificatu Sbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis in cruda radice, per Janisch magistrum illius primum, cum piscina et molendino in flumine . . . locata est, et sub parochia de Jastrzambye sita, et solvit pro censu annuo . . ., et multi agri cum pratis in circuitu extirpati . . . .

GRZEGORZOWICZE.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Sancto Johanni Baptistae dicatam, et per Navogium de Grzegorzowicze, tunc dictae villae

haeredem, de familia Bippennium, in colle, lapide forma rotunda murata, cuius nunc haeres Nicolaus Chranstowsky de nobilitate Strzegomya. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro abbate et monasterio in Wanchoczsko, Cisterciensis ordinis, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Grzegorzowicze, cuius valor ad tres marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate. Item ecclesia in Grzegorzowicze habet in eadem villa columbationem, denarium Sancti Petri.

Zwolya Sarnina, villa sub parochia de Grzegorzowicze sita, cuius haeres ... Szarna de armis Bippennium. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, item unum molendinum, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Wanchoczsko, cuius valor aestimatur ad novem marcas. Item praedium unum militare est in eadem villa, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Grzegorzowicze, cuius valor ad tres marcas. Item ecclesia in Grzegorzowicze habet in eadem villa columbationem, denarium Sancti Petri...

Slup utraque Nova et Vetus.

Nova Slup, est oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Laurentio martyri dicatam, cuius proprietas et dominium ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet, et est filialis ecclesiae Antiquae Slup. In quo sunt indistincti lanci oppidanorum, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam de duabus partibus solvitur et conducitur pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad duas marcas, pro tertia autem parte pertinet pro ecclesia in Nova Slup, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item curia et coenobium est in eodem oppido, de cuius agris nulli solvitur decima, sed eam monasterium Sanctae Crucis pro se tollit. Item ecclesia de Nova Slup et eius plebanus, habet agros speciales proprios in eodem oppido, pro suo praedio et necessitate et prata; utramque autem ecclesiam unus plebanus administrat.

Slup Antiqua, villa habens in se ecclesiam matricem ligneam, Sancto Vincentio dicatam, sub parochia Novae Slup sitam, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt sedecim cum medio lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item sex hortulaniae habentes agros, et medietas agrorum tabernarum et hortulaniarum solvit decimam pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et etiam

de agris unius molendini, cuius valor aestimatur ad sex marcas, de altera vero medietate agrorum tabernarum, hortulaniarum et molendini, solvitur decima in Nova Slup ecclesiae, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Mylanowska Wolya, sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, tabernae duae habentes agros, hortulaniae duae habentes agros, de quibus decimatur monasterio Sanctae Crucis, et valor decimae quinque marcarum. Non est in eadem villa praedium, neque scultetia.

Baschowycze, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, una taberna habens agros, item hortulaniae tres, item praedium unum coenobiale, de quibus omnibus, tollit decimam manipularem et canapalem monasterium Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad septem marcas.

Wyelow, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et una hortulania habens agros, de quibus decimatur manipulo et canapo pro ecclesia in Szwyanthamarza, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item non est praedium aliquod in eadem villa, sed est molendinum coenobiale.

Myroczycze, villa sub parochia de Nova Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, duae hortulaniae, tabernae . . . ., de quibus decimatur monasterio Sanctae Crucis, et valor eius ad sex marcas. Item praedium non est in eadem villa.

Koprzywyanka, villa sub parochia de Antiqua Slup sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus perceptio decimae diversificatur; una enim pars villae media decimat ecclesiae in Bodzanczin, et valor eius ad tres marcas aestimatur, altera pro ecclesia in Krampa, et valor eius ad tres marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris decimatur.

Chibicze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Beatae virgini et martyri Margarethae dicatam, et partim lapide, partim latere fabricatam muro, per Swyeczslaum de Swyanszkowicze haeredem, cancellarium Dobrzynensem, et Mathiam de eadem Swyeczslawicze, fratres germanos, canonicos Cracovienses, nobiles de armis Schirokomlya, cuius etiam in hactenus sunt haeredes... de Swyanskowicze dictorum Swyeczslavi et Mathiae canonicorum Cracoviensium, a quibus una domus canonicalis lateritia in postico

aediculae Sancti Petri in Cracovia, coempta per eos a Jacobo Petri de Tharnowa et aliis personis area, dum viverent, constructa est, et super qua habent perpetuum anniversarium, quod per vicarios Cracovienses expletur, pronepotes, vicariis autem pro labore anniversarii, solvit canonicus inhabitator domus praefatae, unam marcam. In qua quidem villa sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item unum praedium militare, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali et plebano in Chibicze, cuius valor aestimatur ad . . . marcas. Item plebania habet in eadem villa curiam, et praedium cum agris bonis et pratis.

WSDOL.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Margarethae virgini dicatam, ligneam, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet, cuius plebanus . . . . . . habet proprios agros liberos et prata. In qua sunt viginti duo cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi. Item in eadem villa est scoltetus, qui habet tres laneos et unam hortulaniam, et de duobus quidem laneis et una hortulania, solvit et conducit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Wsdol, de tertio vero laneo solvitur decima episcopo Cracoviensi. Item est ibi taberna habens agros, quae solvit decimam manipularem ecclesiae in Wsdol. Item est ibi praedium episcopale habens duos laneos agrorum, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae praefatae parochiali in Wsdol.

SZYEKIRZNO, villa sub parochia ecclesiae de Wsdol sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item in eadem villa est scoltetia, quae habet duos laneos speciales liberos, duas tabernas habentes agros, et duas hortulanias habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wsdol.

ŁĄNCZNA, villa sub parochia ecclesiae de Wsdol sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item est ibi scoltetia, habens duos laneos liberos et unam tabernam habentem agros, item habet duas hortulanias habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item praedium episcopale non est in eadem villa, sed est molendinum.

Villae parochiales: Wsdol, Syekirno, Lanczna.

ARCHIDIACONATUS ZAWYCHOSTHENSIS.

In ecclesia Cracoviensi situs, et in ea habens titulum et stallum, qui sub se et in sua cura, in suaque visitatione, infrascriptas parochiales habet ecclesias.

ZAWYCHOSTH.

Oppidum in quo ecclesia lignea, Sancto Mauritio dicata, de collatione et iurepatronatus scholastici Sandomiriensis, cuius oppidi proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet; de proventibus enim praefatae ecclesiae Sancti Mauritii Zawichosthensis, scholastria Sandomiriensis pro maiori parte dotata est. Haec ecclesia, quoniam parochia eius sita erat ultra Vislam, in Borow villam sanctimonialium, ad instantiam magistri Martini de Odolino, sub pontificatu Johannis Luthkonis episcopi Cracoviensis translata est, et nova ibi ecclesia fundata est, Sanctoque Apostolo dicata Andreae, cuius parochiam inferius, postquam ad ecclesiam in Borow proveniemus, describemus.

Ecclesia Beatae Mariae in Zawichosth.

De collatione praebendae canonici Sandomiriensis quae vocatur Konyeczska, cuius canonici fundus in Kunycze et Popow; quae duae villae erant quondam fundus ecclesiae Sanctae Mariae, sed collegiata ecclesia apud Sandomiriam fundata, datae sunt in dotem praebendae Sandomiriensis, quae vocatur Kunyczska, cuius pro tempore unicus collator et patronus est canonicus quilibet Sandomiriensis, qui praebendam Kunyczska obtinet. Item in oppido praefato, sunt quadraginta quatuor lanei oppidanorum, qui solvunt decimam manipularem, sed varie; nam post viginti laneos percipit eam ecclesia Sanctae Trinitatis in Zawichosth, post viginti vero quatuor laneos, percipit eam custodia Sancti Floriani extra muros Cracovienses. Item habet ecclesia Sanctae Mariae proprios illic agros et prata, cum quibus suam sustentat necessitatem. Item fuit in praefato oppido quondam advocatia notabilis, habens infra terminos oppidi proprios laneos et agros, quam Casimirus Secundus Poloniae rex coemit, et decimam manipularem ex agris advocatiae provenientem, quae ecclesiae Sanctae Mariae Zawichostensi solvebatur, sacerdoti capellam castri Zawichostensis officianti applicavit. Est autem ecclesia praefata ex lapide quadro albo, more vetusto, in crucis modum murata, per principes Poloniae antiquos. Item in eodem oppido est monasterium fratrum minorum, Sancto dicatum Francisco, latere cocto, una cum ecclesia, per Boleslaum Pudicum....

Lanka, villa sub parochia de Gory sita, cuius haeredes Johannes et Petrus Mykulowsczy. In qua sunt lanei cmethonales indistincti, quos pro maiori parte fluvius Visla absorbuit, et de omnibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur pro ecclesia Sanctae Mariae in Zawichosth.

Ecclesia Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

Murata lapide albo, cuius collatio ad archidiaconum Zawychosthensem pertinet, ex eius enim proventibus decimisque fundatus est et dotatus, habetque ecclesia praefata optimos agros et prata et gaya, pro suo fundo et necessitate.

Vynari, villa sub parochia Sanctae Trinitatis in Zawichosth sita, cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae pertinet, occupat autem illam Stanislaus Vynarsky de domo Janina. In qua est praedium, quatuor lanei cmethonales, una taberna habens agros, et duae hortulaniae habentes agros, et de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

Dzurow, villa sub parochia Sanctae Trinitatis in Zawichosth sita, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth. Non est ibi praedium, nec hortulaniae, neque tabernae.

Pyotrowycze, villa sub parochia Sanctae Trinitatis in Zawichosth sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Sancto Andrea in Cracovia pertinet. In qua quatuordecim lanei cmethonales, duae tabernae habentes agros, et una hortulania, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro cantoria Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item ibi praedium, de quo sanctimoniales percipiunt decimam.

Marschow, villa sub parochia Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, cuius proprietas ad scholasticum Sandomiriensem pertinet. In qua quinque lanei, de quibus decimatur scholastriae Sandomiriensi, et etiam de praedio.

Mystrzowycze, villa sub parochia Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, fundus autem scholastriae Sandomiriensis. In qua non praedium, neque tabernae, nec hortulaniae, sed lanei cmethonales tantummodo duo, quoniam alii absorpti sunt per Vislam, de quibus decimatur scholastriae Sandomiriensi.

Lynow, villa sub parochia Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, cuius haeres Johannes Lynowsky de genere Rawitarum. In qua septem lanei, et tres tabernae habentes agros, de quibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, et quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

Lynowska Wolya, villa sub parochia Sanctae Trinitatis in Zawichosth sita, cuius haeres idem Johannes Linowsky. In qua novem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi, et valor eius ad sex marcas. Item est ibi praedium militare, item taberna habens agros, et duae hortulaniae, de quibus decimatur ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

Czyzow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem lapide albo muratam, Omnibus Sanctis dicatam, cuius collator et patronus est Johannes Czyzowsky de armis Polukozye. In qua viginti quatuor lanei cmethonales, quinque tabernae, de quibus omnibus decimatur scholastriae Sandomiriensi, cuius valor ad viginti marcas aestimatur; ecclesia autem praefata murata est per Michaelem de Bogumylicze castellanum Sandomiriensem de domo Polukoza nobilem. In qua praepositus eiusdem ecclesiae habet proprium laneum et agros et prata, pro suo praedio et necessitate. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima praeposito, seu plebano ibidem in Czyzow.

Gory superior.

Villa habens in se ecclesiam ligneam, Sancto Vito dicatam, cuius haeres Johannes de Oleschnycza de armis Dambno. In qua decem lanei cmethonales, de quibus decimatur archidiaconatui Zawichosthensi; valor ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, hortulaniae duae, de quibus decimatur in Gory. Item ager plebanalis nulli obnoxius. Item taberna una plebani, quae solvit .....

Gory inferior, villa sub parochia de Superiori Gory sita, cuius haeredes Johannes Langàcz de armis Druzyna et Johannes Pelka de armis Janina. In qua octo lanei, de quibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item sunt ibi duo praedia, et duae tabernae habentes agros, de quibus decimatur in Gory. Item est ibi tertia taberna ecclesiae de Zdzechowycze habens agros, plebano tamen in Gory decimatur de huiusmodi taberna.

Czyrnyn, villa sub parochia de Gori, cuius haeres Lucas de Slupcza de domo Rawa pró una parte minori, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, et quatuor hortulaniae; et sanctimoniales Sancti Andreae pro maiori;

et de omnibus decima solvitur archidiaconatui Zawichostensi. Item est ibi praedium monialium unicum, de quo non solvunt decimam alicui, sed eam pro se tollunt.

Slupcza, villa sub parochia de Gori sita, cuius haeres idem Lucas de Slupcza. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Zawichostensi, cuius valor ad quindecim marcas aestimatur. Item ibi tabernae octo, hortulani tres, molendinum unum, sed omnia non habent agros. Item ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Chrobrzani.

Ląnka, villa sub parochia de Gori sita, cuius haeredes Johannes et Petrus Mikulowsczy de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales indistincti, quos pro maiori parte fluvius Visla absorbuit, et de omnibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae Sanctae Mariae in Zawichosth.

Dwyekozy, villa sub parochia de Gori sita, cuius proprietas ad canonicatum et praebendam Sandomiriensem, quae vocatur Dwyekoszka pertinet. In qua sunt octodecim lanei cmethonales, quatuor tabernae habentes agros, item agri scoltetiales in eisdem laneis inclusi, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praefatae praebendae Sandomiriensi. Item est ibi unum praedium canonicale, de quo decimatur vicario praebendae praefatae Dwekosszka.

Lukawa.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas et collatio ad abbatem et conventum Wanchoczense pertinet. In qua lanei cmethonales viginti quatuor, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis monasterio in Wanchoczsko. Item sunt ibi duae tabernae monasterii, habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Lucawa. Item habet ibi plebanus tres laneos liberos et duo prata, pro suo praedio et necessitate. Item est ibi una hortulania plebani, habens agros, quae nullum solvit censum, sed tantum unum diem pro plebano, pedestri labore in septimana laborat, item eadem hortulania solvit plebano in ibidem, decimam manipularem. Item omnes cmethones solvunt *meschne* et plebano et ecclesiae, quilibet de laneo tres choros siliginis, et tres avenae aequales. Item est ibi tertia taberna habens agros et prata, quae ad ecclesiae proprietatem pertinet cum omni iure, et solvit plebano pro censu unam sexagenam, et de agris suis plebano etiam decimam reddit. Item est ibi scoltetia habens laneos, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in ...... Item est ibi praedium

coenobiale optimum, de cuius agris decima manipularis.... Item praefata ecclesia in Lucawa, unicam tantum habet villam praefatam Lucawa, ad se pertinentem. Item praefata ecclesia taxata est .....

JANKOWYCZE.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Thomae Cantuariensi dicatam, cuius proprietas ad Jacobum et Zaclicam de armis Bippennium pertinet, cuius praefati Jacobus et Zaclica sunt unici collatores et patroni. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item ecclesia praefata in Jankowicze habet proprios agros liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item praedium in eadem villa militare est unicum, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Jankowycze.

PRZESZWODY, villa sub parochia de Jankowycze sita, quae licet fuerit in fundatione monasterii Zawichostensis, sanctimonialibus Sanctae Clarae, per Boleslaum Pudicum Cracoviensem et Sandomiriensem ducem donata, abstracta tamen est ab illius proprietate, et tenent eam nunc Stanislaus et Bernardus, milites de domo Janina. Habet autem assertio aliquorum, quod sanctimoniales Sancti Andreae illam pro servitiis, licet illicite, militibus donaverint. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, duae tabernae et duae hortulaniae habentes agros, de quibus manipularis et canapalis decima solvitur sed varie; nam maior pars villae solvit eam ecclesiae parochiali in Pnyow, ex donatione episcopali, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, et secunda pars minor, solvit eam ecclesiae in Mydlow, et valor eius aestimatur ad tres marcas; tertia pars solvit eam ecclesiae in Jankowicze, cuius valor ad duas marcas, et quarta pars solvit eam ecclesiae in Rudno, et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item sunt ibi tria militaria praedia, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Jankowicze.

DARONYN, villa sub parochia de Jankowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Sancto Andrea pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item praedium coenobiale bonum, item scoltetia, quae habet etiam bonum praedium et tres laneos cmethonales de sua proprietate, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad triginta tres marcas aestimatur.

BRZESCZANY, villa sub parochia de Jankowycze sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Sancto Andrea pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, et agri quam plures scolteti de Daronyn, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Sobothka.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanctae Margarethae dicatam, cuius collatio et proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, praeter agros additionales, qui dicuntur *przymyarky*, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in oppido Solecz, et valor eius aestimatur ad triginta marcas, aliquando ad quadraginta. Item est ibi optimum praedium regium, de cuius agris et aliis, qui dicuntur *przymyarky* cmethonalibus, solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Sobothka. Item ecclesia et plebanus habent ibi speciales agros et prata liberos, pro suo praedio et necessitate. Item notandum, quod praefata villa Sobothka fuit quondam de proprietate sanctimonialium de Sancto Andrea in Cracovia, et pertinebat ad advocatiam Zawichostensem pleno iure; sed Casimirus Secundus coempta advocatia Zawychostensi, apud Petrum eius advocatum, etiam villam Sobothka in ius suum regium et proprietatem traxit. Item decima manipularis post omnes cmethones, hortulanias et tabernas dictae villae Sobothka, solvitur ecclesiae parochiali et plebano eius in oppido Solecz, et valor eius aestimatur ad triginta marcas.

Przibislawycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem Sancto Stanislao dicatam, cuius proprietas ad nobiles . . . . pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia . . ., et valor eius ad . . . . marcas aestimatur. Item ecclesia praefata et plebanus eius habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Bydzyny.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Petro dicatam, cuius proprietas pertinet ad Johannem Felix et Bernardum Bidzinsky de armis Janyna et Dambno. Habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros liberos, pro suo praedio et necessitate. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro plebano in Bydzini; item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Bydzyny, et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Voczechowycze.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, lapide albo muratam, Sancto Adalberto dicatam, cuius proprietas et collatio pertinet ad nobiles . . . . .

Hanc ecclesiam narratur murasse Woyschik quondam canonicus Cracoviensis. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur. Item sunt ibi quatuor praedia militaria, duae tabernae, quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima in Woczechowycze, pro ecclesia et plebano eius.

GEDCZYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas ad . . . de armis Griffonum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Gedczycze, et valor eius ad duodecim marcas. Item ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

OPATHOW.

Oppidum habens in se ecclesiam, lapide albo muratam, Sanctae Mariae Virgini gloriosae dicatam, quae translata est in ecclesiam collegiatam Sancti Martini, cum fonte baptismali, et cura parochiali, et ipsa ecclesia Sanctae Mariae Virginis data est fratribus minoribus, de regula Sancti Francisci; cuius collator est decanus eiusdem collegiatae ecclesiae Oppathoviensis, quae translata est in ecclesiam Sancti Martini . . . Proventus autem collegiatae ecclesiae Sancti Martini in Óppathow, in regestro speciali ecclesiarum collegiatarum descripsimus.

PKANOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Aegidio dicatam, de collatione duorum patronorum, alternatas vices inter se habentium, unius de Podolye, et alterius de Rossochi, quoniam haereditas Pkanow partim ad villam Podolye, et partim ad Rossochy villas haereditatesque pertinet; villam autem Podole habet Domarath de armis Grzymala, villam vero Rossochi Jacobus de Konyeczpole de armis Pobodze. In villa autem praefata sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Pkanow. Item sunt ibi agri liberi cum pratis, ad ecclesiam in Pkanow pertinentes.

BRZEZYE, villa sub parochia de Pkanow sita, cuius haeredes: Clemens, Johannes et Vilhelmus de armis Oxa. In qua tredecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro praebenda Sandomiriensi,

quae vocatur Krczonowska, et valor eius aestimatur ad tredecim marcas. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae in Pkanow.

Lypowa, villa sub parochia de Pkanow sita, cuius haeres Domarath de Podolye de armis Grzymala. In qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Sandomiriensi, quae vocatur Krczonowska, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Pkanow. Item in eadem villa ecclesia et plebanus de Pkanow, duos et distinctos habent laneos, et quilibet solvit pro annuo censu ..... Item est ibi taberna de proprietate plebani, quae solvit ..., et post praefatos duos laneos et agros tabernae, decima solvitur ecclesiae in Pkanow.

Podole, villa sub parochia de Pkanow sita, cuius haeres idem Domarath de armis Grzymala. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima ecclesiae in Pkanow, cuius valor ad unam sexagenam aestimatur; item tabernae, item hortulaniae; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima in Pkanow.

Trembanow, villa sub parochia de Pkanow sita, cuius haeres Nicolaus Przeivsky de armis Sulima. In qua sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praebendae Sandomiriensi, quae vocatur Krczonowska, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi praedium, de quo decimatur in Pkanow; item tabernae, item hortulaniae...

Przeyvschin, villa sub parochia de Pkanow sita, cuius haeres Nicolaus Przeyvssky de armis Sulyma. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima solvitur praebendae Sandomiriensi, quae vocatur Krczonowska, et valor eius aestimatur ad ... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Pkanow.

Krasznik.

Oppidum habens ecclesiam parochialem, cuius chorus latere cocto fabricatus est, per Johannem Kalinsky, tunc plebanum eius, de domo Bippennium, Sancto ... dicatam; quam in cura habent regulares canonici Sancti Augustini, cuius patronus de armis Starza seu Bippennium Johannes de Thanczyn; de eius ordinatione praefata ecclesia saecularis per Johannem Luthkonis tunc episcopum Cracoviensem anno Domini 1460... in regularem translata est, et canonicis regularibus Sancti Augustini consignata, quae pro sua dote habet proventus infrascriptos. In oppido praefato Krasznyk sunt triginta lanei oppidanorum, quorum decem lanei

solvit quilibet scholastriae Sandomiriensi pro decima sex grossos usuales, de viginti vero laneis, solvitur etiam decima per sex grossos communis pecuniae, ecclesiae et plebano in Krasznyk. Item sunt ibi sex lanei advocati, in praedium haeredis conversi, qui decimant manipulo ecclesiae in Krasznik. Item quilibet laneus solvit pro *meschne* unam mensuram siliginis, unam tritici, et unam avenae, pro eadem ecclesia in Krasznik.

Rzeczicza, villa sub parochia de Krasznyk sita, cuius proprietas ad monasterium canonicorum regularium in Krasznyk pertinet. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo per octo scotos; item gallos per duos solvunt, item ova triginta, item caseos duos; item laborant *iutrzyny*, item *ossep* non solvunt; item monasterium habet ibi praedium optimum cum pratis, de quo nulli solvit decimam, cmethones autem solvunt decimam manipularem in Pnyow; item est ibi piscina bona cum molendino, de quo monasterio solvuntur metretae.

Stroza, villa sub parochia de Krasznik sita, cuius haeres Johannes Rapsthińsky de domo Bippennium. In qua sunt centum lanei cmethonales, de quorum quadraginta solvitur decima pecunialis scholastriae Sandomiriensi, de quolibet laneo per sex grossos usuales, et si quis serit agrum in toto vel in parte desertum, nihilominus ad plenam decimae solutionem obligatur; de sexaginta vero laneis solvitur decima per sex grossos in rasznik ecclesiae; decimam canapi non solvunt. Item omnes centum praefati lanei de Stroza solvunt *meschne* ecclesiae in Krasznik, unam siliginis, alteram avenae mensuram, et unam tritici. Item non est ibi praedium, neque molendinum, sunt tabernae et hortulaniae, sed non habent agros.

Wyznycza, villa sub eadem parochia, cuius haeres Johannes de Krasznik. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis vicescholastico Sandomiriensi, eius ducturam ipse magister procurat, et valor eius ad octo marcas aestimatur.

Wyzyenka, villa sub eadem parochia, cuius haeres idem Johannes Krasznyczsky de domo Bippennium. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis vicescholastico Sandomiriensi, cuius ducturam ipse procurat, et valor aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est ibi praedium militare unum, item scoltetia habens duos laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Krasznyk.

Byelini, villa sub parochia eadem de Krasznik sita, cuius haeres praefatus Johannes Krasznyczsky. In qua sunt decem lanei cmethonales, qui omnes coluntur pro praedio, de quibus decimam solus tollit...

Pyaszeczna Wola, villa sub eadem parochia, cuius haeres idem

Johannes. In qua sunt lanei viginti duo, de quibus solvitur decima de quolibet laneo per sex grossos usuales, pro scholastia Sandomiriensi, praeter quatuor laneos, de quibus etiam per sex grossos solvitur ecclesiae in Krasznik. Item quilibet de laneo, tenetur conducere ecclesiae in Krasznik unam cassulam tritici, unam siliginis et unam avenae, et valor aestimatur eius ad quinque marcas.

Suchinya, sub ipsa parochia, cuius haeres idem Johannes. In qua lanei quindecim cum medio, de quorum tribus et medio scholastriae Sandomiriensi, de residuis vero ecclesiae in Krasznik per sex grossos, item de omnibus sedecim laneis solvitur una cassula siliginis, una tritici et una avenae, pro monasterio in Krasznik.

Grambinicza, sub eadem parochia sita, cuius haeres idem Johannes Krasznyczsky. In qua sunt lanei, de quorum aliquibus solvitur decima per sex grossos scholastico Sandomiriensi, de aliquibus vero ecclesiae in Krasznik, et quilibet dat ecclesiae in Krasznik unam cassulam tritici, unam siliginis et unam avenae; fuit ibi quondam ecclesia parochialis Sanctae Mariae dicata, sed unita est ecclesiae in Krasznik.

Zakrzow, villa sub parochia de Krasznik sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Koprzywnyczense pertinet. In qua est scoltetia, habens octo laneos proprios, de quibus nescitur per quam negligentiam et abusum, tantummodo solvit octo scottos, quos vix congrueret pro uno laneo solvere pro monasterio in Krasznik; cmethonales vero lanei sunt...., et quilibet pro decima pecuniali, solvit monasterio Coprzywnyczensi octo grossos; item agri tabernarum duarum similiter. Item est ibi praedium monasterii, de cuius agris non solvitur antiqua decima, sed abbas eam pro se tollit.

Szulow, villa sub parochia de Krasznik sita, cuius proprietas ad praefatum monasterium Coprzywnyczense pertinet. In qua est scoltetus habens quatuor laneos cum medio, et de duobus laneis antiquis, solvit decimam manipularem ecclesiae in Krasznik, de duobus vero aliis cum medio laneis, solvit eam monasterio Coprzywnyczensi. Item sunt in eadem villa lanei cmethonales viginti octo, de quorum medietate solvitur decima manipularis, et de medietate pecunialis per quatuor grossos, monasterio Coprzywnyczensi.

Bothorz.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius collatio pertinet ad Johannem Rapstinsky do domo Bippenrum, ipsius villae haeredem, cuius proventus sunt infrascripti: et primo, habet agros et prata per Andream Thanczynsky, tunc ipsius villae haeredem donatos et inscriptos, pro plebani praedio et necessitate. In qua sunt

lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur .... Hanc ecclesiam in Bothurz sanctae memoriae Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, ad petitionem Andreae de Thanczin militis, anno Domini 1445 fundavit, erexit et consecravit.

WYSSOKYE.

Villa, vel potius oppidum habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Assumptioni Sanctae Mariae et Sancto Adalberto dicatam, cuius patronus de armis Janyna Johannes de Kasschow. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur.... Item est ibi praedium militare unum, de cuius agris solvitur decima manipularis in Wysokye, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Haec ecclesia ad instantiam et supplicationem Johannis de Bydzyni vexilliferi Sandomiriensis, per Albertum Jastrzambyecz tunc episcopum Cracoviensem, anno Domini 1417 fundata est, et cum suo coemeterio consecrata. Item ecclesia habet ibi duos laneos liberos et prata, pro suo praedio et necessitate, curiam, pomerium et hortos, per praefatum Johannem de Bydzini dotatorem donatos et inscriptos, super vallem Chlopydol sitos.

WYSSOKYE, villa sub parochia ecclesiae de Wyssokye sita, cuius haeres idem Johannes Kaschowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia praefata in oppido Wyssokye, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Hanc decimam Albertus Jastrzambyecz tunc episcopus Cracoviensis, de consensu capituli, contulit et inscripsit perpetuo ecclesiae in Wyssokye, in eius consecrationem et fundationem.

THARGOWYSZKA.

Villa habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sancto Thomae Cantuariensi dicatam, cuius haeres Nicolaus de domo Tharnawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Thargowyska.

ZAKRZOW, villa sub parochia de Thargowyska sita, cuius haeredes Targowyczsczy praefati. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pro ecclesia in Thargowyska, cuius valor ad sex marcas.

THARNOWKA, villa sub parochia de Thargowyszka sita, cuius haeredes plurimi.... In qua lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur vario modo; nam de quarta parte solvitur pro ecclesia in Thargowyszka, cuius valor ad decem marcas......

WYLCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Jankowycze in terra Sandomiriensi sita est, cuius proprietas pertinet ad Zaclicam et Jacobum

de Myedzygorze de domo Bippennium. In qua sunt viginti tres lanei cmethonales, de quorum aliquibus et solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et eius plebano in Thargowyska, cuius valor aestimatur ad sex marcas; de omnibus autem aliis, solvitur pro archidiacono Zawichostensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item sunt ibi tabernae quatuor, de quorum etiam agris decimatur archidiaconatui Zawichostensi; abstractio autem aliquot laneorum ab archidiaconatu Zawichostensi praefatae decimae, et appropriatio ad ecclesiam in Thargowiska, facta est per negligentiam Johannis de Modlnycza, tunc archidiaconi Zawichostensis contra quem Clemens Cholewa tunc plebanus in Targowiska, per audientiam contradictarum in urbe, reportavit sententiam diffinitivam, quam praefatus Johannes de Modlnicza non curavit rescindere.

Gewczycza, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Thargowyska.

Wyszokye, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Thargowyszka, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

Goray.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct ......, cuius collatio ad nobiles de armis Korczakowye seu Wrąmbowye, pertinet. In quo sunt lanei cmethonales...., cuius rector habet agros et prata pro suo praedio et necessitate.......

Byelyny.

Villa habens ecclesiam in se parochialem ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius patronus de armis Nalancz, videlicet Petrus de Schamothuly castellanus Poznaniensis. In qua sunt lanei cmethonales .....

Slup. dlothowa.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ..., cuius haeres Dlotho.... de armis Syrokomla. In qua sunt lanei cmethonales .....

Pothok.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto .... dicatam, cuius haeredes.... de armis Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, item tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Pothok, et valor eius ad viginti marcas aestimatur.

Waglno, villa sub parochia de Pothok sita, cuius haeredes: Nicolaus, Johannes et Jacobus Kaczka de armis .... In qua sunt lanei

cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro scholastria Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Pothok.

ZDZECHOWYCZE.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto ..... dicatam, cuius haeres Johannes Czyzowsky de armis Polukozye. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastico Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item sunt ibi alii lanei, de quibus decimatur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item sunt ibi alii lanei, de quibus decima solvitur et conducitur pro ecclesia et plebano in Zdzechowycze, et valor eius aestimatur ad .... Item est ibi praedium unum militare, item una scoltetia habens agros, de quibus solvitur decima in Zdzechowycze.

GOSCZYRADOW.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius collatio ad episcopum Cracoviensem pertinet, cuius unicus erat patronus Troyanus de armis Bogorya, qui, quia anno Domini 1456. plebanum proprium Petrum Czarny de Radom occidit, et in foeda palude demersit, ius patronatus amisit, et ad episcopum Cracoviensem ab illo tempore, sub pontificatu Thomae de Strampino est devolutum. In una autem parte villae versus Lublin, sunt quinque lanei cmethonales, taberna inclusa, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis scholastiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item alia media pars, sed maior villae, et praedium unicum militare, solvit decimam manipularem ecclesiae in Gosczyradow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item tertia pars villae versus Zawychosth, solvit decimam manipularem episcopo Cracoviensi. Item ibi plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

BOROW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, filiam ecclesiae Sancti Mauritii in Zawychosth, noviter fundatam, Sancto Andreae dicatam, cuius proprietas et ius patronatus ad abbatissam et sanctimoniales Sancti Andreae in Cracovia pertinet; quam propter exundationes Vislae, magister Mathaeus de Odolyno in Borow transferri, et Sancto Andreae dicari obtinuit, cuius ecclesiam pulchram ex ligno fecit; habet ibi ecclesia et plebanus medium laneum liberum, cum pratis donatum per Abbatissam et sanctimoniales de Sancto Andrea. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus

omnibus etsi superioribus annis decima manipularis et canapalis parochiae Sandomiriensi solvebatur, ecclesia tamen Sancti Mauritii ex Zawichosth in Borow translata, Luthko de Thokari scholasticus Sandomiriensis donavit eam donatione perpetua, ecclesiae in Borow, quam donationem Luthkonis Johannes episcopus Cracoviensis, de consensu capituli, anno Domini 1465 confirmavit; in cuius recompensam aliqualem, cessit .... plebanus de Borow, ad quem ex antiquo pertinebat, et valor eius ad octo marcas.

Kossin, villa sub parochia de Borow sita, cuius haeredes sanctimoniales Sancti Andreae de Cracovia. In qua quinque lanei cmethonales, una taberna, quatuor hortulaniae, duo molendina, omnia habent agros, de quibus decima manipularis et canapalis scholastiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Mnyschek, quae olim Thuczyna vocabatur, villa sub eadem parochia de Borow sita, et longo tempore per gwerras desertata, cuius proprietas ad sanctimoniales Sancti Andreae de Cracovia pertinet. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, de quolibet episcopo Cracoviensi decem grossi pro decima pecuniali solvuntur. Item scoltetus est ibi, habens quatuor laneos, et de antiquis agris solvit decimam scholastico Sandomiriensi, et de duabus tabernis et de uno molendino, et de quatuor hortulaniis, eo, quod in antiquis locati sunt; de novis vero percipit eam plebanus de Borow.

Psztrąngi, alias Postruznicze, villa sub parochia de Borow sita, cuius proprietas ad moniales Sancti Andreae pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Ostrow, villa sub parochia de Borow sita, cuius proprietas ad monasterium Sancti Andreae sanctimonialium in Cracovia pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro scholastria Sandomiriensi, cuius valor ad decem marcas aestimatur. Molendinum autem praefatum, una cum piscina, pertinet ad proprietatem monasterii fratrum minorum in Zawichosth, et solvit duas metretas omnium emolimentorum.

Mnyschek, alias Tuczyna, villa sub parochia de Borow sita, cuius proprietas ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae de Cracovia pertinet, propter frequentia bella adeo desertata, ut ex villa heremitorium effecta abolito vetusto nomine, Mniszek etiam hactenus vocetur. In qua est scoltetia habens quatuor laneos, pro suo praedio, et duas tabernas, item

quatuor hortulanias habentes agros, et omnia sunt in cruda radice extirpata; et de omnibus solvit decimam manipularem ecclesiae et plebano in Borow. Item quindecim lanei in cruda radice extirpati, solvunt episcopo Cracoviensi pro decima, quilibet decem grossos communes. Item agri et lanei trium tabernarum, et quatuor hortulaniarum, item molendinum ad scoltetiam pertinentium, quoniam antiqui sunt, et progressionem habent ab antiquis, solvunt scholastriae Sandomiriensi decimam manipularem et canapalem, et conducunt, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

WSCHESZWYANTHE.

Villa habens ecclesiam in se parochialem, latere coctili per Jacobum Grocholszky tunc plebanum eius muratam, Omnibus Sanctis dicatam, de collatione et iurepatronatus episcopi Cracoviensis, pro tempore existentis........ eius tunc patronus existens de armis Syrokomla, rectorem eius et plebanum per furorem occidit, et ex illo tempore collatio dictae ecclesiae fuit et est ad episcopum Çracoviensem pro tempore, plenarie devoluta. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum militare, item taberna una habens agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano in Wscheszwanthe, et valor eius ad octo marcas aestimatur. Item ecclesia praefata habet largum et latum praedium, cum gayis, agris, et pratis et piscinis, pro suo usu et necessitate, ubi quondam erat villa Boguczin. In quo loco plebanus de Wscheszwanthe, curiam suam et habitationem habere consvevit, ab ecclesia elongatam; dictam autem villam Boguczin seu praedium, quidam nobilis Bogusch, haeres dictae villae Boguczin, cum esset orbus transiturus Romam, in quo itinere tet mortuus est, ecclesiae in Wscheszwyanthe perpetuo inscripsit et donavit, et est locus ipse ab aliis villis circumiacentibus limitatus et distinctus.

GROCHOLICZE, villa sub parochia de Wscheszwanthe sita, cuius haeres Bernardinus Grocholsky de armis Syrokomla. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wscheszwanthe, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

DRZYEMLIKOWYCZE, villa sub parochia de Wscheszwanthe sita, cuius haeres Martinus Choczimowsky de armis Oxa. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item taberna, item molendinum, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wscheswanthe, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

GOZDZYELIN, villa sub parochia de Wscheszwanthe sita, cuius haeredes Bernardinus Grocholsky de armis Syrokomla, Johannes et Nicolaus de armis Wyenyawa, Albertus Mychowsky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedia quatuor militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wscheszwyanthe, cuius valor ad viginti marcas.

MALOCHA, villa sub parochia de Wscheszwanthe sita, cuius haeres Johannes Podlodowsky de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Wscheszwyanthe, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

RZUCHOW, villa sub parochia ecclesiae de Wscheszwanthe sita, cuius haeres Nicolaus Podlodowsky de armis Janina. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item una hortulania etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, universitati vicariorum Oppathoviensium, cuius valor ad sedecim marcas. Item praedium ibi non est.

RUSZKOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Stanislao dicatam, quae est de collatione Zawischii de Oleschnicza nobilis de domo Dambno; praefatus enim Zawissius de Oleschnicza, cum esset tunc subiudex Sandomiriensis et patruus sanctae memoriae Sbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis, cum esset vir solertiae singularis, iustitiam diligens, et zelum Dei habens, de speciali licentia et consensu Sbignei episcopi Cracoviensis, nepotis sui, et de consensu Jacobi de Grocholycze plebani tunc in Wscheszwanthe, ad cuius ecclesiam in Wscheszwanthe praefata villa Ruszkow pertinebat, erexit novam ecclesiam, et illam Sancto Stanislao ipsamque aedificavit et dotavit, et in ea sepultus requiescit. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae quinque, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi Schyewyenska; valor eius ad decem marcas. Item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima manipularis pro ecclesia in Ruszkow. Item ecclesia habet proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate, quos illi in fundatione contulit et inscripsit praefatus Zawischius miles, primarius fundator.

SZADOWYE, villa sub parochia de Ruschkow sita, quae olim ad ecclesiam in Wscheszwanthe pertinebat, cuius haeres Johannes de Szprowa iudex Sandomiriensis, pater Johannis de Sprowa archiepiscopi

expost Gneznensis, de domo Odrowansch. In qua sunt novem lanei cmethonales, item taberna una tantummodo, item hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebenda Kelcziensi Schewyenska. Item est ibi praedium militare unum, de cuius agris decimatur ecclesiae in Ruschkow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Czirwona gora, villa sub parochia de Ruschkow sita, cuius proprietas ad episcopatum Lubuczensem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, sed varie; nam de agris, qui sunt versus fluvium Msthow ad plagam septentrionalem, et citra fluvium versus Byskupicze, pro episcopo Lubuczensi decima solvitur manipularis, et valor eius ad octo marcas aestimatur, de aliis vero agris, solvitur pro praebenda Kyelcziensi, quae vocatur Schewyenska, et valor eius ad octo marcas aestimatur. Item *meschne* pro ecclesia solvunt.

Ruschkowyecz, villa sub parochia de Ruschkow sita, cuius proprietas ad episcopatum Lubuczensem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis tantummodo pro custodia Oppathoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas; pro decima vero canapi, solvit quilibet quatuor ligaturas canapi alias *kythy*, et unam quartam chori seminis puri canapi, de consvetudine veteri et praescripta.

Schewna.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius collatio pertinet ad canonicum Kyelczensem, qui dicitur Schewyensky, cuius villae proprietas pertinet ad episcopatum Cracoviensem. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item quatuor tabernae episcopales, habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro canonicatu et praebenda Kyelcensi, quae vocatur Schyewyenska, et valor eius ad quindecim marcas aestimatur. Item hortulaniae duae habentes agros, de quibus datur decima praebendae Kelczyensi in *gonithwam*. Item inter praefatos duodecim łaneos cmethonales, est unus laneus duodecimus, cuius agri olim erant plebanales, nunc vero locatus est cmethone, et solvit decimam manipularem, et omnia iura et censum, pro praebenda Kelczyensi, non facit tamen aliquos labores. Item ecclesia et plebanus non habent ibi aliquos agros, aut prata pro suo usu, praedio et necessitate. Item est ibi praedium unicum episcopale bonum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Schewna, et valor

eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi una taberna, cuius proprietas spectat ad canonicatum et praebendam Kelcziensem, quae vocatur Schyewyenska. Item sunt ibi duae tabernae, sed non habent agros, quarum proprietas pertinet ad praelatos et canonicos universos ecclesiae Kelcziensis.

Gromadzycze, villa sub parochia de Schewna sita, cuius haeredes Nicolaus, Johannes Michaelis, Martinus, Albertus, Strasch, Urbanus et Sylwester, nobiles de armis Zambrzaglowa sive Wyenyawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales. Item hortulaniae decem et septem, habentes singulae agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur, decima manipularis tantummodo et non canapalis, pro canonicatu et praebenda Kyelczensi, quae vocatur Schewyenska, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item sunt ibi praedia militaria, sed varie solvunt decimam; nam de agris praedialibus, quos habent versus Myrkowycze, solvunt decimam ecclesiae et plebano in Schewna, de agris vero ultra fluvium Skarzyna, versus oppidum Oppathow sitis, quoniam hi quondam erant cmethonales, solvunt decimam praebendae Kyelczensi, quae Schewyenska dicitur. Item est ibi molendinum, sed non habet agros. Item decimam canapi non solvunt ex consvetudine praescripta.

Schydlowyecz.

Villa habens parochialem ecclesiam, lapide albo muratam, Beatae Mariae Virgini dicatam, cuius collatio nobilium erat ex antiquo, de domo Janyna, nunc vero de domo Dambno, Nicolai Zawischii Czayka de Nowidwor. In qua sunt . . . .

Baluthow.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Andreae dicatam, cuius unicus patronus est Warszius de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Baluthow, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item ecclesia habet ibi proprium agrum liberum et prata, pro suo praedio usu et necessitate. Item in eadem villa figuli viginti et amplius.....

Zaborzyn.

Villa habens ecclesiam in se parochialem ligneam, Sancto .... dicatam, proprietas cuius et collatio ad regiam maiestatem pertinet. In qua sunt ......

Slup.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto ....dicatam, cuius collatio est nobilium de armis Janyna, supra Vislam sita. In qua sunt ......

DAMBNO.

Villa habens ecclesiam in se parochialem ligneam, Sanct .... dicatam, cuius collatio ad nobiles dę armis Szulyma pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ....

SZWYECZECHOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao pontifici dicatam, cuius collatio pertinet ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item octo tabernae, et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia parochiali in Szwyeczechow, et valor eius ad quindecim marcas. Item est ibi curia et praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szwyeczechow. Item ibi plebanus et ecclesia habet proprios agros liberos et prata, pro suo usu et praedio.

SZWYECZECHOWSKA WOLYA, villa sub parochia de Szweczechow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, quam Sbigneus bonae memoriae cardinalis et episcopus Cracoviensis, in cruda radice locavit, et ei villam Szwyanthnyky et agros eius, qui nondum per Vislam absorpti erant, apud Vilhelmum Pawlowsky eius haeredem de domo Godzamba coemptam, coniunxit, et villam bonam effecit. In qua possunt esse decem lanei, una cum laneis scolteti, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, praeter antiquos agros, de quibus cedit decima scholastico Sandomiriensi.

DOBYESCHOW, villa sub parochia de Szwyeczechow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales et una hortulania habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro cantoria Sandomiriensi, et valor eius ad duas marcas aestimatur. Item ibi non est praedium, non est taberna, neque molendinum.

BLYSKOWICE, villa sub parochia de Szwyeczechow sita, cuius proprietas ad Pakossium Blyskowsky et Czwykla de armis Rawa pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro cantoria Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item sunt ibi duo praedia, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szwyeczechow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

POPOW, villa sub parochia de Szwyeczechowycze sita, quae est

fundus archidiaconatus Zawichostensis. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item tres tabernae, item quatuor hortulaniae habentes agros, item praedium archidiaconale, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro archidiaconatu praefato Zavichostensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

Rachow, villa sub parochia de Szwyeczechow sita, cuius haeredes pro una sorte Johannes Czyzowsky de armis Polukoza, in altera vero sorte sunt Petrus et Nicolaus Rachowsczy de armis Bylyna. In qua quindecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis archidiaconatui Zawichostensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi quinque lanei cmethonales, in agris militum locati, item duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Szweczechow, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item est ibi una taberna habens agros, item hortulaniae sex habentes agros, de quibus partim decimatur archidiaconatui Zavichostensi, et partim ecclesiae in Szwyeczechow.

Rybithwy.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ..... cuius proprietas ad ....

Pyotrawyn.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem lateritio muro fabricatam, et Sancto Stanislao et Beato Thomae Apostolo dicatam, cuius proprietas pertinet ad episcopatum Cracoviensem. In qua sunt triginta lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item una hortulania habens agros, item est ibi praedium episcopale optimum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Pyotrawyn, et valor eius ad triginta marcas aestimatur. Item ecclesia et plebanus habet agros ibi liberos et prata, curiam et pomerium, pro suo praedio et necessitate. Item sunt ibi alii quinque lanei cmethonales, ad proprietatem plebani pertinentes, et quilibet eorum solvit pro festo Sancti Johannis sex grossos, et pro festo Sancti Martini alios sex grossos plebano pro censu, et quilibet laborare tenetur duos dies in septimana proprio curru aut aratro, pro plebano. Item sunt ibi tres tabernae, habentes proprios agros, de proprietate plebani, et quaelibet solvit pro censu plebano tres fertones, et coquunt cervisiam alternatis vicibus pro plebano. Item plebanus habet ibi duos hortulanos, sed non habent agros, censum non solvunt, sed quilibet laborat diem pedestrem in septimana.

Notandum autem, quod in praefata ecclesia in Pyotrawyn Beatissimus Stanislaus Cracoviensis episcopus, martyr et pontifex, stupendissimum

illud miraculum scribitur fecisse, quod Petrum militem et eiusdem villae Pyotrawin, quoque haeredem, a quo dictam villam emerat, dum a successoribus et nepotibus dicti militis eum pro dicta villa impetentibus, triennium iam in sepulchro incineratum, ad iudicium Boleslai pro ea tempestate Poloniae regis, calumniatoribus faventis, a morte et cineribus resuscitatum, vivum duxit in testem.

Clyczkowycze, villa sub parochia de Opolye sita, cuius haeres.... Wrzelowsky de domo Rawa. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, in antiquis agris siti, de quibus solvitur decima manipularis tantummodo et non canapalis, pro ecclesia in Pyotrawyn, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item sunt ibi duodecim lanei, in novis agris, et una taberna habens agros in novis, de quibus decimatur episcopo Cracoviensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item est ibi praedium militare, item scoltetia habens duos laneos cum medio, item tres tabernae habentes agros, et decimatur de illis plebano in Opolye, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Kamyn, villa sub parochia de Pyotrawyn sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Pyotrawyn, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Item in eadem villa est lacus ad ecclesiam in Pyotrawin pertinens, quod a Visla irrigatur, foecunditatem piscium producens.

Glodno, villa sub parochia de Pyotrawin sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur . . .

Dzerszkowycze.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Nicolao dicatam, cuius collatio ad maiestatem regiam pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur . . .

Urząndow.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam . . . Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas est maiestatis regiae. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus . . .

Popkowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci dicatam, cuius patroni de armis Polukozye, videlicet Johannes Cziszowsky, et eo mortuo Jacobus et Zaklika Medzigorsky de domo Bippennium. In qua sunt, et in villa immediate subscripta, centum quinquaginta lanei

cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos communis pecuniae, pro scholastria Sandomiriensi. Item est ibi unum praedium militare, continens duodecim laneos, inter cmethonales praefatos computatos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Popkowicze, et valor eius ad sex marcas. Item sunt ibi duae tabernae, et duo molendina, sed non habent agros. Item sunt ibi liberi agri et prata, quae habet plebanus pro suo praedio et necessitate; item *meszne* . . . .

Scorczicze, villa sub parochia de Popkowicze sita, cuius haeres idem Johannes Cziszowsky; et villa praefata est unita cum villa Popkowicze, et in utraque villa sunt centum triginta sex lanei cmethonales, solventes decimam manipularem per sex grossos, scholastriae Sandomiriensi. Item in eadem est praedium unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Dzerskowicze, sed locatum est cmethonibus. Item *meszne* . . . .

DECANATUS RADOMIENSIS.

Iste decanatus non ideo vocatur Radomiensis, quod sedem et stallum habet in eadem, habet enim sedem et stallum in ecclesia Kyelczensi, sed quia ecclesiae parochiales, quas visitat, in circuitu oppidi Radomiensis consistunt. Ipse etiam decanus habet aream et domum in oppido Radom, quae ad sui decanatus proprietatem pertinet, in qua diuturnius quam in Kyelczensi manere consvevit, et iurisdictionem in proximiores plebanos exercere; cuius collatio ad episcopum Cracoviensem pertinet.

Radom.

Oppidum, quod Casimirus Secundus Poloniae rex de novo locavit, et cocto fabricavit latere, et parochialem ecclesiam sub titulo Sancti Johannis Baptistae fabricavit etiam cocto latere, et dotavit. In quo oppido sunt lanei, de quibus decima . . .

Hospitale est infirmorum in eodem oppido sub pontificatu Sbignei episcopi Cracoviensis fundatum, et a consulibus et civibus Radomiensibus . . . .

Monasterium fratrum minorum de observantia . . .

Dzerzkow, villa sub parochia Novae Radom sita, cuius proprietas ad consules et civitatem Radomiensem pertinet. In qua viginti quinque lanei cmethonales, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad quadraginta marcas. Item sunt ibi

tredecim horti, item agri Zaplothnycze, de quibus omnibus datur manipularis, et non canapalis praepositurae Sandomiriensi.

SCHATHKOW, villa sub eadem parochia de oppido Novae Radom sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

GOLAMBYOWSZKA WOLYA, villa sub parochia de Nova Radom sita, cuius proprietas et dominium ad consules et oppidum Novae Radom pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius ad viginti quatuor marcas. Item ibi nullum est praedium, nulla taberna, non sunt hortulaniae, neque molendinum.

JASTRZAMBYA, villa sub parochia ecclesiae de Nova Radom sita, cuius haeres illustrissimus Poloniae rex. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis scholastriae Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item praedium non est, item tabernae non sunt, item hortulaniae sunt quatuor, sed non habent agros.

ANTIQUA RADOM.

Villa ante oppidum Radom sita, quondam oppidum, nunc villagium. In qua est ecclesia parochialis Sancto . . . . dicata, cuius unicus patronus est decanus quilibet Kyelczensis, pro tempore. Ex illa enim ecclesia, quoniam notabilis erat et ventrosa, decanus Kyelczensis fundatus est et iuspatronatus eiusdem ecclesiae in Antiqua Radom decano reservatum; et proprietas praefatae villae pertinet ad . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima . . . Item praefata ecclesia habet agros proprios et prata, pro suo praedio et necessitate.

MAZOWSCHANY, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis decanatui Kyelciensi.

TRAWNYCZE, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Paris Trawniczsky de armis Cervorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro decanatu Kyelczensi. Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Nova Radom.

ŻAKOWYCZE, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Kanymyr de armis . . . . . In qua est unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Antiqua Radom.

Malczow, villa sub parochia ecclesiae de eadem Radom sita, cuius haeres Michael de Tharnawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Antiqua Radom.

Janyschow, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Daniel Janyschowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis decanatui Kyelciensi.

Rayecz Maior, villa sub parochia de eadem sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ Sandomiriensi.

Rayecz Minor, villa sub parochia de Antiqua Radom sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sancti Spiritus in Radom.

Malączini, villa sub parochia de Antiqua Radom sita...

Pyotrowycze, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius proprietas . . .

Prandoczin, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Stanislaus Schidlowyeczsky de armis Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur....

Dlugoyow, villa sub parochia de Radom eadem sita, cuius haeres Zaszada de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis decanatui Radomiensi, et valor eius aestimatur ad . . . . . Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Radom.

Chrwathi, villa sub parochia de eadem Radom sita, cuius haeres Msczugius Powala de armis Powala. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praeposituræ Sandomiriensi, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item ibi est una taberna, habens agros, de quibus decimatur praeposituræ Sandomiriensi; item hortulania una, sed non habet agros; item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae de Antiqua Radom.

Zamlinye, suburbium oppidi Radomiensis, sub parochia de Antiqua Radom situm, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet....

Wola Canimiri, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Sandiwogius Canimyr de armis Szgraya. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima, et canapalis per quatuor ierugas, et per cmethones ducitur in horreum a praeposito locandum, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam. Item est ibi una hortulania habens agros, de quibus decimat ecclesiae in Antiqua Radom. Item

nulla est ibi taberna. Item est ibi unum praedium militare, quod decimat plebano in Antiqua Radom.

WYRZBICZA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Aegidio dicatam, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt triginta unus cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi scoltetia, habens duos laneos sub se, de quibus solvitur decima ecclesiae in Wirzbicza. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae. Item sunt tabernae triginta, non habentes aliquos agros.

RZECZKOW, villa sub parochia de Wyrzbycza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item una taberna non habens agros, item non sunt ibi hortulaniae; de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Wyrzbicza, et valor eius aestimatur ad .....

RUDA MAGNA, villa sub parochia ecclesiae de Wyrzbicza sita, cuius haeredes... nobiles de domo Wazikow, inter tamen caeteros Johannes Rudsky maiorem illius partem habet. In qua sunt etiam nonnulli lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro decanatu Kyelciensi. Post omnes autem eiusdem villae nobiles, qui sunt viginti, et eorum araturas, solvitur decima plebano in Wirzbicza.

DAMBROWKA, villa sub parochia de Wirzbicza sita, cuius haeres Warsius nobilis de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Craccoviensi, et valor eius aestimatur ..... Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Wyrzbicza.

ZALYESSYCZE, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .....

LANCZANI, villa sub parochia de Wirzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi. Item praedium non est.

POMORZANI, villa sub parochia de Wirzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad .....

Polani, villa sub parochia de Wyrzbicza sita, cuius proprietas ad monasterium de Wanchoczsko pertinet. In qua sunt lanei cmethonales. Item est ibi scoltetia, habens duos laneos et duas tabernas habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad .....

Borkowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci dicatam, cuius haeredes Bartholomaeus de domo Cygnorum, et Nadolna relicta cum filiis etiam de domo Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ..... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

Ruszkowycze Maior, villa sub parochia de Borkowycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Ruszkowice secunda, villa sub eadem parochia de Borkowycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Ruschkowycze Minor, villa sub parochia de Borkowycze sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Radoschow, villa sub parochia de Borkowycze sita, cuius haeredes Nicolaus Schpoth de domo Cygnorum et ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ....

Poluthow, villa sub parochia ecclesiae de Borkowicze sita, cuius haeres Bartholomaeus Borkowsky de domo Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

Nynkow, villa sub parochia de Chlewiszka sita, cuius haeres Paulus Sussky de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima .....

Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Borkowicze sita, cuius haeres Curosch de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis .....

Zdunkow, villa sub parochia de Borkowycze sita, cuius haeredes Johannes et Stanislaus .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

Brzizkow, villa sub parochia de Borkowicze sita, cuius haeres Bartholomaeus Borkowsky de domo Cygnorum. In qua sunt lanei

cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis.....

KAWY, villa sub parochia de Borkowycze sita, cuius haeredes Ruszkowsczi......

RUSZKYBROD, villa sub parochia de Borkowycze sita, cuius proprietas pertinet ad.....

CHLYEWISKA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, lapide muratam et Sancto Stanislao dicatam, cuius haeredes Dobeslaus et Strasch de domo Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad.....

NINKOW, villa sub parochia de Borkowicze sita, cuius haeredes: Paulus Susky de armis Doliwa, et Strzezowsky de Jastrzambcze. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewisska, et valor eius ad viginti marcas aestimatur. Item est in eadem villa praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Borkowicze.

PAWLOW, villa sub parochia ecclesiae de Chlewisska sita, cuius haeredes..... Labanczye..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chlewisska.

KRAWARA, villa sub parochia de Chlewiska sita, cuius haeres Donin Grabowsky.....

BRONYOW, villa sub parochia de Chlewisska sita, cuius haeres Donin Grabowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad..... Item in eadem villa est praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Chlewisska.

WOLYA PAWLOWSKA, villa sub parochia ecclesiae de Chlewisska sita, cuius haeredes..... Labanczye de armis... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad.....

WOLYA ZOLOWSKA, villa sub parochia de Chlewisska sita, cuius haeres Johannes Labancz de armis Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad.....

SZMAGOW, villa sub parochia ecclesiae de Chlewisska sita, cuius haeredes nobiles Dobeslaus et Strasch Chlewiczsczy de armis... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima

manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad .....

Wrzuczow, villa sub parochia de Chlewyska sita, cuius haeres Nynkowska..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewyska.

Skloby, villa sub parochia de Chlewyska sita, cuius haeredes Dobeslaus et Strasch fratres germani dicti Chlewiczsczy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad ....

Wolya Zagrodna, villa sub parochia de Chlewiska sita, cuius haeredes Chlewiczsczi. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewisska, cuius valor aestimatur ad .....

Pogorzali, villa sub parochia de Chlewisska sita, cuius haeredes Nicolaus Schydlowyeczsky et Roskowsky, ambo de Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Chlewisska, et valor eius aestimatur ad .....

Skarzyczsko Militaris, villa sub parochia de Chlewisska sita cuius haeredes Nicolaus Schydlowieczsky, Eustachius Sprowsky et Dobeslaus Carsniczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Chlewisska, cuius valor .....

Czechosthowicze, villa sub parochia de Chlewisska sita, cuius haeredes Stanislaus Schydlowyeczsky castellanus Radomiensis, et Eustachius Sprowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis plebano in Chlewisska, et valor eius .....

Nyeklan Maior, villa sub parochia de Chlewisska sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Chlewisska quam vicarius pro tempore dictae ecclesiae pro se tollit.

Cowalya Sthępoczina.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Adalberto dicatam, cuius haeres Paulus de domo Bogorya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Cowalye, et valor eius aestimatur ad .....

Malyeschow, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Johannes Labancz de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus

solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Cowalye.

Parnycze, villa sub parochia de Cowalye sita. In qua sunt omnes fere nobiles, qui soli per se agros colunt, paucique eorum habent cmethones proprios et hortos, de quibus solvunt decimam manipularem .....

Brzezdzani, villa sub parochia de Chlewiska sita. In qua etiam omnes sunt nobiles de variis armis, qui etiam per se colunt agros, et solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Cowalye, et valor eius aestimatur ad .....

Zyebączow, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres .... qui non habet aliquem cmethonem, sed solus colit agros, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae in Cowalye, et valor eius aestimatur ad .....

Borakow, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Johannes Borakowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Cowalye, cuius valor aestimatur ad .....

Roszky, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Kozowska de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

Kozow Maior, villa sub parochia de Cowalye sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... Item est ibi praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Cowalye.

Kozow Minor, villa sub parochia de Cowale sita, cuius haeres Andreas Cozowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor cius aestimatur ad .... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Cowalye.

Mlodoczin Minor, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeredes: Nicolaus, Jacobus, Albertus nobiles de armis Slyepowroni. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad ...... Item sunt ibi praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Cowalye.

Mlodoczin Maior, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeredes: Nikyel et Syestrzenyecz de domo Polukosza. In qua sunt

lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Cowalye.

Guzow, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Petrus Dzik. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .... Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Kowalye.

Kroguycza, villa sub parochia de Kowalye sita, cuius haeredes Andreas Starosczinsky et Jacobus ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item praedium non est.

Oransko, villa sub parochia de Cowale sita, cuius haeres Andreas Starosczinsky de armis ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad .... Item est praedium militare in eadem villa, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Cowalye.

Wolya Guzowska, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeres Petrus Dzik de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad .....

Dobrutho, villa sub parochia de Cowalye sita, cuius haeredes: Severinus, Johannes et... Smolinsczy, fratres de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wyrzbicza. Item unum praedium militare, de quo tollitur decima pro ecclesia in Cowalye.

Dambrowka Zablothna, villa sub parochia de Cowale sita, cuius haeres Martinus de domo Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro decanatu Radomiensi, et valor eius aestimatur ad ...... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Cowalye.

Podlyeszne, villa sub parochia de Cowalye, cuius haeres Stanislaus Podleszni. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Kowalye.

Wissoka.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sancto Nicolao confessori dicatam, cuius plebanus Paulus nobilis de domo Rogalye; cuius haeredes Johannes Koziczsky de armis Rawa cum fratribus, et Cristinus de eadem

domo Rawa et Jacobus Zdzyechowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, item praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Wanchoczensi, praeter duos laneos cmethonales, de quibus decimam percipit plebanus in Wissoka, et valor eius aestimatur ad ..... Item plebanus habet agros et prata.

Zastronye, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeres Johannes Koziczsky. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka, cuius valor aestimatur ad ..... Item praedium non est.

Wolya, villa sub parochia de Wissoka sita, cuius haeres Johannes Koziczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka, et valor eius aestimatur ad . . .

Kozicze, villa sub parochia de Wissoka sita, cuius haeres Johannes Coziczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka.

Zawonya, villa sub parochia de Wissoka sita, cuius haeredes Cristinus Jankowsky, et pro medietate Cristinus de Sulstrzewicze de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka, cuius valor ....

Sulstrzewycze, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeres Cristinus Sulstrzeczsky. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka, et valor eius aestimatur ad . . .

Krzanczin, villa sub parochia ecclesiae de Wyssoka sita, cuius haeres Johannes Kozinczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka, et valor eius aestimatur ad . . .

Wissoczsko, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeredes Johannes Cozinczsky et Cristinus Jankowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Jankowycze, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeres Cristinus Jankowsky. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, et valor eius aestimatur ad . . . .

ZDZYECHOW, villa sub parochia ecclesiae de Wyssoka sita, cuius haeredes Jacobus Zdzyechowsky et . . . Maczina. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad . . . . . . Item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Wissoka.

SZWYRCZEK, villa sub parochia ecclesiae de Wyssoka sita, cuius haeres Nicolaus Bukowsky, de armis . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Wanchoczensi. Item de duobus laneis nunc cmethonalibus, qui prius pro praedio militari fuerunt, tollit decimam manipularem plebanus in Wissoka.

ZDZYECHOWEK, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeredes Johannes et Martinus de domo Rawa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wyssoka, et valor eius aestimatur ad . . .

OGRODZENYECZ, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeres Jacobus Zdzyechowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Wissoka.

WELZNOW, villa sub parochia de Wyszoka sita, cuius haeres Cristinus Jankowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Wissoka.

BĄKOW, villa sub parochia de Wysszoka sita, cuius haeres Johannes Bakowsky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima monasterio in Wanchoczsko, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wissoka.

CZAPLA, villa sub parochia de Wyszoka sita, cuius haeredes Johannes de domo Nyeczuya, Zegotha de Zaborowye de domo Golyan et Fridericus de . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio in Wanchoczsko. Item sunt ibi praedia duo militaria, de quibus decimatur in Wissoka.

SZWYNYOW, villa sub parochia de Wysszoka sita, cuius haeredes: Johannes Szwynyowsky, Jacobus Zdzyechowsky . . . . . . et Johannes . . . . . de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio in Wanechoczsko. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wissoka.

ZABOROWYE, villa sub parochia de Wysszoka sita, cuius haeredes nobiles multi de domo Golyan, et unus de Rawa, qui soli colunt agros

cmethonales, et de eisdem solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Wissoka, et valor eius aestimatur ad . . .

Zemaky, villa sub parochia de Wyssoka sita. In qua Johannes et Laurentius nobiles de domo Rawa soli per se arant agros cmethonales, et de eis decimam solvunt manipularem et canapalem ecclesiae in Wyssoka, et valor eius . . .

Umyanczin, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Pobroschin, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeredes: Jacobus Zdzyechowsky pro medietate, pro altera vero medietate villae Johannes Coziczsky. In qua sunt septem lanei cmethonales, item hortulaniae octo habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae in Wirzbicza, et valor eius aestimatur ad . . . . Item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis pro altari et altarista in Wrzosz.

Ostalow Maior, villa sub parochia de Wyssoka sita, cuius haeres Cristinus Jankowsky pro una parte, pro alia vero... Guzowsky de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, episcopatui Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item ibi praedia militaria, de quibus solvitur decima ecclesiae in Radom.

Ostalow Minor, villa sub parochia de Wysszoka sita, cuius haeres Dzyk de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item est ibi praedium militare, de quo decima solvitur manipularis ecclesiae parochiali in Radom.

Brunyow, villa sub parochia de Wyssoka sita, pro una medietate, pro altera vero medietate pertinet ad parochiam in Chlewisska. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, item praedium, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

Schidlowyecz.

Oppidum habens in se ecclesiam ligneam, Sancto Sigismundo dicatam, cuius haeredes Stanislaus castellanus Radomiensis, et Nicolaus burgrabius castri Cracoviensis germani. In qua sunt lanei oppidanorum, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae et plebano in Schidlowyecz, et valor eius

aestimatur ad decem marcas. Item habet in eodem oppido plebanus *stolowe* de decem domibus, de qualibet domo per grossum. Item habet plebanus ibi et alias domus quinque proprias, quarum quaelibet solvit ei grossum. Item si aliquis in domo sua braxat aut propinat cervisiam, solvit plebano grossum. Item habet plebanus praedium et prata, pro dote sua. Item habet et mellificia in borra.

SCHIDLOWYECZ, villa sub parōchia ecclesiae de oppido Schidlowyecz sita, cuius haeres Stanislaus Schidlowyeczsky castellanus Radomiensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Mircz, et valor eius aestimatur ad . . .

WOLYA SCHIDLOWYECZSKA alias KORZEN, villa sub parochia de Schidlowyecz sita, cuius haeres Stanislaus Schidlowyeczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi . . .

GRABOWA, villa sub parochia ecclesiae de Wrzeszczow sita, cuius haeres Stanislaus castellanus Radomiensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in . . . . . Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Schidlowyecz.

PRANDOCZIN, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Nicolaus Schidlowyeczsky. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus decima variatur; nam pro maiori parte solvitur episcopatui Cracoviensi, pro minori vero plebano de Antiqua Radom. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur in Schidlowyecz.

DĀMBROWA, villa sub parochia de Schidlowyecz sita, cuius haeres Prandotha de Cōnin de armis . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Kyelciensi. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur in Schidlowyecz.

COLISCHOWA alias DAMBA, villa sub parochia de Schidlowyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis in . . . . Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Schidlowyecz.

ODĄCHOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, per Johannem Dlugosch tunc canonicum Sandomiriensem, ad quem dictae villae Odąchow pertinebat fundus, latere cocto a fundamentis muratam, et latere tegulari contectam, Sanctae Mariae honori dicatam, et per Nicolaum Vilhelmi de

Sandomiria eiusdem praebendae etiam tunc canonicum, praepositum Sancti Floriani, expost primum Haliciensem, de novo cum nusquam ibi fuisset ecclesia parochialis, erectam et dotatam, et ligneis roboribus aedificatam. Cuius nunc haeres Prandotha Konynsky de armis Rawa. In qua sunt decem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad duodecim marcas. Et haec ecclesia est filialis ecclesiae de Szkarzeschow. Item praedium ibi est unum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Odąnchow. Item sunt ibi quinque tabernae, quatuor, sunt haeredis et quinta plebani, de qua illi solvitur pro censu media marca sed omnes non habent agros. Item plebanus habet agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

Nyedarczow, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeres praefatus Konynsky Prandotha de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium, item unum molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Odąchow, et valor eius ad sex marcas, et praefatam decimam contulit ecclesiae in Odąchow Petrus Wysch episcopus Cracoviensis, ad petitionem praefati Nicolai Vilhelmi tunc regni Poloniae vicecancellarii.

Clonowyecz, villa sub parochia eadem sita, cuius haeres Johannes Gosczky de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales quinque, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare et una hortulania habens agros, de quibus decimatur ecclesiae in Odąchow.

Odanchowyecz, villa sub parochia de Odanchow sita, cuius haeres Prandotha Konynsky de armis Rawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Sandomiriensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item est ibi praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Szucha.

Clyonowyecz Roboth, villa sub parochia eadem de Odąnchow sita, cuius haeres Johannes Nyeczuya de armis Nyeczuya. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus datur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Szucha.

Zakrzowyecz, villa sub parochia de Odąchow sita, cuius haeredes Martinus et Jugo de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro

praepositura Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi praedium unum, de quo decimatur ecclesiae in Odanchow.

Thincza, villa sub parochia de Odąchow sita, cuius haeredes Petrus et Stanislaus Thynyeczsczy et Stanislaus Zakrzowsky de armis Accipitrum. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Odąchow.

Skarzeschow.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se ligneam, de quo originem duxit magister Jacobus de Szkarzeschow decretorum doctor, decanus Vratislaviensis, scholasticus Banberiensis et canonicus Cracoviensis, qui Beati Stanislai Cracoviensis episcopi canonisationem procuravit; cuius proprietas ad monasterium Myechoviense pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Szkarzeschow, et valor eius ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium coenobiale, quod non solvit alicui decimam, sed pro se eam tollit.

Thwarogowa Wolya, villa sub parochia de Szkarzeschow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechovyense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus varie solvitur decima manipularis; nam ex aliquibus et maiori medietate, solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas, de minori vero parte solvitur ecclesiae in Skarzeschow, et valor eius ad unam cum dimidia marcam aestimatur.

Dzerschkow, villa sub parochia de Skarzyeszow sita, cuius proprietas ad monasterium Myechovyense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Szkarzeschow, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ibi non sunt tabernae, nec hortulaniae, neque praedia.

Boguszlawicze, villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius haeredes: Grzymoslaus et Pakoslaus fratres de armis Szgraya. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura Sandomiriensi. Item sunt ibi duae hortulaniae, duae tabernae habentes agros, de quibus etiam decimatur pro praeposito Sandomiriensi, et valor eius ad octo, aliquando ad decem marcas aestimatur. Item sunt ibi duo praedia militaria, Pakoslai unum, de quo decimatur ecclesiae in Skarzeschow, Grzymislai aliud, de quo decimatur ecclesiae in Thuchowyecz.

Grmuczyn, villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius haeredes: Johannes, Stanislaus, Nicolaus et Andreas de armis Serpentum. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, item hortulaniae tres etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quorum agris aliquibus, qui erant aliquando cmethonales, solvitur decima praeposito Sandomiriensi; de aliquibus vero, qui ab antiquo erant praediales, solvitur ecclesiae in Skarzeschow.

Nyemyanowicze, villa sub eadem parochia, cuius haeres Andreas Czyolek de domo Taurorum. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, praepositurae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare unum, de quo decimatur ecclesiae in Skarzeschow, cuius valor ad duas marcas. Item ibi non sunt tabernae; item sunt duae hortulaniae, sed non habent agros.

Clyonow Maior, villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius haeredes: Jacobus, Michael et Szlothky eius nepotes de armis Habdank. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, et tabernae undecim habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas.

Clyonow Minor villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius haeres Stanislaus Gnyewossius, de armis Zgraya. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis diversificatur; nam in una medietate minori, dc extremitatibus laneorum ex campis, versus agros praediales in parte dextra, item de uno praedio militari, item de una taberna, item de una hortulania, et omnia habent agros, solvitur decima manipularis tantummodo ecclesiae in Skarzeschow, et valor eius ad quinque marcas; de altera vero medietate in agris post allodium pro maiori parte cedit praepositurae Sandomiriensi, una cum decima canapali totius villae, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Woyslawicze, villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius haeredes: Jacobus Przyekuleya de armis Dolywa, Nicolaus Dobyesch et Marcus Alberti. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Skarzeschow, et valor eius aestimatur ad ......

Cobilani, villa sub parochia de Szkarzeschow sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Szyeczechovyense pertinet. In qua sunt triginta

lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, item hortulaniae duae, habentes etiam agros, et de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechovyensi, et valor eius ad viginti quinque marcas. Item est praedium ibi coenobiale, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se percipit. Item sunt ibi agri, sed pauci per limitationem villae Odąnchow adempti, de quibus decima manipularis solvitur custodiae Sandomiriensi.

Makow, villa sub parochia de Skarzeschow sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, item tabernae sex habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, custodiae Sandomiriensi, cuius valor ad triginta marcas. Item est ibi praedium unicum regium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Nova Radom.

Makowyecz, villa regis, sub parochia de Szkarzeschow sita. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas, item taberna una habens agros, ex agris praedialibus largitos, de quibus decimatur manipulo, etiam in Nova Radom. Item est ibi unum praedium regium, de quo de uno campo, seu agro versus Radom, decimatur ecclesiae in Nova Radom, de aliis autem campis praedii, datur custodiae Sandomiriensi in *gonythwam.*

GYEDLNA.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sanct . . . . . dicatam, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens. In qua sunt multi campi et multi cmethones et coloni, quorum agri in laneos, plus enim venatoriae arti, quam agrariae culturae extant dediti, non sunt distincti; item tabernae multae habentes agros, item hortulani etiam multi habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione, decima manipularis et canapalis, solvitur et conducitur pro custodia Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item est ibi unum praedium regale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Gyedlna. Item sunt ibi agri et prata, ad plebanum pertinentes, pro suo usu et necessitate.

Owadow, villa sub parochia de Gyedlna sita, cuius haeres Stanislaus Panthkowsky de armis Cygnorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis praeposituræ Sandomiriensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item sunt ibi tabernae, item hortulaniae; item est ibi praedium militare unum, de quo decimatur ecclesiae in Gyedlna, et valor . . . . . .

Gzowycze, villa sub parochia de Gyedlna sita, cuius proprietas ad

illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua undecim lanei cmethonales, item tabernae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad decem marcas. Item est ibi praedium regale, de cuius agris decimatur manipulo ecclesiae in Gyedlna. Item sunt ibi duae hortulaniae sed non habent agros.

THSZCZOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto .... dicatam, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad viginti duas marcas aestimatur. Item sunt ibi tabernae undecim, sed non habent agros, item hortulaniae duae sunt, sed non habent agros. Item est ibi unicum praedium regium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Thschczow. Item plebanus habet ibi agros speciales et prata, pro suo usu et necessitate.

BRZEZYNKY, villa sub parochia de Thschczow sita, cuius proprietas ad dapiferum Sandomiriensem pro tempore, pertinet. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro custodia Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad tredecim marcas. Item sunt ibi tabernae duae, sed non habent agros. Item hortulaniae non sunt. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Thschczow.

BARTHODZYEYE, villa sub parochia de Thschczow sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item duo lanei scoltetiales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Thschczow, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item tabernae, item hortulaniae .....

CZARNA, villa sub parochia de Szucha sita, cuius haeredes: Petrus Szulima et Szkarbek, et Stanislaus de armis Szulyma. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro custodia Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi tres tabernae, item hortulaniae. Item sunt ibi quatuor praedia militaria, item aliquot lanei cmethonales ultra priores, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Thschczow, et valor eius aestimatur ad ....

GORINYE.

Villa habens parochialem ecclesiam in se ligneam, Sanct ...... dicatam, cuius haeres Johannes Sbąsszky de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis solvitur scholastriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad

duas sexagenas, et ad quatuor aliquando. Item tabernae non sunt, neque praedium aliquod, item hortulaniae.

Makosza, villa sub parochia de Goryne sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua non sunt dimensurati lanei cmethonales, sed agri passim per venatores regios coluntur, de quibus datur manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis scholastiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas. Item nulla est ibi taberna aut hortulania, item nullum praedium est ibi.

Plaszkow, villa sub parochia de Gorinye sita, cuius haeres Nicolaus Vosczinsky de armis Habdank. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scholastriae Sandomiriensi. Item ibi tabernae, item hortulaniae, item praedium.....

Zawada, villa sub parochia de Gorynye sita, cuius haeres Johannes Zawaczsky de armis Habdank. In qua duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scholastriae Sandomiriensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae in *gonithwam*. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris decimatur manipulo ecclesiae parochiali in Gorzynye.

Byrwcze, villa sub parochia ecclesiae de Gorynye sita, cuius haeredes Nicolaus et Stanislaus de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scholastiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad .. Item tabernae ibi, item hortulaniae; item praedium ibi est unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Gorynye.

Gorinszka Wolya, villa sub parochia de Gorynye sita, cuius haeres Johannes Sbanszky de domo Nalancz. In qua lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur, et per quatuor ierugas canapalis, pro scholastria Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad .... Item ibi tabernae item hortulaniae; item est praedium ibi unicum militare, de cuiu agris decimatur ......

Szucha.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct .... dicatam, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis custodiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi tres tabernae, ad proprietatem plebani spectantes, sed non habent agros, et una solvit..... Item sunt ibi agri ecclesiae et prata, pro plebani praedio et necessitate. Item hortulaniae ibi non sunt.

Item praedium est ibi unicum regium, de cuius agris solvitur manipularis decima ecclesiae in Szucha.

Czarna, villa sub parochia de Szucha sita, cuius haeredes: Petrus Szulyma, et Skarbek, et Stanislaus de armis Szulima. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad quatuor marcas. Item sunt ibi tabernae tres, item hortulaniae, item sunt ibi quatuor praedia militaria, item aliquot lanei cmethonales ultra priores, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali, in Thschczow.

Mnyschek.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae ......, cuius olim proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinebat, cum omni integritate, et erat ibi cella praefati monasterii Sanctae Crucis, quam unus ex fratribus praefati monasterii, qui appellabatur praepositus, ab ordinario institutus in spiritualibus et temporalibus administrabat; nunc vero data villa Yeszow, cum iure decimae, et omni integritate monasterio Sanctae Crucis, venit per commutationem in proprietatem monasterii Wanchoczensis. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mniszek, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item praepositus regularis, sive plebanus habet ibi agros praediales et prata pro suo usu et necessitate, de quibus decimam pro se tollit. Item est ibi molendinum in flumine, quod pro praeposito metretas solvit.

Wolycza, villa sub parochia de Mnyszek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Mnyschek, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ibi praedium non est, item molendinum non est, item non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Lazyszka, villa sub parochia de Mnyszek sita, cuius haeres Nicolaus Orlyk de domo Nyeczuya. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Mnyszek, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item ibi praedium, item tabernae, item hortulaniae.

Mlodnycze, villa sub parochia de Mnyschek sita, cuius haeredes Nicolaus Mlodnyczsky et Szyestrzenyecz Mozgowi, ambo de armis Polukoza. In qua lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad quinqne marcas. Item praedium est ibi militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Mnyszek.

Wawrzyschow, villa sub parochia eadem de Mnyszek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Szeczechovyensi, et valor eius aestimatur ad quindecim, aliquando ad viginti marcas. Item sunt ibi duae tabernae, de quibus decimatur ecclesiae in Mnyschek. Item hortulaniae...... Item est in eadem villa unum praedium monasterii Wanchocziensis, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum ducit.

Rogowa Wolya, villa sub parochia de Mnyszek sita, cuius proprietas ad monasterium Wanchoczense pertinet. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro eodem monasterio Wanchoczensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur.

Glogow, villa sub parochia de Mnyschek sita, cuius haeredes: Derslaus et Eustachius Zakrzowsczy de armis Leward. In qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis, sed diversificata est; nam de agris versus Mlodnycze cedit praeposito Sandomiriensi, de agris vero versus Mnyszek cedit episcopo Cracoviensi. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Mnyschek.

Nova Czirkyew.

Villa habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Sancto .... dicatam, cuius haeres Nicolaus Dzyk de domo Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item ibi habet ecclesia et plebanus agros proprios et prata, pro suo praedio et necessitate; item tabernae, item hortulaniae...; item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Nova Czirkyew.

Zathopolicze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Czyrkyew sita, cuius haeres praefatus Nicolaus Dzyk. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.....

Mileyowicze, villa sub eadem parochia sita, cuius haeres Andreas Gosczschowsky de domo Cervorum. In qua novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi unum praedium

militare, de cuius agris solvitur decima manipularis, pro ecclesia in Nova Czyrkyew.

NYECZÀTHOW, villa sub parochia de Nova Czyrkyew sita, cuius haeres Abraham Nyeczathowsky de armis et familia Pomyan. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur praeposituræ Sandomiriensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris decima manipularis, de quolibet grano, solvitur in *gonithwam* pro praepositura Sandomiriensi, quoniam praedium praefatum ex agris cmethonalibus factum est.

WSZYOLA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Bartholomaeo dicatam, cuius proprietas pertinet ad ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ..... Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

PYASTHOW, villa sub parochia ecclesiae de Wszyola sita, cuius haeres Nicolaus Slysch de armis Habdank. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tres tabernae, quae habent agros, item hortulaniae sex etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum tantummodo praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Wszola. Item est ibi unus laneus tredecimus cmethonalis, in quo locata est taberna dicta Kowalowszka, quae etiam decimat ecclesiae in Wszolya.

CHRWATHI PHIRLEONIS, villa sub parochia de Wszola sita, cuius haeres Johannes Phirley de armis Leward. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito Sandomiriensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item ibi sunt duae tabernae habentes agros, item hortulaniae duae habentes agros, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur decima ecclesiae in Wszola.

KOWALSZKA WOLYA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct ..... dicatam, cuius proprietas pertinet ad .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ...... Item habet ibi plebanus proprios agros et prata pro suo usu et necessitate.

GARNO, villa sub parochia de Cowalszka Wolya sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechovyense pertinet. In qua sunt sex lanei

cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, item scoltetus habens duos laneos; item est ibi praedium coenobiale, de quibus omnibus solvitur et conducitur et percipitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Strzyalkow, villa sub parochia quantum ad haeredes et milites in Mnyschek, quantum vero ad cmethones in Cowalska Wolya sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Wanchoczensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.... Haec decima pertinebat quondam ad ecclesiam in Mnyschek et ad monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis, sed per commutationem villae Jezow pro villa Mnyschek, abstracta est ab ecclesia, pro monasterio Wanchoczensi.

Zakrzyow.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanct ...... dicatam, cuius haeredes: Eustachius et Derslaus fratres de armis Leward. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae diversificatur; de una enim parte minori decimatur pro praepositura Sandomiriensi, videlicet de agris versus villam sitis, decimam autem canapi solvunt per quatuor ierugas, et ducunt eam in horreum a praeposito locandum, cuius decimae valor aestimatur ad duodecim marcas; secunda pars, scilicet maior, post aliquos agros, cedit abbati et monasterio Szyeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad .....; tertia vero pars minima, post agros scilicet, qui vocantur *przymyarky*, alias Pola Mleczkowska, decimat decano Kyelczensi, cuius valor aestimatur ad ..... Item est ibi unum tantummodo praedium militare, de quo decimatur manipulo ecclesiae ibidem in Zakrzow. Item sunt ibi tres tabernae, item quinque hortulaniae habentes agros ex praedio, et decimant propriae ecclesiae in Zakrzow.

Gulyna Kaschowszka, villa sub parochia de Zakrzow sita, cuius haeres Johannes Kaschowsky nobilis de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szyeczechoviensi, et valor eius ad .... marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zakrzow.

Gulina Gulinszky, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius haeres Johannes Gulynsky de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae parochiali in Zakrzow.

ARCHIDIACONATUS LUBLINENSIS.

Archidiaconatus Lublinensis ob necessitatem magnam creatus est et fundatus, de ecclesia parochiali Lublinensi Sancti Michaelis, quae erat ibi ab antiquo, et cuius collatio et iuspatronatus ad episcopum Cracoviensem ex antiquo pertinebat, in cuius signum evidentissimum, archidiaconus Lublinensis pro tempore, ecclesiam parochialem Sancti Michaelis in Lublin suo iure, pro qualibet vacatione conferebat; sed abstracta est sibi huiusmodi collatio, et per potentiam regalem, et per sententiam definitivam Johannis Grusczinsky Cracoviensis et Johannis Luthkonis Vladislaviensis episcoporum. Habet autem sub se ipse archidiaconatus plures ecclesias, propter crementum continuum terrae Lublinensis, in qua novae ecclesiae parochiales consurgunt, et fines archidiaconatus sui tenduntur usque ad terminos Brzescensis et Chelmensis dioecesium. Cuius archidiaconus nunc est Gregorius Lithwos de domo Grzymalitarum, praefati autem archidiaconatus introitus et proventus, iam per nos descripti sunt in regestro ecclesiarum collegiatarum, et ideo illos hic omittimus, et ad descriptionem parochialium ecclesiarum dicti archidiaconatus procedemus.

Lublin.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam cocto latere, de eleemosynis civium muratam, et Sancto Michaeli Archangelo dicatam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt agri oppidanorum et suburbanorum ad ..... laneos extimati, et de utroque suburbio solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae Sancti Michaelis in Lublin, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item habet ecclesia et plebanus ante oppidum praedictum praedium proprium, ad tres laneos cmethonales aestimatum, pro usu et necessitate. Item habet domum coemeterio confrontatam. Item in suburbio versus Dlothlicze, sunt triginta et duo lanei, de quibus archidiaconus Lublinensis percipit decimam manipularem, ex aliis laneis eiusdem suburbii percipit monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis; item ex laneis decem et octo, percipit ecclesia Lublinensis decimam manipularem, ex undecim vero laneis supra fluvium Bystrzicza sitis, pecunialem percipit episcopus Cracoviensis.

Mothicze, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Jacobus Zaklika de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de laneo per.... Item est ibi praedium militare, de cuius laneo uno solvitur decima manipularis, ecclesiae et plebano Sancti Michaelis in Lublin.

DAMBROWYCZA, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Petrus Firlyey iudex Lublinensis de armis Leward. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pro duabus partibus camporum, pro archidiaconatu Lublinensi, et valor eius aestimatur ad septem marcas; ex tertio vero campo versus Conopniczam, de eisdem sedecim laneis, percipit eam ecclesia in Mieglewy. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Sancti Michaelis in Lublin. Item est ibi molendinum, habens agros, de quibus decimatur pro archidiaconatu Lublinensi. Item non sunt hortulaniae, item taberna est una, sed non habet agros.

JAKUBOWYCZE, villa sub parochia de Lublin sita. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima ..... Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Sancti Michaelis in Lublin.

CZYECZYERZIN, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Groth de armis Ravitarum. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item molendinum, habentia omnia agros, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, sed non canapalis, archidiaconatui Lublinensi, et valor eius ad viginti marcas aestimatur.

SWYDNYK MAGNA, villa sub parochia de Lublin sita, cuius proprietas ad praebendarium castri Lublinensis pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro praebendario praefati castri Lublinensis, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

RUDNYKY, villa sub parochia ecclesiae de Lublin sita, cuius .....

SWYDNYK PARVA, villa sub parochia de Lublin sita, cuius proprietas ad praebendarium de castro Lublinensi pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item tabernae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praebendario praefato castri Lublinensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

SWIDNIK KONYNSKY, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Nicolaus Cazimyrsky de domo Rawitarum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Jaroschin, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

SLAWIN, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Nicolaus Dzik de armis Dolywa. In qua sunt octo lanci cmethonales in una medietate villae, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Lublinensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas; item in alia parte villae,

sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Meglew, et eius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Lublin.

Slawinska Wolya, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Nicolaus Dzik de armis Dolywa. In cuius una medietate sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro archidiaconatu Lublinensi, cuius valor ad quindecim marcas. Item non est ibi aliquod praedium, neque taberna, neque hortulaniae. Item in alia medietate villae sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Meglew, cuius valor aestimatur ad octo marcas.

Plonischowycze, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Petrus Firley iudex Lublinensis de domo Lewarth. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos, archidiaconatui Lublinensi, et proveniunt annis singulis quinque marcae. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium.

Dzyessyanthe, villa sub parochia ecclesiae de Lublin sita, cuius proprietas ad archidiaconatum Lublinensem cum omni iure pertinet, quam Casimirus Secundus Poloniae rex pro una platea in oppido Lublin, quae erat de proprietate archidiaconi Lublinensis, asseritur compensasse. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna una habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro archidiaconatu Lublinensi, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi praedium archidiaconi Lublinensis, habens agros, de quibus nulli solvit decimam, sed illam pro se tollit.

Czechow, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Petrus Conynsky de domo Rawa. In qua sunt viginti minus medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis vario modo; nam de decem laneis percipit eam archidiaconatus Lublinensis, et valor eius ad octo marcas, de novem vero laneis et medio, ecclesia et plebanus Lublinensis, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item ad decimam canapi non tenentur. Item sunt ibi tres hortulaniae, item molendinum sed non habent agros, item tabernae non sunt, item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Lublin.

Brunowycze, villa sub parochia de Lublin sita, cuius proprietas ad advocatum Lublinensem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Lublin, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

RAYTHKOSPUSZKY. . . . .

ABRAMOWYCZE, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Andreas Clymyunthowsky de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus pro medietate villae solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Lublin, de altera vero medietate solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi. Item praedium est ibi militare, de quo decimatur ecclesiae in Abramowicze.

DONINOW, villa sub parochia de Lublin sita. In qua sunt plures nobiles de armis Nowyna et cmethones eorum habentes laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Lublin, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

SMYLOW, villa sub parochia de Abramowicze sita, cuius sunt plures de armis .... et eorum cmethones habentes laneos, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Lublin, cuius valor ad sex marcas.

SNOPKOW, villa sub parochia de Lublin sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia militaria, et de omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Lublin, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Altare Sanctae Catherinae. . . . .

Altare Sanctae Barbarae. . . . .

Altare Sancti Johannis. . . . .

Altare Sanctae Agnetis. . . . .

Altare Sancti Jacobi Apostoli. . . . .

Altare Sancti Nicolai. . . . .

CONOPNYCZA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae dicatam, cuius proprietas ad consules et civitatem Lublinenses pertinet. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro episcopatu Cracoviensi, de quolibet laneo per sex grossos. Item est ibi praedium et schola, et de utroque solvitur decima manipularis ecclesiae in Conopnicza. Item plebanus habet ibi agros proprios. pro suo praedio.

UNYASCHOWYCZE. . . . .
RADAWYECZ HECTORIS. . . . . . .
RADAWYECZ PUCZKONIS. . . . . . .
RADAWYECZ PSZONCZYN. . . . .

KRASZNICZA JAROSSKY.

Villa habens in se ecclesiam parochialem, Sancto ..... dicatam, cuius haeres Jarowsky de armis Rawitarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima .... Item praedium est ibi militare, de quo decimatur ecclesiae in Krasznicza. Item plebanus habet ibi agros proprios, pro suo praedio et necessitate.

OSSMOLICZE, villa sub parochia de Krasznicza sita, cuius haeres Nicolaus de Prawidlnyky, iudex Lublinensis nobilis de armis Buncza. In qua sunt viginti septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, sed non canapalis, pro archidiaconatu Lublinensi, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae quinque, item hortulaniae, item molendinum, sed non habent agros. Item est ibi praedium unum militare bonum, item scoltetia habens quatuor laneos et unam tabernam habentem agros, de quibus omnibus solvitur, decima manipularis et canapalis in Krasznicza Jarossky, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

STRZEZOWYCZE. . . . . .
MANTHOW. . . . . . .
BABYN PETRI. . . . . .
BYSTRZYCZKA. . . . . .
BABYN MARTINI. . . . .
PRAWYDLNYKY. . . . . .

ABRAMOWYCZE.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sanct ...... dicatam, cuius haeres Johannes Clymunthowsky de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ...... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros liberos, pro suo usu et necessitate, pascua et sectionem lignorum libera.

SZMYLOW JACOBI. . . . .
DOMYNOW. . . . .
WYLCZE POLYE. . . . . . .

GARBOW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Adalberto

dicatam, cuius haeredes Stanislaus Johannes Sczekoczsky. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, et de tribus laneis solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, de quarto autem solvitur decima ecclesiae et plebano in Garbow; valor decimae aestimatur ad unam marcam. Item est ibi taberna non habens aliquos agros, ad proprietatem plebani pertinens, de qua solvitur plebano pro annuo censu per duas sexagenas. Item est ibi una hortulania, ad proprietatem ecclesiae et plebani pertinens, et solvit ecclesiae unum fertonem. Item habet plebanus duas piscinas, item habet et molendinum unum, item unum sutorem qui habet hortum et solvit mediam marcam ecclesiae pro censu, item non habet plebanus praedium, quia cmethones in agris praedialibus sunt locati praefati quatuor et sunt de proprietate ecclesiae, et quilibet solvit quindecim grossos pro censu, et unum diem proprio curru aut aratro in septimana laborat. Item sunt ibi septem tabernae haeredis et vocantur Wangelszow Xanszicze habentes agros et quaelibet solvit haeredi unam marcam, minus sex grossis, et decimant plebano manipulo.

Jaschkow, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes Groth Johannes, Nicolaus et Bernardus de domo Rawa. In qua sunt lanei triginta cmethonales, item praedia militaria quatuor, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Garbow, cuius valor aestimatur ad viginti marcas, aliquando ad triginta.

Boguczin, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Dobeslaus Sczekoczsky. In qua sunt triginta lanei cmethonales, item praedium militare unum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Garbow, cuius valor ad decem marcas, aliquando ad triginta aestimatur.

Pyotrowycze, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Petrus de armis Nalancz et Nyemyerza. In qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia militaria, de quibus perceptio decimae variatur; nam pro medietate solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi, pro altera vero ecclesiae in Garbow.

Xyazicze, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Stanislaus Sczekoczsky. In qua sunt viginti lanei cmethonales, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Garbow, cuius valor aestimatur ad quindecim, aliquando ad viginti marcas. Item sunt in eadem villa decem tabernae, habentes aliquas pecies agrorum, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi.

Lesscze, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes: Groth et Andreas de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, item duo

praedia militaria, de quibus pro maiori medietate solvitur decima manipularis, pro episcopatu Cracoviensi, pro minori vero ecclesiae in Garbow, et valor eius aestimatur ad . . .

GUTHANOW, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Phyebron de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Garbow; cuius valor quindecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima alternatis vicibus; nam uno anno solvitur plebano in Garbow, altero in . . . . . Valor decimae totius decem marcarum.

LUGOW, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes: Johannes Ozarowsky de domo Rawa, Jakusch de armis Nalancz, item Kordek, item Szwyemir. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item praedia tria ibi sunt, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Garbow, cuius valor aestimatur ad . . . .

SLUGOCZIN, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes multi, de variis armis, post quorum araturas solvitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Garbow.

WISSOKYE, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes multi, qui per se colunt agros cmethonales, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Garbow.

GORI, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Szwyebron de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Garbow, et valor eius aestimatur ad . . .

MOSCHIN MINOR, villa sub parochia ecclesiae de Garbow sita, cuius haeredes multi, qui soli per se colunt agros cmethonales, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Garbow, cuius valor aestimatur ad . . .

MOSCHIN MAIOR, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes multi, qui soli etiam per se agros occuparunt, et illos arant, et de illis solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Garbow.

GYSZOWYCZE, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes multi, qui per se arant agros, de quibus solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Garbow. Item sunt ibi et aliqui pauci tamen cmethones, qui etiam decimant in Garbow.

GYSZOWYCZE, alia villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes omnes in eadem villa consistentes, qui agros colunt et decimam solvunt in Garbow.

Kowalszkye Thomaschowycze, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes... et aliquot cmethones, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Garbow, et valor eius aestimatur ad . . .

Szyeprawicze Maior, villa sub parochia Garbow sita, cuius haeredes multi, omnes nobiles ibi consistentes, qui per se agros arant, et solvunt decimam manipularem et canapalem plebano in Garbow.

Szyeprawicze Minor, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes multi, et omnes in eadem manentes nobiles, qui soli per se arant agros, et solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Garbow, cuius valor aestimatur ad . . .

Starosczin, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeres Raphael de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Garbow.

Przibislawicze, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haereditas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis monasterio Calvi Montis Sanctae Crucis. Item est ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae in Lublin.

Ozarow, villa sub parochia de Garbow sita, cuius haeredes: Raphael Prandotha et Sangneus de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Rudno, et valor eius aestimatur ad . . .

Jaschkow Grothonis . . . .

Zamborzycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino confessori dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, octo tabernae, unum molendinum, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Raphycze, villa sub parochia de Zamborzycze sita, cuius haeredes... de domo Nowyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, pro ecclesia et plebano in Zamborzycze. Item ibi duo praedia militaria, de quibus similiter decimatur ecclesiae in Zamborzycze.

CRASZYENYN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Sebastiano dicatam, cuius haeres Jacobus Konynsky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales quadraginta, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis per sex grossos communis pecuniae, de quolibet laneo, pro episcopo Cracoviensi. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur manipulo pro ecclesia in Kraszenin.

BYCHAWA.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctis Petro et Paulo dicatam, cuius haeredes Andreas et Hieronymus nobiles de domo Scharza, sive Ossoria. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae in Bychawa, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo etiam decimatur in Bychawa ecclesiae et eius plebano. Item plebanus et ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate. Item praefata villa Bychawa est quadrinomina, in fine enim villae vocatur Szdrapy, in medio Bychawa, in principio Wolya et in extrema parte, rubetis distincta, vocatur Olschowyecz; generali tamen nomine omnes hae partes vocantur Bychawa.

GALANZOW, villa sub parochia de Bychawa sita, cuius haeredes Sigismundus, Johannes, Stanislaus et Nicolaus de domo Tharnawa. In qua sunt viginti quatuor lanei, de quibus solvitur decima episcopo Cracoviensi, per unum fertonem de laneo quolibet. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Bychawa.

KOZARZOW, villa sub parochia de Bychawa sita, cuius haeres Broda et Johannes nobiles de armis ... In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis episcopo Cracoviensi, de quolibet laneo per sex grossos. Item praedia ibi militaria sunt quatuordecim, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Bychawa, cuius valor aestimatur ad ... marcas.

PYCZKOWYCZE, villa sub parochia de Bychawa sita, cuius haeredes plurimi, ad sexaginta quatuor aestimati, de variis armis. In qua non sunt aliqui cmethones, nec lanei divisi, solum tabernae habentes agros, et decem hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Bychawa, cuius valor aestimatur ad triginta marcas.

RATHOSCHIN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct .... dicatam, cuius haeredes Grothek Balun. ....

Borow, villa sub parochia de Rathoschyn sita ...
Radlyn, villa sub parochia de Rathoschyn sita ...
Borzechow, villa sub parochia de Rathoschin sita. ...
Lopyennyk, villa sub parochia de Rathoschin sita ...
Radlyn Michaelis, villa sub parochia de Rathoschyn sita...

Opolye.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius haeres Johannes Slupeczsky de armis Rawa. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro .... Item plebanus et ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu et necessitate.

Urzelow, villa sub parochia de Opolye sita, cuius haeres Nicolaus Urzelowsky. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Montis Calvi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae; item unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Opolye.

Gluschko, villa sub parochia de Oppolye sita, cuius haeres Nicolaus Drzewyczsky de armis Taurorum. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item praedium unum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Opolye.

Wolycza, villa sub parochia de Opolye sita, cuius haeres Johannes Drzewyczsky de armis Taurorum. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium, de quo decimatur ecclesiae in Wylkow, cuius valor aestimatur ad ...

Skokow, villa sub parochia de Opolye sita, cuius haeres Stanislaus Skokowsky de armis Buncza. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad septem marcas; decimam canapi non solvunt. Item praedium, item molendinum, item tabernae quatuor, item hortulaniac quatuor, et omnia habent agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Opolye.

Clyczkowycze . . . .

Lazyszka . . . .
Januschowycze Alberti . . . .
Myedzwyedza Mychowsky . . . .
Jablo . . . .
Thuschow . . . .
Pyotrowycze . . . .
Bychawka . . . .
Galanzow Novum . . . .
Galanzow Antiquum . . . .

Clodnycza.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Petro Apostolorum principi dicatam, cuius haeredes Maczeyowscy de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius decimae valor aestimatur ad .... Item taberna, item hortulani, item praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Clodnycza. Item ecclesia et plebanus eius habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate. Item habet piscinam in torrente in haereditate Wronow et vocatur Borowi staw. Item in eadem haereditate Wronow habet agrum de medio altero laneo, sibi per praefatos patronos Maczeyowskye, iuxta limites de Jezow noviter donatum.

Msczyslaw, villa sub parochia de Chodnycza sita, ...

Wronow, villa sub parochia de Clodnycza sita, cuius haeredes videlicet Dobeslaus, Andreas et Zegotha nobiles de armis Bippennium. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Clodnycza, cuius valor aestimatur ad ....

Godow, villa sub parochia de Clodnycza sita, cuius haeredes praefati Maczeyowsczy de domo Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum medietate decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad .... de altera vero medietate solvitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ...... Item sunt ibi duo nobiles, de quorum agris decimatur ecclesiae in Clodnycza, et valor eius aestimatur ad ..... Item est ibi unum praedium, de quo decima datur uno anno ecclesiae in Clodnycza, altero ecclesiae in Kosznyszow.

Comaschycze, villa sub parochia de Clodnycza sita, cuius haeredes praefati Maczeyowsczy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis, et valor

eius aestimatur ad ...... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Clodnycza.

Jezow, villa sub parochia de Clodnycza sita, cuius haereditas ad episcopum pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad ...... marcas aestimatur.

Jezowska Wolya, villa in cruda radice, sub parochia de Clodnycza sita, cuius haeredes praedicti Maczeyowsczy. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ....

Szwydno, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeredes nobiles .... In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Clodnycza, et valor eius aestimatur ad ......

Chrzanow, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Clodnycza, cuius valor aestimatur ad ....

Chrzenyecz, villa sub parochia de ..... sita. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Clodnycza, cuius valor aestimatur ad .....

Xansch, villa sub parochia de ...... sita, cuius haeredes ..... de domo Bippennium. In qua lanei, item praedia, de quibus omnibus decimatur ecclesiae in Clodnycza, cuius valor aestimatur .....

Ponyathow, villa sub parochia de ..... sita, cuius haeredes multi de variis armis. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, de quibus omnibus decima manipularis solvitur ecclesiae in Clodnycza, cuius valor aestimatur ad ......

Czelusthka ....

Laczuchow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Adalberto pontifici dicatam, cuius haeres Johannes Kuropathwa de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei ....

Bobrowniky .....
Rogalycze ....
Laczuchowszka Wolya ....
Czechanky ....
Zakrzow ....
Myelyeyow ....

Lyszolaye . . . .
Gory . . . .

Olyexow.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Stanislao martyri et pontifici dicatam, cuius haeres Johannes Gnyewosch de domo Zgraya . . . .

Golambye.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae . . . . . dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur . . . . . .

Koschmyn . . . .

Parczow.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Assumptioni Sanctae Mariae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum . . . . . .

Szyemyan . . . .
Mylanow . . . .
Mylkow . . . .
Glynnysthok . . . .

Pyassek alias Gyelczew.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Nicolao confessori dicatam . . . .

Gardzynycze Nicolai . . . .
Gardzynycze Gregorii . . . .
Jaszczow . . . .
Stryna . . . .
Brzezycze Mironis . . . .
Gyelczew Dobrogosty . . . .
Gyelczew Postrumyensky . . . .
Kozycze Johannis . . . .
Kozycze Jacobi . . . .
Kozycze Nicolai . . . .
Suchdoli . . . .
Pogorzaly Sthaw . . . .

GARDZYNYCZE JOHANNIS ....
SZYEDLYSZKA ....

LANCZNA.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius proprietas ad Stanislaum Thanczinsky castellanum Woyniczieusem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .... Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Lanczna, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

CZECHOWSKY BASCHANEK ....
STHPYCZA ....
OSCHARDOW ....
THRAMBACZOW ....

BISKUPICZE.

Oppidum habens parochialem ecclesiam ligneam in se, Sancto Stanislao dicatam; per felicis memoriae Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem, anno Domini 1444. die dominica ante festum natalis Christi fundata, dotata, dicata. In quo sunt viginti lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, in horreum episcopale, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item ecclesia et plebanus habent ibi speciales agros proprios et prata, et hortos et piscinas pro sua necessitate, praedio et usu. Item est ibi praedium episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Biskupicze, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi optima piscina, per Sbigneum episcopum in flumine Gelczew cum molendino aedificata, in qua plebanus liberam habet molitionem.

BISKUPICZE, villa iuxta fluvium Gelczew sita, cuius proprietas ad episcopatum Cracoviensem pertinens, sistit sub parochia ecclesiae de oppido Biskupicze. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, item scultetia habens tres laneos, unam tabernam et unam hortulaniam, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas.

STROZA alias BRZEZYCZE, villa sub parochia de Biskupicze sita, cuius proprietatem Sbigneus Cracoviensis episcopus emens, suo episcopatui perpetuo adiunxit. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una scultetia habens unum laneum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius aestimatur

ad octo marcas. Item est ibi unus laneus specialis plebani de Biskupicze, quem nobilis Mirz de domo Accipitrum de sua haereditate sequestrans, villae Brzeszicze pro ecclesia in Biskupicze perpetuo adiunxit.

Oleschnyky, villa sub parochia de Czyemyerniky sita. In qua haeres est ... Et in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Biskupicze, quam eidem in dotem contulit Sbigneus episcopus Cracoviensis, cuius valor ad quatuor marcas. Item praedium solvit decimam ...

Gardzynycze, villa sub parochia de ... sita, cuius haeres ... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Biskupicze, quam eidem in dotem contulit Sbigneus Cracoviensis episcopus, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Suchdoly, villa sub parochia de ... sita, cuius haeres ... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Biskupicze, quam eidem in dotem contulit Sbigneus episcopus Cracoviensis, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Czemyernyky.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Vincentio dicatam, cuius haeres .... de domo Acervorum. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium ...

Judicis Sthoczek, villa sub parochiâ de Czemyernyky sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima diversificatur; nam de undecim cum medio laneis solvitur pro monasterio Sanctae Crucis, de agris vero .... solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad ...

Opathkowycze, villa sub parochia de Czemyerniky sita, cuius haereditas olim pertinebat ad monasterium Sanctae Crucis, sed anno Domini 14 ... Mathias abbas et conventus, vendidit illam, tanquam parum accomodam, nonnisi pro centum marcis Nicolao et Johanni de Szestrzewythow de domo Accipitrum. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Vyri, villa sub parochia de Czemyernyky sita, cuius haeres ...

Sthoczek Alexii, villa sub parochia de Czemyernyky sita ...

Belczancze, villa sub parochia de Czemyernyky ...

Gorka, villa sub parochia de Czemyernyky ...

Sucha Wolya, villa sub parochia de Czemyernyky sita ...

Culyky, villa parochia de Czemyernyky ...

TRAWNYK, villa sub parochia de Czemyernyky...
DROHUCZA, villa sub parochia de Czemyernyky...
OLESCHNIKY PELCZE . . . .
IDZYKOWYCZE . . . .
SZESTRZEWYTHOW . . . .

MEGLEW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Vito dicatam cuius haeres Johannes Podolyensky de armis Lewarthonum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Meglew, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu praedio et necessitate.

STRZESCHKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Meglew sita...
KRZESZYMOW, villa sub parochia de Meglew sita...
MYENKOWYCZE WYANCZKOWY, villa sub parochia de Meglew sita...
MYENKOWYCZE THOMAE, villa sub parochia de Meglew sita...
BYSTRZEYOWYCZE MICHAELIS, villa sub parochia de Meglew sita...
BYSTRZEYOWYCZE JOHANNIS, villa sub parochia de Meglew sita...
STAROSCZYCZE, villa sub parochia de Meglew sita...
WYRZCHOWYSZKA, villa sub parochia ecclesiae de Meglew sita...

WIŁKOLAZI.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Johanni Baptistae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae regiae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium unum regium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Wilkolazy, cuius valor ad decem marcas. Item ecclesia habet ibi tres laneos, prataque sufficientia, et unam piscinam; item unam tabernam habentem agros, quae pro censu annuo solvit plebano unam marcam.

RUDNYK, villa sub parochia de Wylkolazi sita, cuius haeredes Andrzyeh et... In qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Wylkolazy, cuius valor aestimatur ad...

STRZEZOWYCZE, villa sub parochia de Wylkolazy sita, cuius haeres Johannes Curozwanczsky de domo Rozarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima per sex grossos episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi aliqui lanei cmethonales et unum praedium militare, de quibus decima solvitur manipularis ecclesiae in Wylkolazy.

Clodnycza, villa sub parochia de Wylkolazy sita, cuius haeredes Johannes, Hector, Nicolaus et Michael de armis Wyenyawa; duo tantummodo praedia nobilium erant, de quibus decimabatur pro ecclesia in Wylkolazy; octo lanei cmethonales in cruda radice, et octo lanei antiqui, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, sed nobiles multiplicati, depositis cmethonibus, fecerunt sibi praedia, de quibus decimant contra iustitiam, ecclesiae in Wylkolazy.

Wylkolaszka Wolya, villa sub parochia de Wylkolazy sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos communis pecuniae, episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi tabernae, item hortulaniae habentes agros, item praedium est ibi regium, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Wylkolazy.

Sirokomlya.

Villa habens parochialem ecclesiam in se muratam, et Sanctae Margarethae Virgini et martyri dicatam, cuius proprietas ad Nicolaum Janowsky nobilem de domo Sirokomlya pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio, usu et necessitate. Fundata autem est haec ecclesia per Bodzantham episcopum Cracoviensem, et decima manipulari mensae episcopalis in villa Kyani dotata, de quo habetur eiusdem Bodzanthae et capituli privilegium.

Janowicze, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item praedium unum est ibi, de quo decimatur ecclesiae et plebano eius in Srokomla, et valor eius aestimatur ad . . .

Manczymyr, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeredes Stanislaus Stephanus et . . . de armis . . . In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus omnibus, et de quibusdam agris dictis Zaplocze, solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Srokomla.

Przelank, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky de armis Srokomla. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad . . .

KAZIMYRZ.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, et Sanctis Bartholomaeo et Johanni Baptistae Apostolis dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima .... Item est ibi praedium regium amplum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Kazimirz, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi advocatia, habens agros plures, de quibus decimatur... Item ecclesia et plebanus habent ibi agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate.

WYTHOSCHYN, villa sub parochia de Kazimirz sita, cuius haeredes Jacobus et Nicolaus de domo Wyenyawa. In qua duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Montis Calvi, cuius valor aestimatur ad unam marcam; item una taberna non habens agros; item de duobus aliis laneis et de duobus praediis, decimatur ecclesiae in Kazimirz, cuius valor aestimatur ad ....

ZBANDOWYCZE, villa sub parochia de Kazimirz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius ad octo marcas. Non sunt autem ibi hortulaniae, neque tabernae; item unum praedium, de cuius agris .... Item de aliquibus agris cmethonalibus sed paucis, cedit decima manipularis pro ecclesia et plebano in Kazimirz.

BOCHOTHNICZA MINOR, villa sub parochia de Kazimirz sita, cuius haeres Petrus Kuroszwanczsky de domo Szrenyawa. In qua duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis cuius valor ad decem marcas aestimatur. Item tabernae etiam decimant eidem monasterio Sanctae Crucis. Item praedium unum est, de quo decimatur ecclesiae in Kazimirz, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

WYRZCHONYOW, villa sub parochia ecclesiae de Kazimirz sita, cuius haeres Petrus Curozwanczsky praefatus. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad novem marcas. Item scoltetia etiam eidem monasterio decimat. Non est ibi praedium.

RZECZYCZA, villa sub parochia de Kazimirz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Kazimirz, cuius valor ad decem marcas.

Woyschyno, villa sub parochia de Kazimirz sita, cuius proprietas ad advocatum in Kazimirz pertinet... Hanc decimam non percipit modo monasterium Sanctae Crucis, et forte eam nunquam percipiebat, sed percipit eam pleno iure et absque diminutione, ecclesia et plebanus in Kazimirz, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Usczacz. . . . .

Karczmyska. . . . .

Krampa. . . . .

Wylkow.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, et Sancto Floriano martyri dicatam, cuius pro media parte haeres Nicolaus Kazimirzsky de armis Rawa, pro altera Johannes Drzewyeczsky de domo Taurorum. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item ibi non sunt hortulaniae, sunt autem duae tabernae non habentes agros. Item est ibi unum praedium, Johannis Drzewyeczsky, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Wylkow. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Sczekarkow, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeredes: Jacobus, Stanislaus et Nicolaus Chotheczsczy de domo Nabra. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Calvi Montis, cuius valor ad tres marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium, de cuius agris solvitur decima.....

Podgorze, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeres Mathias et Johannes de armis Leward. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item non sunt ibi hortulaniae, neque tabernae. Item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae suae in Wylkow.

Zasczythow, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeredes Johannes et Nicolaus Kazimirzsczy de domo Rawa. In qua sunt agri non distincti in laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad unam marcam. Non sunt ibi tabernae, non sunt et hortulaniae, neque praedium. Haec autem decima alienata est a monasterio eodem, incertum ex qua causa vel modo, aut quo tempore, et pertinet nunc

pleno iure ad episcopum Cracoviensem, quia forte nunquam ad monasterium Sanctae Crucis pertinebat.

Rogow, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeres Nicolaus Kazimirzsky praefatus. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, de omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Hanc autem decimam Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis contendebat esse suae mensae, sed per arbitros, videlicet Jaroslaum episcopum Laodicensem, et Johannem plebanum de Obrazow officialem Sandomiriensem, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis adiudicata est. Item est ibi unum praedium, de quo decimatur ecclesiae in Wylkow.

Dobre Maior et Minor, villae sub parochia de Wylkow sitae. In quibus seu in una earum videlicet in Maiori sunt lanei cmethonales, in Minori vero.... lanei, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad .... Sed anno Domini 1442 decima septima Julii per Jaroslaum episcopum Laodicensem et Johannem plebanum in Obrazow officialem Sandomiriensem, arbitros communes, et eorum sententiam diffinitivam, tota absque diminutione adiudicata episcopatui Cracoviensi.

Clodnycza Nogawczyna, villa sub parochia de Wylkow sita, cuius haeredes Pakossius Theodricus, et Georgius Nogawky de armis .... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius aestimatur ad ..... Item sunt ibi tria praedia, de quorum agris decimatur ecclesiae in Wylkow.

Urzadkow. . . .

Czepyelyow.

Villa parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci dicatam in se habens..... Item ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Szweszyedlycze, villa sub parochia de Czepyelow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Montis Calvi. Cuius valor aestimatur ad decem marcas; de sexto autem laneo ..... Item est ibi praedium, de quo decimatur ecclesiae in Solecz, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

Clymyunthowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Trinitati et Sanctae Catherinae dicatam.....

STHOK .....
PLONKY. .....

BOCHOTNYCZA MAIOR.

Villa habens in se parochialem ecclesiam Sancto Johanni Evangelistae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ..... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu praedio et necessitate.

STRZELCZE JACOBI. . . . .
CZENYKOW. . . . .
KRZYSCHOW. . . . .
SADULKY. . . . .
CZASLAWYCZE. . . . .

RIBITHWI.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Omnibus Sanctis dicatam, cuius haeres Nicolaus Morawyecz de domo Powalya. In qua sunt sex lanei cmethonales, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item ecclesia habet ibi agros liberos proprios et prata, pro suo praedio et usu. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quarum proprietas ad ecclesiam et plebanum pertinet, de quarum agris decimatur plebano in Ribithwy. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Ribithwy, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item est ibi unus laneus cmethonalis, in cruda radice extirpatus, de quo decima manipularis datur pro ecclesia in Ribithwy.

BOYSZKA. . . . .
MYESCHOW. . . . .
KOLCZYN. . . . .
OPOCZNO. . . . .

RUDNO.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ....., Sanctis Nicolao confessori et Jacobo Apostolo dicatam.......

OSTROW MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Rudno sita, cuius haeredes Johannes Mantul et Msczyslaus de armis Nowina. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro .....

WAGYELCZE. . . . .
RUDNO MAIOR. . . . .
RUDNO MINOR. . . . .

WOLYA RUDNO MINORIS.
VYELYKO.
WOLYCZA.
SOWOKLANSKY.

RAGOW.

Villa habens parochialem ecclesiam in se......., et Sancto Nicolao dicatam. .....

GLOWACZOW.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto...... dicatam, cuius haeres Sandivogius Ląnzansky de armis Nalancz. In qua sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae. Item habet ibi ecclesia et plebanus proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

LIPPA, villa sub parochia ecclesiae de Glowaczow sita, cuius haeres Sandivogius Lazansky de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas, aliquando ad novem. Item ibi non sunt hortulaniae, non est praedium, neque taberna.

PAPROTHNA, villa sub eadem parochia de Glowaczow sita, cuius haeres praefatus Sandivogius Lazansky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Non est ibi aliquod praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

WOLYA PAPROCZSKA, villa sub parochia de Glowaczow sita, cuius haeres idem Sandivogius Lazansky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item est ibi praedium; non sunt tabernae, neque hortulaniae.

BOBROWNYKY, villa sub parochia de Lanzanicze sita, cuius haeres idem Sandivogius. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur, manipularis et canapalis decima custodiae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item non sunt ibi hortulaniae, neque tabernae; item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Glowaczow, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

LANZENYCZE.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto..... dicatam, cuius haeres Sandivogius Ląnzyczsky de armis Nalancz. In qua

sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item hortulaniae non sunt, item tabernae non sunt. Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris decimatur ecclesiae ibidem in Lanzenycze. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

BOBROWNYKY, villa sub parochia ecclesiae de Lanzenicze sita, cuius haeres idem Lanzanyczsky Sandivogius. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item tabernae non sunt ibi, neque hortulaniae. Item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Glowaczow, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

STHUDZYANKY, villa sub parochia de Lanzenycze sita, cuius haeres Sandivogius Lanzanyczsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis custodiae Sandomiriensi, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item ibi non sunt hortulaniae, neque tabernae, item etiam nullum est praedium.

STHUDZENSKA WOLYA, villa sub parochia eadem de Lanzanycze sita, cuius haeres praedictus Sandivogius Lanzenyczsky de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

CHODKOW, villa sub parochia de Lazenycze sita, cuius haeres idem Sandivogius Lazanyczsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia Sandomiriensi, et valor eius ad quinque marcas aestimatur. Item ibi non sunt tabernae, neque hortulaniae, item nullum est ibi praedium.

THUCHOWYECZ.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Mariae Magdalenae dicatam, cuius haeres Gromek nobilis de domo Zgraya. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Thuchowyecz; valor eius ad decem marcas aestimatur. Item praedium unum militare, et de omnium agris tam cmethonalibus quam praedialibus, decimatur ecclesiae in Thuchowyecz. Item ecclesia habet ibi agros proprios, pro suo usu et necessitate.

RHOSAZHOQV MAGNA, villa sub parochia de Thuchowyecz sita, cuius haeres Johannes Pankoslawsky de armis Habdank. In qua sunt

lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad decem marcas aestimatur. Ex hac villa dabatur quondam decima pecunialis, de laneo per octo grossos, pro ecclesia in Thuchowyecz, sed Sbigneus Cracoviensis episcopus eam pro mensa sua recepit, et in manipularem convertit, contentata ecclesia in Thuchowyecz decimis manipularibus in villis Jelyenyecz, Sarnow et Jelenyeczska Wolya. Item praedium....., item *meschne*....

JELYENYECZ, villa sub parochia de Thuchowyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et eius plebano in Thuchowyecz, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item praedium.....

SARNOWSKA WOLYA, villa sub parochia de Thuchowyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et eius plebano in Thuchowyecz, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium...., item *meschne*......

SARNOW, villa sub parochia de Thuchowyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Thuchowyecz, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item praedium . . . , item *meschne*. . . .

ULAN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Margarethae virgini et martyri dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. . . . .

KOZIRINEK.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Trinitati dicatam.......

ZWOLYEN.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Cruci et Sanctae Catherinae virgini dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima . . . . . Item est ibi unicum praedium regium, de cuius agris solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zwolyen, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate.

ZTHANZICZA.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Martino dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo

sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis .... Item est ibi unicum praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Stanszicza, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio et necessitate. Ecclesiam praefatam processu temporis, quidam Johannes plebanus ibidem, ex latere cocto aedificavit.

ZYELYECHOW.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanct .... Cuius haeredes Andreas et .... Czolkowye de armis Taurorum. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Zelechow, cuius valor ad quatuor marcas. Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros liberos et prata, pro suo praedio et necessitate.

ZELECHOWSKA WOLYA, villa sub parochia de Zelechow sita, cuius haeredes Andreas et ..... Czolkowye praefati. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item praedium ..., item *meschne*. ....

LASZKARZOW.

Oppidum habens parochialem ecclesiam in se, Sanct .... dicatam, cuius proprietas ad episcopum Posnaniensem pertinet....

WOYCZYESZKOW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Trinitati et beatae Barbarae virgini et martyri dicatam, et per Sbigneum episcopum Cracoviensem fundatam, cuius haeres Petrus Czyolek Byelynsky de domo Taurorum, et est filia ecclesiae de Thuchowyecz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item praedium.... Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu, praedio et necessitate.

CHORDZCZA, villa sub parochia de Woczeschkow sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item non sunt ibi hortulaniae, neque tabernae; item ibi unum praedium regium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Woczeszkow, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Bystrzycza, villa sub parochia de Woyczeszkow sita, cuius haeres Johannes Goszsczsky de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi unum praedium, de quo decimatur ecclesiae in Woczeszkow, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Parva Radorzysch, villa sub parochia de Woczeszkow sita, cuius haeres Nicolaus Szobyeszky de armis Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item ibi praedium . . . , item *meschne*. . .

Wolya Bystrzyczska, villa sub parochia de Woczeszkow sita, cuius haeres praefatus Johannes Gosczsky de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad quatuor marcas. Hanc etiam decimam Sbigneus episcopus Cracoviensis suae mensae appropriavit, ecclesia de Thuchowyecz aliis decimis mensae episcopalis contentata. Item ibi praedium . . . , item *meschne*. . . .

Grilow, villa sub parochia de Woczeszkow sita, cuius haeres Petrus Czolek Byelynsky de armis Taurorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Hanc etiam appropriavit Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis mensae episcopali, ecclesia in Thuchowyecz contentata. Item ibi praedium..., item *meschne*. . . . .

Ricziwol.

Oppidum habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Catherinae virgini et martyri dicatam....

Pyotrawyn.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, latere cocto per reverendissimum olim patrem Sbigneum episcopum Cracoviensem pulcherrime fabricatam, et in omnibus partibus suis testudinatam, quam se devoverat muro fabricaturum, si in pontificatum Cracoviensem, prout et contigit, fuisset promotus, arguens in corde suo transactos Cracovienses pontifices, quod locum tam insignem Petri militis resuscitatione, per Beatissimum Stanislaum post triennium facta, et illis magnopere succensens, quod locum illum muro non ornassent, sed tanto tempore, ex quo illic suscitatio Petri per Beatissimum Stanislaum facta est, corruptibilem materiam ligneam ecclesiam habere permisissent. Antiquitus autem ecclesia praefata dicata fuit et

est Beato Thomae Apostolo, in evidentiam autem patrati per Beatissimum Stanislaum miraculi, etiam ipsi Sancto Stanislao, titulus eius ascribitur; in cuius duabus festivitatibus, Passionis videlicet et Translationis, magna multitudo Polonorum solet ibi ex devotione convenire. Cuius quidem villae proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, quae licet per multos annos nescitur ex qua causa vel casu, fuerit ab eo alienata, illustrissimus tamen princeps Vladislaus Primus vocatus Loktek Poloniae rex pater Casimiri Secundi Poloniae regis, illam ex integro Cracoviensi episcopatui restituit, de quo habentur literae suae in aerario ecclesiae Cracoviensis Fabricata est autem huiusmodi ecclesia muro, per praefatum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem anno Domini 1441 et per eundem consecrata et dedicata. In qua sunt triginta lanei cmethonales, item praedium optimum episcopale, item una hortulania episcopalis, habens agros, item tres tabernae plebani habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano ibidem in Pyotrawyn, cuius valor ad triginta marcas aestimatur. Item plebanus et ecclesia habet speciale praedium in eadem villa, satis optimum, cum curia plebani et hortis, habet etiam plebanus in eadem villa quinque laneos, in quibus sedent cmethones, item tres tabernas habentes agros, quae solvunt pro censu plebano quaelibet per tres fertones, et quilibet parat braseat et quit cervisiam alternatis vicibus pro plebano. Item duas hortulanias habet sed non habent agros et quilibet tantummodo unam diem in septimana laborat pedester, censum autem non solvunt.

Glodno, villa sub parochia de Pyotrawin sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio praefato Sanctae Crucis, cuius valor ad sex marcas. Non est ibi praedium, neque hortulaniae.

Kalyschany, villa sub parochia de Pyothrawyn sita, cuius haeres Nicolaus Czayka de Nowy dwor, nobilis de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium militare unum, item taberna una habens agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Pyotrawin, et valor eius ad septem marcas aestimatur.

Kamyen, villa sub parochia de Pyotrawyn sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item praedium unum regale, item taberna, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia in Pyothrawyn, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas. Item in eadem, habet ecclesia de Pyothrawyn lacum bonum, cum omni proprietate et dominio, in quo nullus alius habet

ius piscandi, qui ab Histulo fluvio foecundatur piscibus, nisi plebanus de Pyotrawin.

JAROSCHYN.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Adalberto dicatam. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano in Jaroschin. Item plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

OPATHKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Jaroschin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et per unam ierugam canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi unum praedium coenobiale, de cuius agris non solvitur alicui decima, sed monasterium ipsam pro se tollit. Item sunt ibi duae hortulaniae, sed nulla taberna.

SCHAWLOWICZE, villa sub parochia de Jaroschin sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechowyense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item sunt ibi quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus decima ......

NASSZYLOW, villa sub parochia de Jaroschin sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per unam ierugam canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item ibi nulla est taberna; sunt tamen duae hortulaniae habentes agros, de quibus decimatur in *gonithwam.*

SOBYELZYCZE, alias KOWYESZYN villa sub parochia de Jaroschin sita, cuius haeredes Johannes, Nicolaus.... de armis Rawa. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius ad octo marcas. Item est ibi praedium unum, de quo solvitur decima manipularis monasterio Sanctae Crucis eo, quod ex agris cmethonalibus factum est.

BRACZENYNO, villa sub parochia de Jaroschin sita. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius ad quatuor marcas.

WLOSTOWYCZE, villa sub parochia de Jaroschin. In qua est oratorium ligneum, ecclesiae de Jaroschin subiectum, quod plebanus de Jaroschin re divina in diebus celebribus administrat, propter difficultatem transitus Vislae; cuius haeres Johannes Koninsky de armis Rawa. In qua sunt

undecim lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, item praedium, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro ecclesia in Jaroschin, cuius valor aestimatur ad undecim marcas.

Bronowicze, villa sub parochia de Jaroschin sita, cuius haeres Warsius Michowsky de armis Rawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, et valor eius ad quatuor marcas. Item praedium ibi unicum, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Olexow, cuius valor ad duas marcas.

Łąnka, villa sub parochia de Jaroschin, cuius haeres Warsius Michowsky de armis Rawa. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus decimatur monasterio Sanctae Crucis, cuius valor ad quinque marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Parchowathka, villa sub parochia de Jaroschin sita, cuius haeredes Johannes et Nicolaus Skowyeszky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, de agris antiquis; de agris vero extirpatis ultra montem, solvitur decima pecunialis per sex grossos communes, pro episcopatu Cracoviensi; et non sunt ibi tabernae, neque praedium.

Szeczechow.

Oppidum habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Laurentio dicatam, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In quo sunt decem et octo lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur, decima manipularis et canapalis pro monasterio Szeczechoviensi, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item ecclesia et plebanus habet ibi proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate. Item praefata ecclesia habet aliam ecclesiam filialem in villa Brzyeschnycza, Sanctis Nicolao, Leonardo, Catherinae et Margarethae dicatam, propter remotam distantiam parochiae aedificatam ligno, et utramque plebanus de Szeczechow administrat, et ius praesentandi habet super utramque abbas et conventus de Szeczechow.

Wolya Szeczechowska, villa sub parochia de Szeczechow sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item est ibi una sculteta habens duos laneos liberos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur. Item sunt ibi duae hortulaniae, et una taberna, sed non habent agros.

Zaleszye, villa iuxta Vislam, et sub parochia de Szeczechow sita, cuius proprietas et dominium ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi una taberna non habens agros, item sunt ibi octo hortulaniae, etiam non habentes agros.

Janykow, villa sub parochia ecclesiae de Szeczechow sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis, pro ecclesia et plebano in Szeczechow, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi quatuor tabernae habentes agros, non sunt autem hortulaniae. Item est ibi unum praedium coenobiale, de quo non solvit decimam, sed eam pro se monasterium tollit.

Ruda Janikowska, in cruda radice extirpata, habet cmethones sex vel plures. . . .

Brzeznicza.

Villa supra Vislam sita, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, filialem ecclesiae Szeczechoviensis, cuius villae proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item est ibi scultetia habens duos laneos liberos; item sunt tres tabernae, una monasterii et duae plebani, item quarta taberna est sculteti, quae omnes habent agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per unam ierugam canapalis, pro ecclesia et eius plebano in Szeczechow, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Moszolicze, villa sub parochia de Brzeschnycza sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per tres ierugas canapalis, pro monasterio Szeczechoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item est ibi molendinum habens agros, de quibus decimatur pro plebano in Brzeznicza. Item non est ibi praedium, neque tabernae, hortulani sunt decimant autem plebano de Brzeznicza.

Psari, villa sub parochia de Brzesznycze sita, cuius proprietas ad monasterium Szeczechoviense pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, et per unam ierugam canapalis, pro ecclesia in Szeczechow, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item una taberna habens agros, decimat autem pro plebano de Brzeznicza seu Szeczechow. Item ibi praedium non est, item hortulaniae non sunt, neque molendina; item in haereditate Psary iuxta fluvium Czerwona woda dictum, in cruda radice agri sunt noviter extirpati, et indies extirpantur. Item in bonis Psary molendinum noviter est extructum,

Propheta dictus hospes habens agros noviter extirpatos. Item aliud molendinum, cuius possessor est Szmietanka in bonis Janikow, ultra Rudam in sylva extructum quod et agros noviter extirpatos habet, sub parochia de Brzeznicza.

KOCZSKO.

Oppidum iuxta fluvium Wyeprz situm, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Assumptioni Sanctae Mariae dicatam, cuius proprietas ad episcopum Plocensem pertinet. In quo sunt quinquaginta quatuor lanei oppidanorum; item est advocatia habens quatuor laneos liberos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Koczsko, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item est ibi praedium episcopale, de quo etiam solvitur decima manipularis ecclesiae in Coczsko. Item plebanus habet ibi duos laneos liberos, cum pratis, pro suo usu, praedio et necessitate. Item est ibi molendinum in flumine Czarna, sed non habet agros.

THALCZIN, villa sub parochia de Coczsko sita, cuius proprietas ad episcopum Plocensem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro ecclesia in Coczsko, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item pro decima canapali, solvit quilibet de laneo plebano quatuor gallos. Item non est ibi praedium, neque molendinum, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

GORKA, villa sub parochia de Coczsko iuxta fluvium Wyeprz, in loco, ubi ei fluvius Trszmenicza miscetur sita, cuius proprietas ad Ploczensem episcopum pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur, et conducitur ecclesiae et plebano in Coczsko, et valor eius ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium, nec tabernae, nec hortulaniae. Item loco canapalis decimae, solvit quilibet cmetho de laneo quatuor gallos ecclesiae in Coczsko. Item est ibi unum molendinum in flumine Wyeprzs sed non habet agros.

POZAROW, villa sub parochia de Coczsko et iuxta fluvium Wyeprz sita, cuius proprietas ad episcopum Ploczensem pertinet. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Coczsko, cuius valor aestimatur ad tres marcas. In decimae autem canapalis recompensam, solvit quilibet de laneo plebano quatuor gallos. Item non est ibi praedium, non est molendinum, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

THARKAWYCZA, villa sub parochia de Coczsko sita, cuius proprietas ad episcopum Ploczensem pertinet pro media parte, pro altera vero parte, pertinet ad serenissimum Poloniae regem. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi,

cuius valor ad sex marcas. In recompensam autem decimae canapalis, solvit quilibet pro plebano quatuor gallos. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, non sunt tabernae.

Lyusschawa, villa sub parochia de Coczsko sita, cuius proprietas ad episcopum Ploczensem pertinet. In qua sunt quatuor lanei cmethonales. Item est ibi scoltetia habens duos laneos agrorum, et unum molendinum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. In recompensam autem decimae canapalis, solvit quilibet episcopo quatuor gallos. Item non est ibi praedium, neque tabernae, neque hortulaniae.

Tharchawycze Grothonis ....

Gyrzycze ....

Suloschyn ....

Skromowycze ....

Skromowska Wolya ....

Lukowyecz ....

Rachowycze ....

Lukow.

Oppidum habens ecclesiam parochialem ligneam in se, Nativitati Sanctae Mariae dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt ...... Item plebanus habet ibi proprios agros liberos, pro suo usu et necessitate ....

Chothcza.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sanctae Trinitati dicatam, cuius haeredes Paulus Choteczsky de domo Nabra, et ..... de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Chothcza. Item ibi ecclesia et plebanus habet agros proprios liberos et prata, pro suo usu et necessitate. Item notandum, quod ecclesia in Senno prius iure parochiali ad ecclesiam in Chotecz pertinebat, postea vero ex illa, tanquam ex matrice, ecclesia in Senno fundata est, dotata et murata.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Chothcza sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio praefato Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Jarnolthowycze, villa sub parochia ecclesiae de Chothcza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt quatuor

cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item taberna ...., item hortulani ....

Luczyna, villa sub parochia de Chothcza sita, cuius haeredes: Jacobus, Stanislaus, et Nicolaus Choteczscy de domo Nabra. In qua quatuor lanei cmethonales, de omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Wanwelnycza.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, Sancto Adalberto dicatam, et monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis incorporatam, cuius haereditas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praeposito eiusdem ecclesiae in Wanwelnycza, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item plebanus et ecclesia habent proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Suburbium oppidi etiam regium, in quo septuaginta quinque lanei, de quibus solvitur decima manipularis praeposito monasterii in Wanwelnycza, cuius valor ad quinquaginta marcas aestimatur. Item in eodem suburbio habetur ecclesia parochialis, Sanctae Mariae Magdalenae dicata, quae est matrix ecclesiae in oppido.

Barthlomyeyowycze, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius proprietas ad Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praeposito in Wanwelnycza, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item ibi non est praedium.

Charz, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis eidem praeposito in Wanwelnycza, cuius valor aestimatur ad marcas novem. Item praedium ibi non est.

Rogalow, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeres Johannes de armis Nabra. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposito in Wanwelnycza, cuius valor ad tres marcas aestimatur.

Carmanowice, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeredes Andreas et Petrus de armis Prussy. In qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia habentia agros, de quibus omnibus solvitur manipularis decima monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius ad sex marcas aestimatur.

Zawada, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeres Jacobus de armis Nabra. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus decimatur manipulo pro monasterio Sanctae Crucis Montis Calvi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Czeleyow, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeres idem Jacobus de armis Nabra. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis eidem monasterio Sanctae Crucis; item ibi nullum est praedium.

Wramblow, villa sub parochia ecclesiae de Wanwelnycza sita, cuius haeredes Michael et Johannes germani de armis Srzenyawa. In qua sunt lanei cmethonales. Item duo praedia, de quibus omnibus solvitur decima manipularis eidem monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius ad quinque marcas.

Nyezabithow, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeredes multi, nullus cmetho, de quibus decimant pro praeposito suae ecclesiae in Wanwelnycza, cuius valor ad decem et octo marcas aestimatur.

Pancraczowice, villa sub parochia de Wanwelnycza, cuius haeredes Johannes, Dobeslaus, Nicolaus et Petrus de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item praedia, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposito in Wanwelnycza, cuius valor aestimatur ad viginti marcas.

Lucassy Kowale, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius haeres Johannes de Slupcza de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur monasterio Calvi Montis, et eius valor aestimatur ad novem marcas. Item ibi unum praedium, de quo decimatur ecclesiae in Opolye.

Drzewcza, villa sub eadem parochia, cuius haeredes Vincentius, Petrus et Paulus baccalarius de domo Jastrzambczy pro una parte villae, pro altera vero parte nobilis Borscha Johannes, et alii nobiles de Imbramowycze de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, item sex praedia, de quibus omnibus decimatur praeposito in Wanwelnycza, cuius valor ad quindecim marcas.

Nyebrzegow, villa sub eadem parochia, cuius haeres Johannes de domo Nowyna. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro ecclesia et eius plebano in Szyrokomla, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Bronycze, villa sub parochia de Wanwelnycza sita. In qua sunt sedecim nobiles de variis armis, et quatuor cmethones, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis et canapalis pro praeposito in Wanwelnycza cuius valor aestimatur ad decem marcas.

Boguchwalowycze, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius

haeres Johannes de armis Jastrzambczy. In qua sunt lanei cmethonales, item unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro monasterio, et fratribus Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Byelini, villa sub parochia de Wanwelnycza, cuius haeredes Andreas et Petrus germani de armis Prussy. In qua lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro praeposito et ecclesia in Wanwelnycza, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Dzewcza gora, villa sub parochia de Wanwelnycza sita, cuius proprietas ad praepositum de Wanwelnycza pertinet, in qua non sunt cmethones, neque hortulaniae, sed est unum praedium eiusdem praepositi de Wanwelnycza, ad duos vel tres laneos aestimatum, cum pratis et aliis correquisitis, de quibus decimam ... Haec autem villa olim pertinebat ad monasterium Szeczechoviense, sed alienata est, incertum quomodo, aut ex qua causa, a monasterio praefato.

Pyotrowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wanwelnycza sita, cuius haeredes ... de armis Oxa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani habentes agros, item praedium, de quibus omnibus et singulis solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, ecclesiae et praeposito in Wanwelnycza, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas.

Belzicze.

Oppidum habens in se ecclesiam ligneam, Conversioni Sancti Pauli Apostoli dicatam, cuius haeres Johannes Pileczsky de armis Lelywa...

Krasznycza, villa sub parochia de Belzicze sita, cuius haeres Johannes Pilyeczsky...

Grzymyecz Andreae . . . .

Wyrzchowyska Mychaelis . . . .

Curow.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Aegidio dicatam, cuius haeres Johannes Zbansszky de armis Nalancz. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item est ibi unum praedium militare... Item ibi ecclesia et plebanus habet proprios agros et prata, pro suo usu et necessitate.

Plonky, villa sub parochia de Curow sita, cuius proprietas eiusdem Curowsky de armis Nalancz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item ibi est praedium unum militare, de cuius agris decimatur...

Brzozowagacz, villa sub parochia de Curow sita, cuius haeres Curowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad octo marcas, praeter tamen duos laneos, de quibus decima cedit pro monasterio Sanctae Crucis. Item ibi non est praedium.

Wolycza, villa sub parochia de Curow sita, cuius haeres idem Johannes Zbanszky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad quatuor marcas aestimatur. Item est ibi scoltetia, de cuius agris decimatur plebano in Curow. Item non est ibi praedium.

Wolya Konynska alias Wythowska.

Villa habens in se parochialem ecclesiam, Sanctae Crucis honori dicatam, cuius haeres Johannes Koninsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano eius in Wolya Konynska, et valor eius aestimatur ad octo marcas; item est ibi unum praedium militare, de cuius etiam agris decimatur pro eadem ecclesia. Item ecclesia et plebanus eius habet ibi proprios agros liberos, pro suo praedio et necessitate.

Vythowice, villa sub parochia de Wolya Konynska sita, cuius haeres Petrus Konynsky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis, pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Wolya Konynska.

Ossyny, villa sub parochia de Konynska Wolya sita, cuius haeres Martinus Konynsky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Golambye, cuius valor ad septem marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Konynska Wolya.

Crzochow, villa sub parochia de Wolya Konynska sita, cuius haeres Petrus Konynsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad novem marcas aestimatur.

Krzoszowek, villa sub parochia de Konynska Wolya sita, cuius haeres Petrus idem Konynsky. In qua sunt lanei, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad mediam alteram tantummodo marcam aestimatur, quoniam parva et noviter fundata est eadem villa; non est praedium.

Pozog, villa sub parochia de Wolya Konynska sita, cuius haeres Martinus Konynsky de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item

est ibi unum praedium militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Konynska Wolya, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur.

Zyrzyn, villa sub parochia ecclesiae de Wolya Konynska sita, cuius haeres Stanislaus de domo Janyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas. Item est ibi praedium unum militare, de quo nulli decimatur.

Mlynky, villa sub parochia de Konynska Wolya sita, cuius haeres Johannes Konynsky de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia et plebano in Golambye, et valor eius ad novem marcas. Item praedium ibi non est.

Rudky, villa sub parochia de Konynska Wolya sita, cuius haeres idem Johannes Konynsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis ecclesiae et eius plebano in Konynska Wolya, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item non est ibi praedium.

Borzyschkow . . . .

Wolya Wythowszka . . . .

Marcuschowycze.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sanctae Margarethae dicatam, cuius haeres Eustachius de armis Leward. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item est ibi praedium militare, de cuius agris decimatur ecclesiae in Marcuschowycze. Item habet ibi ecclesia et plebanus quatuor laneos proprios, pro suo usu et necessitate, de quibus etiam decimat pro monasterio Sanctae Crucis.

Kalynye, villa sub parochia ecclesiae de Markuschowycze sita, cuius haeres idem Eustachius. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium.

Ostre blotho, villa sub parochia de Markuschowycze sita, cuius haeres idem Eustachius de domo Leward. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item non est ibi praedium.

Osthaschow, villa sub parochia ecclesiae de Markuschowycze

sita, cuius haeres idem Eustachius. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopatu Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Item praedium non est in eadem villa.

Zabloczycze . . . .

Solyecz.

Oppidum habens in se parochialem ecclesiam . . . . . ., Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In quo sunt lanei oppidanorum, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Solecz, cuius valor ad quindecim marcas aestimatur. Item ecclesia et plebanus habet agros proprios in novem locis, ad novem laneos aestimatos, pro suo praedio. Item habet quinque hortos in variis locis oppidi. Item habet decimam piscium in lacubus regiis, qui causantur ex fluviis Visla et Crampa. Item habet locum piscinae in flumine Crampa. Item habet propria alvearia apum in haereditate oppidi, in sylva dicta Plebany Lanzek.

Czathkowice, villa sub parochia ecclesiae de Solecz sita pro minori parte, pro maiori vero parte, sub parochia ecclesiae in Pyotrawyn, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum maiori parte, decima manipularis solvitur ecclesiae in Pyotrawin, de minori vero ecclesiae in Solecz, cuius valor aestimatur ad . . . Item est ibi unum praedium regium, item duae hortulaniae habentes agros, item scoltetus habens duos laneos agrorum, de quibus omnibus decima solvitur ecclesiae in Solyecz, et valor eius ad quatuor marcas aestimatur. Item duae tabernae habentes agros, de quibus decima solvitur ecclesiae et plebano in Pyotrawyn.

Dzyurow, villa sub parochia de Solyecz sita. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item hortulaniae duae habentes agros, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis ecclesiae in Solyecz, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas.

Wolya, villa sub parochia de Solyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus, solvitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi.

Braczeyowice, villa sub parochia de Solyecz sita, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro . . .

Goschcza, villa sub parochia de Solyecz, cuius proprietas ad monasterium Sanctae Crucis pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, de

quibus solvitur decima manipularis eidem monasterio, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris decimatur ecclesiae in Solecz. Item taberna habens agros... Item est ibi campus post Vislam, de quo campo alternatis vicibus decimatur pro ecclesia in Solyecz, et pro monasterio Sanctae Crucis.

Jawor, villa sub parochia de Crampa sita, cuius haeres Nicolaus Czayka de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Solyecz, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas. Item praedium unum militare, de quo decimatur ecclesiae in Krampa, cuius valor ad tres marcas.

Wyrzchowiska, villa sub parochia de Crampa sita, cuius haeres Johannes praefatus Czayka de armis Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima ecclesiae in Solyecz, cuius valor ad quatuordecim marcas. Item non est ibi praedium, non hortulaniae, neque tabernae.

Sobothka, villa in qua est parochialis ecclesia, Sanct... dicata, cuius haereditas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Solyecz, et valor eius ad quadraginta marcas. Item est unum praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Sobothka, et valor eius ad tres marcas aestimatur.

Boyska, villa sub parochia de Solyecz sita, cuius haereditas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

Szwyeszelycze, villa sub parochia de Czepyelow sita, cuius proprietas ad regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimatur monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, et valor eius ad decem marcas; de sexto autem laneo decimatur.... Item ibi unum praedium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Solyecz.

Jarnolthow, villa sub parochia de Chothcza sita, cuius proprietas ad serenissimum regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima... Item est ibi praedium regium, de cuius agris decimatur ecclesiae in Solyecz.

Crampa.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto Petro Apostolo dicatam, cuius haeres Petrus Thabor, et Osszwaldus de domo Dambno. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, pro ecclesia in Krampa. Item tria praedia

militaria, item tabernae, item hortulaniae, de quibus etiam decimatur ecclesiae in Krampa. Item ecclesia habet ibi proprios agros liberos et prata, pro suo praedio, usu et necessitate . . .

POTHOK.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto . . . dicatam, cuius haeredes: . . .

TRZENNYK . . . .

LYCHOW . . . .

WOLNA . . . .

POTHOCZSZKA WOLYA . . . .

POTHOCZEK . . . .

STHOYASCHYN . . . .

BLYMOW . . . .

RZECZYCZA WYDZYNA . . . .

WOLYA LASSOCZYNA . . . .

SLUP . . . .

RZECZYCZA COSMYANY . . . .

WYRZCHOWYSKA . . . .

ZWOLA . . . .

VOCZECHOW.

Villa habens ecclesiam parochialem in se, Sancto . . . . . dicatam, cuius haeres Johannes Sczekosky de domo Odrowansch . . .

BANTHKY . . . .

PALYKYE, villa sub parochia de Woyczechow sita, cuius haeres Johannes Sczekoczsky nobilis de domo Odrowansch. In qua sunt . . . .

MASZKY, villa sub parochia de Woyczechow sita . . .

CHMYELNYK MAZUR . . . .

LUBKY CZEBULCZE . . . .

KYERZ . . . .

LUBKY MATHIAE . . . .

SCZUCZKY STHOGNYEWY . . . .

BYSTRZYCZA.

Villa habens in se parochialem ligneam ecclesiam, Sancto . . . dicatam . . .

SCZEKARKOW . . . .

SPYCZYN . . . .

PLYSCZYN . . . .

BYSTRZYCZA RADZYBOGII . . . .

SOBYEYANOWYCZE . . . .

LYSSZAKOW . . . .

GRABYEYANOWYCZE . . . .
LUSCZOW . . . .
KARWANSCH . . . .
KYANY . . . .
THURKA . . . .
CZYRZNOW . . . .
LUCZKA PRANDOTHAE . . . .
ZYRNYKY . . . .
JAWYDZ . . . .
BYSTRZYCZA KYANSKY . . . .
THYSZMYENYCZA . . . .
ROKYTHNO . . . .
LUCZKA MSCZYSLAI . . . .

GORAY.

Oppidum habens parochialem ecclesiam in se, Sancto . . . . . . dicatam, cuius haeredes A, b, c, Goraysczy de domo Cziphorum. In qua sunt lanei cmethonales . . .

CHRANOW . . . .
LANDA . . . .
BRENWO . . . .
RADZANCZYN . . . .
WYSSOKYE . . . .

OSTROW.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto . . . . . dicatam . . . .

USCZYMOW . . . .
BRZESZNYCZA . . . .

BYALA.

Villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Sancto . . . . dicatam . . . .

ZWOLYA . . . .
BYALA . . . .
COCZUDZA . . . .

BOTHORZ.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto . . . dicatam, cuius haere . . . . . quam recolendae memoriae Sbigneus, tituli Sanctae Priscae Sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, et episcopus Cracoviensis, ad petitionem nobilis militis Andreae de Thanczyn unici eiusdem villae domini et haeredis, me praesente et astante, fundavit, erexit et consecravit.

ZYLOWYCZE . . . .

INDEX

nominum personarum, locorum etc.

IN TOMO SECUNDO

LIBRI BENEFICIORUM

OCCURRENTIUM.

STUDIO

THEOPHILI ŻEBRAWSKI

conscriptus.

INDEX

NOMINUM PERSONARUM, LOCORUM etc.,

in tomo secundo Libri Beneficiorum occurrentium.

C.

D.

E.

F.

H.

I.

J.

K.

L.

Ł.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.

W.

Corrigenda et addenda in indice tomi secundi.

Szczepanow

Villa habet in se parrochialem Ecclesiam Sancte Marie Magdalene et beato Stanislao
martiri gloriosissimo dicatam. Quam Venerabilis Iohannes Dlugossius senior Canonicus
Cracoviensis, dum esset lignea vilis et despecta et non valens sex scotos, a primis fundamentis
inchoans cocto latere una cum tecto in omnibus suis partibus choro videlicet Sacristia
corpore et porticu testitudinavit et cameravit eiusque latere conduxit. Cuius heres
Spithko Melsthinsky de domo Leliwa. Cuius plebanus Stanislaus Zabka nobilis
de domo Prussi. Que ecclesia prefata habet agros proprios et prata preter predium
in quo sunt duo lanei kmethales. Item una taberna habens agros de quibus [illegible]
solvit decima mansionis ecclesie in Szczepanow. Beatissimus siquidem ville prefate [illegible]
[illegible] sub [illegible] et [illegible] / ortus gentilis natalis sue [illegible] nobilitat.
Iniquum [illegible] ducebat prefatus Iohannes Dlugossius, ut locum ipse cum omni Polonorum
dedecore et infamia, paludibus et despectus lignis foret quemadmodum omnis
veritatis sine de cetero deformatus. Ob [illegible] itaque communem Polonorum
omnium ignominiam tot annis toleratam et martiri gloriosissimo Stanislao invicto
prefatam Ecclesiam latericeam construxit et Polonorum genus a vituperio longo tempore
vindicavit, et locum ipsum magis celebrem magisque cultum, maiori devotione
et affectione a populis frequentandum, murali fabrica ornatum reddidit.
In quam et Calices ornatus Cappas ceteraque Cimilia Ecclesiastica pro
suo posse congessit. Conscripsit insuper martirii prefati vitam et si stilo
rudi (?) et arido, aliquantum tamen copiosiori et extenso. Ecclesiam quoque Sancti
Anthadis (?) de Rupella in Cazimiria fratribus heremitis beati Pauli primi heremite
optinuit conferri et in Cenobialem erexit, ut assidue in illa res divine per
fratres hore quoque nocturne et diurne explerentur. Ferens moleste quod Ecclesia
tam insignis martiris beati suum nobilitata martirio non nisi ab uno
sacerdote, nec singulis diebus sed interpellatis truncatisque officiaretur,
Ecclesiam eciam pro cultus augmento et subsistencia amplioribus proventibus
censibus et agris coemptis insignivit. Peregrinum clementissimi dei
viri beati Stanislai solum natale fabrica murali latericia locum
passionis Ruschowiensis insigniens, vitam quoque passionis litteris

Taberna ville habet agros sive [illegible] Tres ortulanos in eadem villa habentes agros
[illegible] [illegible] [illegible] / Et de Taberna solvit una marca [illegible] Et ortulani
solvunt unum [illegible] et laborat unum diem in septimana, in septimana pedes.
Offertorium non parvum provenit in tribus festis precipuis videlicet in festo [illegible]

